i ponat actus imperatus. Hoc viso dicendum est quod quo ad propositum locum non habet in actibus voluntatis elicitis quia cum in eis non est dare involuntarium non est dare violentum non involuntarium quia nunquam volito potest dici involuntaria nisi sit oppositum in subiecto. obiectum omnis enim actus voluntatis est aliquam volitum. unde refutatio sui volito autem est volito carentie eius. Item ex alio non dicitur actus voluntarius per se nisi quia vel a voluntate elicitus vel ab ea imperatus. Non potest etiam in isto actu cadere violentia quia cum voluntas sit virtus abstracta nunquam agens potest in eam agere nisi vel eius obiectum vel ipsa met vel forte virtus abstracta superior. Obiectum autem non violentat quia autem libere movet ab eo aut natura ipsa et se ipsam non violentat quia violentans debet esse extra. Similiter neque virtus superior violentat eam quia si aliquam ponat agere in voluntate hoc non contradicetur ab aeterno nisi per modum obiecti secundum per cogitationem repentatam per quidem obiectum ut dictum est non violentat aut per illum motum per quem deus et intelligentia in omnem naturam agere conservando eam vel dirigendo in suum finem et in suas debitas operationes hoc autem non est violentare sed magis conservare et curare. Secundo quod solummodo locum habet in actibus imperatis vel actionibus de quibus dicendum est quod operatio aliqua dicitur violenta passo ut si grave moveatur sursum. Aliquando autem dicitur violenta agenti adhuc ex tamen scilicet quando operatio est contraria ei ad quam agens inclinat principaliter. Unde si ego nitor trahere navem ad unam partem et tu fortior existens trahis ipsam ad aliam partem dico quod tu violentas me cum operationes imperate non sint in ipsa voluntate constat quod primum spectat ad propositum quod ipse posuit dicta violente secundum uno modo ex parte sibi ipsius operationibus scilicet in eo est virtus inclinativa ad oppositum istius operationis. Alio modo ex voluntate scilicet quia ista operatio est opposita ei ad quam voluntas nititur trahere istud subiectum. De primo ergo violentia non oportet quod violentum sit involuntarium ut arguebatur de illo qui de puteo trahebatur supinus. De secunda autem violentia dicendum est quod violentum est involuntarium sicut patet ex dictis. Unde patet quod motus vero naturalis naturaliter sibi potest esse involuntarius sicut si tectores de morte cadat ad terram et ergo violentus ex parte sibi potest esse voluntarius. Nota quod non est quod si diffinitio quam ponit Aristoteles de violento debeat exponi ita quod omne violentum sit involuntarium oportet quod per passum intelligatur humanum corpus scilicet ratione sub qua in est secundum voluntatem scilicet potentia volita et per principium actum quod est extra intelligatur omne actum principium quod potest nos movere contra imperium voluntatis et in actiones nobis naturales ex parte multarum potentiarum in nobis existentium dicentur aliquando violente et hoc forte potest rationabiliter dici quia denominatio debet fieri a principaliori forte autem quod omnium potentiarum nobis inexistentium voluntas est principalior et licet hoc non sit ubi vis tamen non excipit nisi intellectus tamen potest dici naturale nobis quidquid nobis convenit ex imperio voluntatis licet dissonet alicui potentie nostre vel resistat aut ad oppositum inclinet. Et potest dici violentum ad quodcumque trahet nos aliqua potentia contra voluntatis imperium vel inclinationem. Si autem violentum capiatur in nostris operationibus secundum quod contra omnem naturale distinctum nostre operatio esset nobis violenta ad quam ex quacumque potentia in nobis existente sive ex parte corporis sive ex parte anime inclinaremur et ideo violentum videtur significare descriptiones hic date. Sed tamen dictum est quod non omne violentum est involuntarium. Ex his ergo rationes 2a in principio questionis adducta soluta est. Prima autem sic solui debet quod licet aliquando in defloratione virginis fiat membrorum violentia tamen appetitui actuali non fit violentia ymmo ei vix confert operatori similiter et voluntas nam cum defloratio iudicatur fieri per intellectum inhonesta et delectabilis in voluntate sic displicet quidam ratione inhonestatis et complacet ratione delectationis voluntas tamen victa per delectationem vult deflorationem vel saltem non vult cum efficacia resistentiam ideo permittit se superari ab appetitu sensitivo. Sed tamen ipsa victa ad oppositum ratione inhonestatis vult quandam membrorum exteriorum rebellionem et etiam ratio seducta sic indicat simpliciter ut rebellio fiat ut conservet honestas vel excuset inhonestas aliqualiter.

Consequenter queritur Utrum operationes que per metum fiunt ita que

non fierent sine voluntate ut si in tempestatibus maris merces eiciant vel ut efficiat. Aresti si tyran-
nus precipiat turpe aliquid operari dominus existens parentum et filiorum et operante quidem salvantur non operante autem
moriantur. Et arguitur quod sint involuntarie per Aristotelem dicentem simpliciter quidem nullus eicit voluntarius in salute autem
sui et aliorum omnium mentem habentes eiciunt. Sed in topicis dicitur quod sine additione dico simpliciter dico ergo
absolute simpliciter sine additione iste operationes concedende sunt involuntarie. Item etiam patet auctoritate eiusdem
parum post consilium ubi dicitur simpliciter forsitan autem involuntaria nullus enim utique elligeret secundum se ipsum talium aliquid.
Confirmatur quia quod inest alicui secundum se non aufertur ab eo propter quodcumque accidentale aliquid extrinsecum adveniens
sicut patet de homine et rationalitate. Sed Aristoteles dicit quod nullus utique elligeret secundum se ipsum aliquid talium et videtur tales operationes
esse involuntarie secundum se. Ergo quocumque alio adveniente ipse remanebunt involuntarie. Oppositum arguitur quia dicit
Aristoteles mixte quidem igitur sunt tales operationes assimilantur autem magis voluntariis et cum ad hoc probandum adve-
nerit rationes concludit voluntaria igitur talia. Confirmatur sicut quia dicit Aristoteles in voluntariis autem laudes et
vituperia fiunt in involuntariis autem venia et quandoque misericordia. Et postea dicit in operationibus autem talibus quandoque lau-
damur quandoque autem vituperamur ergo tales operationes non sunt involuntarie sed voluntarie. Primo viden-
dum est quomodo sunt tales operationes voluntarie et involuntarie. Secundo videndum quia de hoc tangebat rationes
cuius debeant fieri laudes vel vituperia vel venia vel misericordia quia de hoc tangebat rationes. Quantum ad primum sciendum
est quod huiusmodi operationes possunt dupliciter considerari uno modo secundum suam absolutam rationem. Alio modo in ordine ad concurrentes cir-
cumstantias. Si primo consideretur sic dicuntur involuntarie quia quod nullus eligit nisi ratione circumstantiarum ac-
cidentalium non est eligibile sive voluntarium secundum eius rationem absolutam quia propria ratione rei non sunt accidentalia. Sed nullus eligit
tales operationes nisi propter accidentales circumstantias. Verbi gratia nullus vellet proicere merces in mari nisi propter tempestatem aut
aliquid huiusmodi quod non est de consuetudine nec de necessitate operis. Item quod ut in pluribus est nolitum et raris-
sime est volitum debet dici secundum eius rationem absolutam involuntarium et non voluntarium quia quod inest alicui ut in
pluribus inest ei per naturam et a tali non denominatur nisi considerata secundum se. Modo rarissime est quod homines
velint proicere merces in mari igitur etc. Si autem huiusmodi operationes consideretur in ordine ad circumstantias
inducentes metum propter quem fiunt sic dicende sunt voluntarie et eligibiles quia omne ordinatum ad finem vo-
litum est volitum ut sic. Sed tales operationes sunt huiusmodi quia ordinantur ad bonum finem procurandum et ad servandum
quod timemus amittere vel ad malum evitandum quod timemus incurrere. Tale autem bonum volumus procu-
rare vel servare et tale malum evitare igitur etc. Sic ergo patet quod huiusmodi operationes quodammodo sunt voluntarie et
quodammodo involuntarie et ideo dicit Aristoteles quod sunt mixte. Sed tunc dubium utrum sunt magis voluntarie
quam involuntarie vel equaliter. Et videtur dicendum quod quia multipliciter potest peti capiamus exemplum de proiectione mercium
in mari. Potest ergo queri uno modo in communi utrum proiectio mercium in mare sit voluntarium et dicendum est simpliciter quod non. Unde
Aristoteles dicebat simpliciter autem forsitan involuntarie nullus enim utique eligeret secundum se ipsum aliquid talium sicut in prima questione dictum fuit.
Alio modo utrum mercium eiectio tempore tempestatis pro salute sui et omnium aliorum sit voluntarium. Et dicendum est simpliciter
quod sic et hoc dicebat conclusio secunda. Alio modo potest queri singulariter de isto qui sic eicit merces in mari utrum talis
voluntarie eiciat merces. Et etiam utrum talis particularis eiectio sit voluntaria. Et dicendum est simpliciter quia sic querere
est querere de singularibus operationibus et singulariter consideratis secundum differentiam eius ab aliis que sunt sue speciei accidentaliter cum accidentalibus
circumstantiis cum alibi determinatum est vel declaratum sit quod unum individuum non potest distingui ab aliis
speciei sue nisi per accidentia. Quelibet autem secundum circumstantias est voluntaria sicut dictum fuit. Item iste operans videtur
in eius potestate est operari et non operari sic ut est de isto quia principium movendi membra sua in tali operatione in ipso est [illegible]

Arist. hanc questionem intendit Aristoteles cum dicat assimulata que magis voluntariis voluntarie non sunt, tamen operate sunt.

Quantum ad secundum principale sciendum est quod metus vel timor potest nos inducere vel ad operationes secundum se bonas vel ad operationes secundum se malas vel ad neutras. Si primo modo tunc timori obedire est laudabile et non obedire est non laudabile sed vituperabile, verbi gratia de timore culpe nam est dignum timere turpitudinem et ob hoc agere bonum pertinet ad virtuosos et ad verecundos qui de hoc laudantur. Non timere autem pertinet ad viciosos et ad inverecundos de quo vituperantur. Similiter patet de timore pene puerorum, nam si propter timorem verberum vadunt ad scolas et bene addiscunt laudantur, magis autem laudarentur si absque timore pene ita operarentur. Qui autem non cederent timori immo quod propter quemcumque timorem non vellent addiscere ipsi vituperarentur. Ita etiam dici potest de viciosis quod propter quemcumque timorem non vellent operari bonum, ipsi essent ergo obstinati in malicia et non inducibiles ad virtutem. Sed qui cederent timori essent magis reducibiles et ideo de hoc possunt laudari quodammodo licet non simpliciter. Propter quod dicitur quod operantes bonum propter timorem pene laudantur non simpliciter sed [illegible] qui non timore trahi possunt vel etiam laudantur non propter presens sed propter spem de futuro.

Si autem timor inducat ad malum tunc vel ille timor est ex parva causa ita quod non cadit in constantem virum vel ex magna causa itaque cadit in constantem virum. Si primo tunc cedere timori est vituperabile et est laudabile non cedere, viciosi enim vel incontinentes ex parva causa committunt turpia. Si autem sit timor cadens in constantem virum tunc vel malum ad quod inducit est parve turpitudinis vel mediocris vel excellentis. Si parve tunc in cedendo timori non solum habet locum venia sed etiam misericordia. Si autem sit turpitudinis mediocris tunc habet locum venia sed non misericordia. Si autem sit turpitudinis excellentis ut occidere patrem vel negare propriam fidem vel huiusmodi tunc cedere timori est vituperabile et non habet locum venia nec misericordia. Et ideo dicit Aristoteles quedam autem fortasse non est cogi sed magis moriendum patientem durissima, quod si sit verum videbitur tertio de fortitudine. Unde dicendum est tamen quod in predictis casibus semper est laudabile non cedere timori quia semper est laudabile preponere honestum pene, scilicet plus diligere honestum quam timere penam. Unde Seneca epistola [illegible] ad Lucillum: Vir bonus scilicet perfectus in virtute ab honesto nunquam recedet ad turpia nunquam [illegible]. Si autem inducat ad opera neutra tunc dicendum est quod laudabile est cedere timori et non cedere vituperabile quia hoc est pertinacia. Modo pertinacia est vituperabilis quod patet per eius differentiam ad constantiam. Constantia enim est qua tenemus animum immobilem pro salute virtutis, pertinacia autem est qua tenemus animum immobilem pro victoria proprie voluntatis. Modo propter propriam voluntatem pati tristia non ordinatum ad aliud bonum est vituperabile.

Rationes autem procedunt sine [illegible] fere prima que dicit quod illud quod inest alicui secundum se non aufertur ab eo propter quodcumque accidens extrinsecum adveniens. Ad hoc enim dicitur quod verum est et ideo in talibus operationibus semper remanet ratio involuntarii quamvis tamen ab extrinseco accidit eis ratio voluntarii, ideo quamquam sint involuntaria hoc tamen non est pure sed cum involuntarii admixtione. Vel dicendum est quod bonum vel apparens bonum est obiectum voluntatis et ultimum appetitus, et ideo sicut congruit alicui rationem boni ita et rationem voluntarii, et sicut rationem mali ita et involuntarii. Bonum autem aliquid dicitur aut secundum quod habet rationem finis aut secundum quod ordinatur ad finem. Secundum autem quod habet rationem sic est bonum simpliciter et secundum se. Secundum quod est ordinatum ad finem est bonum secundum eius relationem ad aliud. Et ita de malo. Et quia idem potest esse aliquid finis et aliquid ordinari ad finem ut patet primo Ethicorum [illegible] quod illud perfectius est quod est secundum se eligibile et nunquam propter aliud quam quod secundum se ipsum et propter alia eligibilia. Et adhuc possibile est quod eodem utamur ad diversos et multiplices fines, hos quidem bonos hos quidem malos, ideo non est inconveniens quod in eodem multiplices inveniantur rationes et boni et mali et aliquid secundum se et aliquid ad aliud et per consequens multiplices rationes esse voluntarii et involuntarii, propter quod non est impossibile ut id quod est per se et secundum se voluntarium sit in ordine ad aliud involuntarium. Et sic patet questio.

Consequenter queritur utrum operationes que fiunt per ignorantiam sint involuntarie. Et arguitur quod non quia de voluntariis operibus non punimur sed de malis factis per ignorantiam punimur ut si homines inebriati carentes usu rationis faciant iniuriam. Ebrius enim ut dicit Aristoteles debent duplices increpationes. Consequentia sic sequitur quia omnes male operationes essent involuntarie et in nullo malus debet puniri quod est falsum ut patet 9a per Aristotelem qui dicit igitur quidem omnis malus quia ignorat ea que oportet operari et a quibus fugiendum. Item si hoc igitur esset involuntarium tunc omne scitum esset voluntarium per primam secundam si oppositum in opposito et propositum in proposito. Sed hoc est falsum quia videntur facta sunt bona facta que tamen non sunt voluntaria. Item involuntarium est triste et in penitudine ut dicit Aristoteles sed quod ignotum est nullam facit tristitiam aut delectationem quia delectatio et tristitia sunt passiones sequentes cognitionem. Oppositum dicit Aristoteles videtur autem involuntaria esse que violenta et per ignorantiam facta. Item dicit Aristoteles quod autem per ignorantiam facta non voluntarium quidem omne est igitur omnes nostre operationes que innate sunt esse voluntarie si sunt facte per ignorantiam sunt involuntarie et patet consequentia quia ex alio non videtur differre non voluntarium et involuntarium nisi sicut negatio voluntarii et privatio voluntarii, modo negatio in subiecto apto nato non dicit privationem. Item omnes operationes nostre saltem que innate sunt a voluntate procedere vel sunt voluntarie vel involuntarie. Sed que per ignorantiam fiunt non sunt voluntarie quia voluntarium dicitur ex eo quod voluntas in ipsum fertur voluntas autem non fertur in ignotum. Sciendum est cum nomina imposita sint ad significandum ad placitum quod non oportet nos hic litigare de significationibus vocabulorum sed ea sumere sicut quod consueverunt ipsis antiqui philosophi uti in moralibus. Dico igitur quod per involuntarium non debemus intelligere simpliciter negationem vel simpliciter privationem actus voluntatis absque actu positivo contrario actui voluntatis sed per involuntarium intelligimus actum positivum contrarium actui voluntatis. Ideo dicit Aristoteles non voluntarium autem quod triste et in penitudine dicitur et adhuc oportet quod opus est triste et in penitudine scilicet ad hoc quod dicatur involuntaria. Sed per non voluntarium debemus intelligere aliquam quamcumque vel contrarium actus voluntatis negationem sive sit negatio simpliciter sive sit negatio privativa. Et hoc sive sit absque actu positivo contrario sive cum actu contrario. Ideo dicit Aristoteles quod autem propter ignorantiam non voluntarium omne est. Oportet autem primo videre quod voluntarium dupliciter potest dici uno modo formaliter alio modo virtualiter. Formaliter dicitur voluntarium in quod actus voluntatis directe fertur ut si dicas volo comedere vel studere tunc comedere aut studere est tibi voluntarium. Sed voluntarium virtualiter dicitur illud quod est innatum consequi ad id quod est formaliter voluntarium verbi gratia si aliquis vult multum bibere et inebriari et inebriatus iniuriatur dicimus quod inebriari et iniuriari sunt voluntaria quia inebriari est innatum consequi ad magnam potationem et iniuriari ad inebriationem. Et sicut peccatum est de omissione ita peccatum potest esse de commissione. Verbi gratia tu voluisti ludere in vesperis ex quo sequitur quod tu propter ludum vel studium dormies forti sompno non vadis ad matutinas dicemus quod ideo dormire et ideo non ire ad matutinas et non lucrari distributiones tuas est voluntarium non quidem formaliter quia tu bene velles habere distributiones illas sed virtualiter sive consequenter. Item sciendum est quod operatio potest dici formaliter voluntaria dupliciter uno modo quia actus voluntatis directe fertur in ipsam dum ipsa fit. Alio modo quia fertur in ipsam non dum ipsa fit sed postquam facta est verbi gratia tu fodiens terram tuam non volebas invenire thesaurum quia nesciebas sed quia cum invenisti multum placuit tibi invenisse illa igitur inventio thesauri fuit formaliter sic voluntaria non dum fiebat sed postquam factum esse et sic patet quod operatio potest dici voluntaria dupliciter vel tripliciter scilicet virtualiter et formaliter dum est in fieri et formaliter dum est in facto esse. Item sciendum est etiam quod sic potest ex dictis videri non possumus habere ignorantiam de re aliqua dupliciter uno modo quod ipsa ignorantia sit voluntaria alio modo quod non. Et dicitur voluntaria aliquando formaliter aliquando virtualiter. Formaliter sicut quando dicimus non dicas mihi aliquid de tali facto quia nolo aliquid scire de eo. Sed virtualiter potest implicari contingere sicut tangitur in textu. Primo quidem quando volumus ali

quod opus ad quod se impeti usus rationis ut ex nimia potatione scilicet ebrietas quia tollit usum rationis // 2° quando
volumus aliquid actu exercere opus quod licet non tollat usum rationis tamen impedit consideracionem eius quod deberemus facere
ut si quis vellet ludere dum deberet audire precepta domini // 3° modo ut si desides existentes volumus
esse otiosi et non operari ad quod ex negligentia sequitur non consideraret et id quod tenemur et faciliter possumus facere
propter quod ignorantia scilicet que est formaliter voluntaria dicitur ignorantia affectata // 2a autem ignorantia quam declaravimus
contingere 3bus modis scilicet que est virtualiter voluntaria dicitur ignorantia crassa vel supina methaforice Crassa quidem quia crassi corpore desides sunt aut sompnolenti per quod impediuntur a consideratione
diligenti eius in quo deberent esse diligentes Supina etiam dicitur quia tales tamquam supini dicuntur quia non habent
rectam elevatam ad id quod scire tenentur // Alia autem est ignorantia que nullo istorum modorum est voluntaria que
vocatur invincibilis scilicet quando quis per omnem diligentiam quam possit ut quam tenetur apponere non possit rem scire
et istius ignorantie nos non sumus causa unde dominus nec illam nobis imputat // Iuxta dicta possumus ponere 5
conclusiones prima conclusio est quod nullum opus quod fit per ignorantiam formaliter est voluntarium forte dum ipsa fit quia actus voluntatis non fertur
directe in incognitum potest tamen esse voluntaria post factum et ut si tunc placeat fecisse potest etiam esse voluntaria
virtualiter ut si eius ignorantie simus causa. 2a conclusio est quod omne opus factum per ignorantiam affectatam vel supinam
est voluntaria virtualiter quia sequitur ad voluntariam ignorantiam est tamen possibile quod post factum esse sit involuntaria
formaliter et cum displicentia multa ut si ebrius hominem interficiat multum sibi displicebit cum venerit ad usum rationis
3a conclusio est quod opus factum per ignorantiam invincibilem non voluntaria est virtualiter cum non sequatur ad aliquid voluntarium
nec formaliter dum ipsa fit sicut patet ex prima conclusione tamen non prohibet ipsam esse formaliter voluntariam
post factum esse ut si quis fodiendo terram suam thesaurum inveniat // Quarta conclusio est quod ad hoc quod opus sit
simpliciter involuntaria duo requiruntur primo quod nullo dictorum modorum sit voluntaria quia involuntarium simpliciter omni
voluntario opponitur // 2° requiritur quod sit nolita potius post factum esse cuius ratio est quia cum non possit esse potius
nolita dum fit nec ante factum esse quia tunc ignoratur patet quia si non esset nolita post factum esse quod non oppo
neretur voluntario potius sed solummodo negative vel privative modo dicto fieret quod involuntarium debet opponi potius
ipsi voluntario contrarie // Ex his sequitur 4a conclusio scilicet quod opera facta per ignorantiam solum illa dicuntur involunta
ria simpliciter que fit per ignorantiam invincibilem et quod cum post factum esse pervenerit ad notitiam est tristis
et in penitudine ut dicit Aristoteles Sciendum est tamen quod aliud est modus solvendi propositum quod communiter dicitur
unde invenitur Aristoteles dicit aliud autem videtur esse per ignorantiam operari ab eo quod est ignorantem facere ebrius enim vel
qui irascitur non videtur propter ignorantiam operari sed propter aliud horum que dicta sunt non sciens autem sed ignorans
Ignorat quidem omnis malus que oportet operari et a quibus fugiendum et propter talem peccatum iniusti et universaliter mali fiunt
involuntarium autem vult dici non si quis ignorat quod confert non enim que ex electione ignorantia
causa involuntarii sed malitie Et ista solutio in eandem sententiam reddit cum prioribus dictis si modo
debito exponatur // Possunt enim poni 2e conclusiones prima est quod omne opus factum propter ignorantiam est involuntaria
2a conclusio est quod non omne opus factum ignoranter est involuntaria Sed hic intelligimus opus fieri propter ignorantiam
tunc solum quando ignorantia principalis causa eius operis Ad quod duo requiruntur primo quidem quod illa ignorantia sit in
invincibilis quia si esset ignorantia voluntaria puta affectata vel supina tunc illa ignorantia non esset causa
principalis et originalis eius operis sed voluntas que esset istius ignorantie causa. Ideo bene dicit Aristoteles quod opera
mala que fit propter talem ignorantiam tamquam propter causam principalem sed propter voluntatis malitiam. 2° requiritur quod illa
opera cum facta fuerint et percepta sit tristis et in penitudine quia si esset placens et grata tunc non esset facta

propter ignorantiam quia si sciremus adhuc magis faceremus et in patet quod ista solutio est Aristotelis et est eadem totaliter pro omnibus rationibus aut ad utramque partem adducte procedunt invise sunt si quis diligenter attendat.

Consequenter queritur decimo utrum operationes que propter iram vel concupiscentiam fiunt sint involuntarie et arguitur quod sic quia involuntarium quod preter est ex parte non voluntario sed ille operationes sunt huiusmodi quia ira non est voluntaria. Probo quia quod non sponte fit non fit aliter non est voluntarium voluntarie sed dicit Aristoteles in 2° huius trascimur et quidem timemus non sponte. 2° illa non sunt voluntaria que homo non operatur per voluntatem sed aliud ad hoc quod voluntas sed tales operationes non fiunt per voluntatem probatur quia ponitur sed per iram et concupiscentiam que pertinet ad appetitum sensitivum qui est aliquis a voluntate. Etiam quod voluntas est in ratione 3° de anima ideo que non fiunt secundum rationem non fiunt secundum voluntatem sed contra voluntatem tales autem operationes non fiunt secundum rationem. Item probo quod non sponte fit voluntas sed aliud hoc in continentibus autem Eustachius prologus huius de incontinentibus est qui instat rationi et resistendo se ipsum ab irrationali appetitu vult et superare non potest. Et 3° huius dicit Aristoteles quod incontinens concupiscens quidem operatur eligens autem non. Continens autem econtra. Eligens quidem concupiscens autem non. Et electioni quidem concupiscentia contrariatur ergo cum electio sit actus ipsius voluntatis patet quod aliud concupiscentia et magis ira est contra actum voluntatis ideo etc. propter hoc ad gratiam in modo incontinentium. Oppositum dicit Aristoteles forsitan non bene dicitur involuntaria esse que propter iram et concupiscentiam quod probat pluribus rationibus et infine concludit inconveniens utique involuntaria haec ponere dicendum est cum Aristotele quod voluntarie sunt operationes que propter iram vel concupiscentiam fiunt ad quod probandum inducemus rationes Aristotelis ut solvatur quod potest in eis dubium apparere. Primum talis est si non essent voluntaria que propter iram vel concupiscentiam fiunt sequitur quod pueri et bruta non operarentur voluntarie quia bruta et pueri non nisi propter iram vel concupiscentiam vel timorem vel aliam passionem operantur cum careant ratione vel rationis usu quod est falsum gratia et consequens. Sed quod dicit Aristoteles bruta operari voluntarie cum voluntas sit in ratione 3° de anima et bruta rationem non habent et si pueri ante usum rationis operantur voluntarie et involuntarie sicut dicit Aristoteles sunt laudes et vituperia igitur tales pueri de suis operibus sunt laudandi aut vituperandi quod est falsum. Item si bruta voluntarie operantur ita maniacus seu mente alienatus et in mala que faciunt essent sibi imputanda quod est falsum. Ad hoc tamen dicendum est quod nomine voluntatis aliquando utimur communiter prout se extendit ad appetitum sensitivum. Ubi gratia dicimus sepe canem comedere velle vel bibere et a voluntate sic accepta voluntaria dicitur operatio quamque in ea cum cognitione sponte operatur sed absque coactione et in bestiis et pueris et mente alienatis voluntarie operari dicitur et per hoc soluta est instantia prima. Vel etiam dici potest quod hic sumitur voluntarium non proprie sed eo ad quod voluntas inclinat sed ulterius pro non involuntario. Et quia involuntarium aut est propter ignorantiam aut propter violentiam et cum pertinentiis et in nostro proposito est in operatione que fit propter iram vel concupiscentiam ideo tales operationes voluntaria dicuntur non involuntaria. Ad 2am autem obiectionem et ad 3am similiter dicendum est quod in quibus non est rationis usus aut etiam passionis adventum sicut est de brutis et pueris aut maniacis voluntarium in nec proprie sumptum non est laudabile neque vituperabile neque puniendum neque premiandum neque virtuosum neque vitiosum moraliter neque virtuosum nisi sicut equum laudamus non in ipso sed ad nos quia eo possumus uti bene et ad nutum sed in illis qui ante passionis adventum habebant usum rationis tale voluntarium est laudabile tamquam virtuosum et premiabile vel vituperabile tamquam vitiosum et punibile cuius ratio 2a est prima quia licet ira et concupiscentia multum turbent et ligent usum rationis tamen non tollunt totaliter ipsum nec tollunt hominis dominium quin ipse possit rationem impetum ire vel concupiscentie reprimere et non permittere se duci passionibus. 2a ratio est quia cum ante passionis adventum haberet homo plenum rationis usum potens erat advenientem passionem moderari et eius impetum refrenare et secundum eam ducere rationem. Sic forte indemus usque ad mortem plenum habere rationis usum qui tamen non sine passione bellat sed cum ira multa

Vn̄ 3° hᵒ fortes q̄ de g̃ ꝑ bonū opant᷑ furor aut͠ cohopat᷑ eis // Et itez ꝑ nalissima at̄ uident᷑ q̄ꝑ fu
rore et paciens ellectiez // Vn̄ docuntuꝫ Homeri ut dic̄ Arꝭ erat Virtute innutte furori ꝛ ī uir
tute ꝛ furore erige in bellis. Dico g̃ q̄ opoēs q̄ ꝑ irā uel ꝯcu᷑ fuit n̄ ex eo sᵗ vitupaᵇˡᵉˢ si sint pa
ne q̄ fuit ꝑ paᵒ͡ʒ ꝫ ex eo q̄ uoˡᵗᵃˢ ꝛ rō poterat rebellar᷑ ꝛ nō rebellant uel si aliqua᷑ rebellat tn̄ nō
q̄ᵐ pnt ꝛ q̄ᵐ debent ut in ꝯtinētibꝫ // Ad ꝯcᵐ aut̄ pn̄ˡᵉ ꝛᵃ rō. Arꝭ ē tlis n̄ ē uolūtariū qd̄ ꝑ paᵒ͡ʒ
opatū ē ut aᶜᵃ huiꝰ sut̄ uoʳⁱᵃ. s. boā ꝛ aᶜᵃ in uolunʳⁱᵃ. s. mala sic̄ aᶜᵃ antiquoꝝ dixerūt si ut ꝯi ᵗᵒꝝ
ꝯcede ē ī ꝯens g̃ ꝛc̄ ꝑ bᵉᵗ ꝑ pᵒ q̄ in ꝯens sit nᵐ coꝝ q̄ꝑ paᵒ͡ʒ opant᷑ e uolūtariū q̄ꝛ oportunū ē ꝛ ra
tiom ꝯsonū. l. alū suū ī aliquibꝫ irasci ꝛ ꝑ irā opaī ut ī bello ꝯ īnimicos mᵒ qᵒ allegatuꝫ fuit ꝛ uid
bitur infra Simlit᷑ oportunū ē aᶜᵃ ꝯcupiscere ut sanitate ꝛ disciplinā ꝛ ꝑm hac̄ ꝯcuᵃ͡ʒ opaī ad
ꝯsequēduꝫ mᵒ dice qd̄ nᵐ tlē qd̄ oꝫ opari ꝛ sᵗ ꝑm rectā roē͡ʒ eēt alū uoluntariū ꝫ ꝑ īuoluntariū
eēt absurduꝫ valde // 2ᵒ pꝫ q̄ ī ꝯenꝭ ē dicere q̄ bona sit uoluntaria ꝛ mala īuoluntaria q̄ꝑ paᵒ͡ʒ
opant᷑ quia cū huiꝰ opoū. s. bonaꝝ ꝛ malaꝝ ꝑ paᵒ͡ʒ fraꝝ sit eadē cā oꝫ qd̄ utrꝗ uolūtarie dicat᷑
aut utrꝗ in uoluntarie // Sꝫ tu obiciendo dicens q̄ lꝫ utriusqꝫ opoīs. s. bone ꝛ male sit eadē cā
. s. paᵒ nō tn̄ eodeꝫ mᵒ q̄ n. male ꝑ paᵒⁱ opā ipē paᵒᵉ dicat᷑ tāq̄ pn̄ˡᵉ agente qui aut̄ ꝑ paᵒ͡ʒ bū
opat᷑ ipē ꝛ paᵒ eiꝰ ratione dicunt᷑ ꝛ ī rō ꝛ uoˡᵗᵃˢ sut pn̄ˡᵉ agens paᵒ at̄ cohopat᷑ sicut pᵒ allega
batur quia fortes ꝑ bonū opant᷑ furor at̄ eis cohopat᷑. Cu g̃ opō trahat spē͡ꝫ ꝛ denoīatē͡ʒ a pn̄ˡᵉ
agente & non a coopante nō uꝫ sequi q̄ mala opō uoluntaria dicat᷑ dato q̄ bona debeat dici
uoluntaria // Dicēᵐ ē q̄ ī huiꝰ usiꝫ roīs tam opoēs male q̄ bone ꝑcedut pn̄ᵉ ꝛ origᵉ nō a paᵐᵉ
ꝫ a roē ꝛ uoluntate ꝛ si nō duᵐ sit de bonis pt̄ declarari de malis exᵒ sbiˡᵉ. Ponamꝰ q̄ rex ple
nū dnīū heat ī regno ꝛ ptatē͡ꝫ subiciendi ē ꝛ ī sbiectione tenendi oīs de regno suo poˡᵉ ē tn̄
q̄ ꝑ desidiā uel amorē aᶜᵒꝝ suoꝝ subditoꝝ ꝑmittit uolūtarie tn̄ īualesce poᵗᵐ ipoꝝ ut n̄ possᵗ
eaꝫ ꝑᵃ meꝫ reprimere ꝫ ut forte regnū accipiat ꝛ impetū sue regie ut in flandria iudimꝰ sepe
hec g̃ inordinaᶜᵒˢ nō a sbditis illis dic̄ pncipalit᷑ emanare ꝛ originalit᷑ ꝫ a rege eꝰ erat sup
illos posse ꝛ debere reprimere ꝛ sb̄ debita sbiectioē tenē. Rex n. ptatē͡ꝫ illā uoluntarie dedᵗ eis ꝯ
pn̄ˡᵉ agere ꝗ ptatē͡ꝫ agendi tradit alū q̄ ꝗ ꝑm ptatē͡ꝫ traditā͡ꝫ opat᷑ mᵒ rō ꝛ uoˡᵗᵃˢ sᵗ ī hoīe
sicut rex ī regno dnīū͡ʒ hn̄te liberꝝ sup toᵐ regᵐ. s. sup oēs hoīs ūtutes ꝛ opoēs donec uolūtarie
ꝑmiserint paᵒⁿᵉˢ īualesce excedent roēs // Ad hᵒ et soluēduꝫ uꝫ q̄ pᵒ dcm̄ fuit. s. q̄ꝛ aᵒ ē volū
tariū aᵒ formaᵉ aᵒ virtuaᵉ si g̃ ꝯsideremꝰ q̄ uoluntas nō directe fert᷑ ī opē͡ꝫ mala q̄ fit
ꝑ paᵒⁿᵉ tn̄ uolūtarie ꝑmisit paᵒⁿᵉ īualesce ꝑ qd̄ ꝯtꝗd sᵗ ex in toᵐ dē uoluntariū ꝛ si non
formalit᷑ tn̄ virtuaᵉ // 3ᵃ rō Arꝭ ē īnoluntaria tr̄istia sut ꝛ ī penitudie ꝫ q̄ꝑ ꝯcuᵃ fiut
delectaˡᵉ sut g̃ ꝛc̄ // Sꝫ dices tu si q̄ fiut ꝑ ꝯcuᵃ sut delectaˡᵉ nō tn̄ q̄ ꝑ irā fiut sᵗ de
lectaˡᵉ q̄ꝛ ita nō ē sine magna tristitia. Dicēdū ē qd̄ licet ita sit cū tr̄istiᵃ ꝑ appētē ꝑ īpet
sionē͡ꝫ coꝝ que ī ipm̄ ꝛc̄. sic dr̄ 2ᵒ meᵉ tn̄ ī qd̄ ꝑm uerā frō magᵃ ē delectaᵒ ꝑ spē͡ꝫ puniois
Vnde ibidē laudat Arꝭ Omerꝭ. D. de ira q̄ multo dulcior ē melle distillante q̄ ī pecto
ribꝫ viroꝝ crescat Vnde subdit Arꝭ ᵉˢ asse. n. delectaᵒ q̄dā ꝛ ꝑ hᵒ. s. ꝑ spē͡ꝫ puniendi ꝛ ꝑ
ea quia demrat᷑ in puniendo intedī g̃ tūc inferᵗ fanti delectaᵒⁱ ꝛ fuat sic ꝯ ꝯsumpmoꝝ
// 4ᵃ Arꝭ rō ē tlis q̄ꝛ ꝯoꝫ opoēs sut uoluntarie que sut fugiende ꝛ de quibꝫ hoīes uitupat᷑
Nam īuolūtaria nō pt hō fugere cū taꝫ dcm̄ fuit qd̄ ī ptate neꝫ de hiꝭ uitupā cū non sit in

sua potestate sed de hiis que male fiunt tamen bene passio que secundum delectationem vituperantur homines et utraque potest homo fugere cum tamen dicitur quod in potestate sua est quod passio subiciatur rationi gratia exempli. 4a ratio arguebat quod si passiones irrationales hominis appetitus sensitivi sunt in ipsis hominis libera potestate ergo quod oportet quod secundum huius passiones fiunt sint in eius libera potestate libera ipsius sed passiones sunt in potestate libera ipsius quoad moderationem ipsarum et suorum impetuum refrenationem gratia exempli oportet quod sint in sua potestate. Ad 5o etiam est quod homo voluntarie operatur id quod libere potest operari gratia exempli. Et ista ratio est omnium precedentium completiva. Ad adiudendum quod oportet quod per passiones fiunt non sunt voluntarie que nobis debeant imputari Si enim non possemus passiones moderare et suos impetus refirmare aut etiam conatu ipsarum resistere et obviare ut nobis non sit necesse in opus ad quod inclinant transire sine dubio operationes sequentes non essent nobis imputande. Ad rationes ad primum cum dicitur 1o non est voluntarium quod procedit a principio non voluntario dicendum est quod verum est si voluntas non generat vel generavit. Et cum dicitur quod passiones non sunt voluntarie dicendum est quod ymmo aliquo modo scilicet quoad ipsarum moderationem et ipsarum impetuum refrenationem licet forte non quo ad ipsarum omnimodam annullationem propter quod aliquis non sponte timemus vel irascimur sed tamen sponte timemus vel irascimur moderate aut immoderate. Sicut dicebatur 2o huius quod habitus morales qui sunt in potestate nostra sicut declaratur in 3o huius sunt secundum quos ad passiones habemus bene vel male puta ad irasci si quidem vehementer vel remisse male habemus Si autem medie bene Sicut etiam alii sumus domini eius quod est vitare totaliter passiones scilicet fugiendo ab obiecto. Et iterum sicut dictum fuit quantumcumque passio vehementer effecta fuit tamen voluntas potest eius conatu obviare ut non transeat ad opus. Et ideo semper voluntatis est aliquo modo causa operationis aut ponendo si consentiat appetitui sensitivo aut privando si non negat eum sicut submissionis navis nauta propter suam absentiam dicimus esse causam et sibi debere imputari. Sed forte videretur alicui quod ista dicta contradicant aliis dictis meis in fine primi libri ubi dicebatur quod nec ratio nec voluntas principatur appetitui sensitivo principatu despotico sed politico et regali quia liber sensitivus appetitus potest in contrarium et rationi et voluntati Illic iterum dicebatur quod intellectus et voluntas non possunt movere corpus nisi mediante appetitu sensitivo Et quod aliqui inclinant ab appetitu sensitivo sicut patet de incontinentibus et ad hoc allegabatur auctoritas Eustachii qui in continentes defendere se ipsos ab irrationali impetu volunt sed superare non possunt Et non solum incontinentes sunt a nobis sed etiam 2o huius Aristoteles dicit sepe quod incontinentes et molliciam ... a passionibus. Hiis autem dictis contrarium videtur quod voluntas possit passionum impetibus obviare et appetitum sic detinere ut non moveat se ad operis executionem ad quod per passionem inclinatur gratia exempli. Ad hoc autem omnia potest dici quod appetitus sensitivus non ita liberum esse dicimus sicut ipsam voluntatem nec tamen appetitus sensitivus ad appetendum et movendum ad prosecutionem et ulterius ad omnes actus suos aut ab obiecto aut a passionibus aut ab eius habitu aut ab innatis dispositionibus aut ab ipsa voluntate aut a ratione aut ab omnibus aliis istis vel simul vel pluribus istorum ad invicem combinatis quod non est in de voluntate que se ipsa libere certis consimiliter se habentibus potest in oppositos actus sicut dictum fuit Sed ideo libere dicitur appetitus sensitivus ad ipsam voluntatem se habere solummodo ex eo solum quod quamvis per fortiorem impetum passionis potest in oppositum eius quod ratio dictat et ad quod voluntas inclinat eo modo quo in 2o determinabitur. Et iterum nec appetitus sensitivus in potest in contrarium voluntati quod possit contra ipsius totum conatum. Sed quia per fortem tractum passionis potest contra conatum debilem voluntatis in incontinentibus gratia voluntas trahit ad oppositum passionis sed non sua in tota propter quod et permittit se vinci id est conatum passionis superare conatum ipsius Et quod dicit Eustachius superare non potest dicendum intelligi quod tanto voluntatis conatu quantum incontinens habet ipse non potest superare impetum passionis sed maiorem posset quamvis tamen est in dominio voluntatis vincere ullum potest habere passionem tamen impetum in trahendo appetitum quin voluntas in habente usum rationis possit in maiorem. Ad alias rationes principales satis patet ex dictis quid sit dicendum Et sic patet questio.

Consequenter queritur

xio Utrum homo possit peccare mortaliter in tempore quo non potest uti ratione. Et arguitur quod non quia tunc non est dominus suorum actuum plusquam lignum vel bestia peccata autem sunt

in nro dno sunt in nra ptate ut dr 3o h9 ref. Oppom ar qd dicit Arz q ebrio duplices debentur
increpacoes qd sic exponit quia s debet roe sue ebriet a roe illg qd i ebriet omittit ut si occi
deret go cu n u pcto si debeat increpationes iu q ille i ebriet du n p uti roe peccauerit. Itē
pono q sug teneat hora meridiei ad pceptu dni sui adimplere qd impole sit a hora ad
implere 7 qd pp multu potatoz incipiat hora 3a dormire usq ad nona 9stat q ille peccauit
pcto omissionis q de omissione increpabit 7 puniri a dno. Aut go ille omittit hug pcca
tu hora 3a dum potat ul dum incipit dormire uel hora meridiei dum debet pceptu dni adi
plere Si hora meridiei tunc pz q peccat dum no habet usu roīs et sic hēt intentu Sz qn bibit
uel incipit dormire hc no uidet pole quia tuc pctm pcederet actu pcti quia nudum actu omisit
ab ao pole n. fuit qd expgefiet ul omisit a sompno 7 mādatu dni adimplere // Quia de 2a pcto
inctioz fecerit arta s. omissionib 7 comissionib dōn c de utroq // Po de pcto omissionis v g si ebg
occideret de quo dē q ebrig pt ee 2x uno i quo remanet ad de usu liberi arbitrij 7 de illo dicitur
q qo n hēt dm. Alig qui pp nimia ebrietate nm hēt usu rois plusq fatuus ul puer fatius ul puer
de quo si occideret uel pcuseret diuerse sut opiones una q no peccet mortalit qd pbat multiplr
pmo quia qcit quo pcto no n. peccat pcto intemperantie q nia itemperatie n e passio n pcto
iniustie q pctm e fz uoluntate 7 roz non recta Ille aut nuq cc materia iustie huit uotez
aut roz no rectā v g. Si ponamg q toto tpe quo huit usu rois uoluit ad oins ago iuste
7 multominus ui peccare sm ad iuq 5cg gt. // 2o quia ex ho ille peccar ui q fuit ca sue
ebriatois s hoc no sufficit q tuc si qs eet 8t ca egritudinis ex qua tande fiet maicat tuc
ipē peccaret quotiensciq pca malefaceret ex mania 7 oia fca sua s imputaret qd ui sim
quia legislatores non puniret eu. Sz dnt ao maiatu qui ex sua culpa mania incurrit peccare
quotiensciq malu p mania opat lz no puniat a lege Legen. n. puniut ad mediandu s. a dev
trahedu hoies a pcto Vn 2o h9 dr Arz. q pene fcē p legislatores medicie qdā sunt 7 3o h9
dicit q legislatores puniut 7 cruciāt mala opantes bona aut opantes honorat hos qdez
puocantes hos at plebetes q go iaiati retrahi no pnt io no puniut a lege qmuis peccet. Sz
q q de aliquibz delictis ut de homicidio leges statuit penā no reuocatiuā s. morte go salte tal
deberet pena maiatis inferri si occidendo peccaret. Itē dato q ab p culpā sua eet absq re
medio dispositus ad mania adhuc tn huis usu rois ui magna crudelitas dice q no sit i sua
ptate opari 7 ad salute 7 ad euitatoz etne pene. s. penitēdo toto corde 7 delicto suo. Sz co
stat q n homo eet in eiusptate q qum ciuq no penitet 7 ofiret tn mania adueniete peccaret
multotiens de quo pca no penitet 7 ita pca 9desperaret. 3o ad 9ocs pnles adducūt aut
Arz 2o politice ii dicit sic. s. q lex dicēs maiore penā i fligēda ee ebrijs si pcuserit q sobrijs
non respiat ad ueniā s ad 9ferens q ebrij mag debēt obtine ueniā vr go uelle Arz. quod
ebrij no sint puniedi si pcusserint pp pctm qd fecerit s pp 9ferens. i. pp ho q fecerit alti malu ul
forte pp h qd alias abstineat ab ebriet ut inde no sequat maliz. Itē ex dcā auctē Arz
ar sic fmones simpr plati debet simpr intelligi de hys qui i pluribz sut. Ebrij at ut i plurbz
sunt ac hntes usu rois spalr pcuacitatis io de hys loqbat Arz vn de hys q nm hrent usu
rois de quibz intendimus in 1to qoe. Si g tles ebrij mig peccant q sobrij ex eo q ming hnt

usum rationis. Aliter enim non deberet magis optinere veniam, scilicet, non minus peccaret, nec igitur sequitur quod non habentes de
usu rationis non peccant, nec contra hoc est hoc quod Aristoteles dicit 3° Ethicorum ebrios duplices debere increpationes. Loquitur enim de ebriis
communiter accidentibus, scilicet, quando caret totaliter usu rationis. Similiter dicunt isti de peccato omissionis, scilicet, quod si quis habet usum
rationis dum tenetur aliquid operari et non operatur illud, ipse tunc peccat formaliter peccato omissionis. Sed si tunc non habet usum
rationis ipse tunc non peccat, sed peccavit quando in statu tali se posuit quod non haberet rationem dum teneretur uti et operari.
Et tamen dicunt isti quod tale peccatum solet vocari peccatum omissionis ex eo quod accipitur peccati nomen ex indebita vel defec
tiva consideratione omissionis et ex voluntate non recte se habente ad omissionem, verbi gratia: Si aliquis tunc potat quod oportet
ipsum dormire dum deberet mandatum domini exequi, ipse potando non solum peccat peccato intemperantie sed etiam peccato
inobedientie et omissionis. Secundo enim agit contra rationem rectam quia recta ratio iubet quod ipse abstineat se ab ista potatione
ex eo quod indecens est secundum se, et ut non omitteret quod facere teneretur. Unde apparet quod licet ire ad dormiendum non secundum se
esset malum, tamen esset malum si aliquid facere teneretur. // Ad rationem autem in oppositum dicendum quod pro illa hora secunda peccavit peccato
omissionis in causa quia tunc illud commisit ad quod nata est sequi omissio. Et cum dicitur quod invitus omisit
quia ab alio excitatus mandatum domini adimplere potuisset. Dicendum est quod si ita fiat, tamen ipse propter hoc non
absolvitur a peccato quia in eo non stetit quin omitteret. // Et si dicatis quod minus eum puniret tamen simpliciter
si omisisset, igitur videtur quod illa forte omissio est peccatum. // Potest dici quod non in causa posito si ipse magis puniretur
non ratione peccati maioris sed ratione damni consequentis. Punitiones enim non solum respiciunt peccatum sed etiam damnum
cuius oportet fieri restitutionem. Vel etiam dicamus quod legum punitiones atque punitores non sunt atten
dentes ad interiorem conscientiam quia illa ignoratur sed ad exteriorem factorum evidentiam, licet tamen peccatum sit
formaliter ex conscientia interiori secundum Senecam in libro de [illegible]. D. omnia scelera et ante effectum operis
quantum culpe satis est perfecta sunt. // Alii autem dicunt quod tales peccant non solum dum operantur illud ad quod se
quitur carentia usus rationis sed etiam postquam caret usu tam committendo quam omittendo, quia quoddam opus malum commit
tere voluntarie vel opus debitum omittere voluntarie est peccatum. Ideo de hoc homines puniuntur et vituperantur
sed talis commissio vel omissio sit huiusmodi quia licet non sint voluntarie formaliter sunt tamen voluntarie antecedenter
vel virtualiter sicut prius dictum fuit. // Ad rationes alterius opinionis dicunt ad primam quod in ebrietate percutere vel occi
dere est peccatum iniustitie. Et cum dicitur quod ebrius numquam habet rationem vel notitiam dispositam rationi circa iustum vel iniustum,
dicendum est quod primo, scilicet, in tempore quo nimis potavit, quia tunc potavit et debebat ratione iudicare quod ex nimia
potatione sequi poterat ebrietas ad quam iterum sequi poterat iniusta operatio. Ideo pro illo velle debebat non bibere ne
postea committeret iniustum quam propter potentem delectationem vellet bibere. Si igitur tunc non indeterminavit ratione nec in volun
tate efficaciter, non tunc certum est quod et ratio et voluntas prave se habuerunt circa iustum et iniustum. // Ad aliam potest dici quod
non est simile de ebrietate et de mania quia quilibet sanare potest faciliter et tenetur quod ex inordinata pota
tione sit ebrietas. Ideo ebrietas homini imputanda est tamquam voluntaria, sed non faciliter homo potest sanare nec tenetur
ex qua operatione sequitur mania. Possibile enim est quod in aliquibus propter complexionem ad hoc aptam mania sequatur ex po
tatione non multa vel ex coitu pauco vel aliquo alio tali quam tamen aliter complexionatus numquam sequeretur.
Ideo mania non est talibus imputanda tamquam voluntaria. Non enim omne quod ex voluntario sequitur est voluntarium
et imputandum sed solum illud quod potest homo faciliter et tenetur sanare et innatum est ex tali operatione provenire. // Sed si dicatis
ponamus quod homo sciat complexionem suam talem esse quod ex coitu innatum sit cadere in maniam et propter appetitum de
lectationis inordinatum coeat et fiat maniacus, quid tunc erit dicendum? // Forte conceditur potest quod talis peccabit per
cabit de cetero quotienscumque malum aliquid operabit. Sed ob hoc leges non puniunt eum quia rarissime

accidit talis casus. Sepius autem est quod aliter fiat in maiori. Et quia legis lator non potest omnia que rarissime
eveniunt providere et possit bene modo fieri si in homo furiosus fuit in maiori a a ... commissa dicunt lex non
mandatum fore puniendum. Sic enim dicit Aristoteles primo rethoricorum: Et necesse est quod lege dicere universaliter licet non sit ubique
bonum aut iustum sed ut in pluribus. Sed quamquam non facile est determinare propter infinitatem. // Ad idem autem quod apponitur quod si
penituit et confessus fuit sed posse ante ... rationis usum amiserit forte dici potest quod dicitur quod est magis pertinens ad divi-
nam quam ad punitionem de gratia sive plenitudine remittet sed culpa omnium malorum que per ea operabitur cooperante
divina penitudine quia iste habet non solum de hoc quod mania incursurus est sed etiam de hoc quod mala et inho-
nesta perpetraturus est. De hoc autem certificare spectat magis ad theologiam quam ad scientiam istam. // Ad aliam
dicendum est quod Aristoteles auctoritate 2° politicorum non dicit quod ebrius si [paiscerit] non peccat sed quod numquam peccat. Sed bene
dicit quod lex magis puniet eum de percussione quam sobrium; non enim solum respicit advenientiam sed ad conferens.
Sed si dicitur sic ebrius numquam peccat quia numquam habet usum rationis tunc si numquam habeat usum rationis non peccabit. // Di-
cendum est forte quod ipse non numquam peccat propter numquam habere usum rationis in medio sed propter eius opus est numquam voluntarium
ideo si nullo esset voluntarium nullo peccaret. Sed licet habeat non usum rationis adhuc est voluntarium an-
tecedenter sed virtualiter licet non formaliter sicut dictum fuit. // Et si dicas ad minorem usum rationis sequitur numquam
voluntarium ergo ad nullum usum rationis sequitur non voluntarium. // Dicendum est quod ad minorem usum rationis sequitur
numquam voluntarium formaliter ideo ad nullum usum rationis concedit sequi non voluntarium formaliter tamen minor rationis
usus aut totaliter eius carentia non tollit de racione voluntarii virtualis. Ad principales rationes dicendum est quod ad pec-
candum sufficit dominum esse operis aut causa ad quod opus est innatum consequi modo quo satis prius apparuit
prima opinio videtur aliis multis improbabilior.

Consequenter queritur. xij°. utrum [Questio] operatio humana sit bona vel mala ex cir-
cumstanciis. Et arguitur quod non quia bonum et malum sunt in rebus vi° metaphysice circumstancie autem sunt extra rem. Igitur
tunc operatio non habet entitatem ex circumstantiis igitur nec bonitatem cum bonum dicitur equaliter enti primo huius. // Item ex illo
non redditur operatio bona vel mala quod est indifferens ad bonitatem et maliciam sed circumstancie sunt huiusmodi. Igitur. Verbi
gratia instrumentum est circumstancia ut manus aut virga sed manu aut virga contingit percutere et bene et male.
Oppositum patet per totum librum ethicorum [ordinem] videlicet Aristoteles iii° 3° enumerat circumstancias ad ostendendum quomodo opus malum
ex circumstantiis vel defectu alicuius circumstancie excusatur. Aliud propter invincibilem circumstancie ignoranciam. Et in 2°
huius dicitur quod timere et audere et concupiscere et adversari et irasci et misereri et universaliter delectari et tristari est et magis
et minus et utraque non bene quando autem oportet et ubi oportet et in quibus et ad quos et ad quod gratia et medium et optimum quod
[est] in virtute. Primo videndum est quid est circumstancia. // 2° quot sunt circumstancie. // 3° propositum. De
primo dicit aliquis quod circumstancia est quedam particularis concreto actus humani extra essentiam actus existens ad ipsum tamen aliquo modo
pertinens et quod particularis condiciones rei singularis dicuntur accidentia individuantia actum humanum. Et dicit quod cir-
cumstancia dicitur transsumptive ad similitudinem loci quia locus circumstat locatum et est extra essentiam locati. Dicit igitur quod circum-
stancie sunt tales accidentales condiciones ideo esse ex quibus per se dependet substantia actus aliter quodcumque pertinens ad substantiam
actus per se non dicitur circumstancia quia sit aliquid. Sed ea sola que substantie actus aliter causis per se ipsius quiescenti sunt
verbi gratia ut dicitur in actione furti non est circumstancia quod sit alienum quia hoc pertinet ad substantiam furti ex parte
obiecti. Sed si furtum sit magnum vel parvum. Contra tamen istam declarationem obicitur sic: Aristoteles ponit circumstantias p^a
accipiens electionem 7 cuius gra fortitudo. Sic' fortitudo e circa tristicias. d. Aristoteles in substinendo
utiq; tristia fortes dnt' pp qd' 7 triste fortitudo // Etiam Aristoteles in° laudare fortitudinem sup temperantiam

eo q nullum est bonum corporale bono rois neq; etiam malum pene

propter hoc quod difficilius est tristitia sustinere quam a delectabilibus abstinere et ideo minus velle quod sit temperantia circa de
lectationes ita fortitudo circa tristitias. Item quod assumit sibi furorem non mediat circa timores
et audacias quia furor ad extremum audacie pertinet. Videtur quod fortitudo assumit sibi furorem ut allegatum
est ab homero igitur etc. // Item Tullius dicit fortitudo est periculorum susceptio et laborum perpessio. Et ideo
fortitudo est circa labores et pericula que non sunt timores et audacie igitur etc. // Item vel est circa quoslibet
timores quod est contra aristotelem vel circa aliquos quod videtur inconveniens cum non appareat alia moralis virtus ad mode
randum illos alios timores. Oppositum dicit aristoteles. Primo videbitur quod fortitudo est circa timores
et audacias. // 2º circa quos timores et circa quas audacias. // Primum sic patet virtus moralis
propter hoc requiritur ad bonum proprie et delectabiliter operandum quia appetitus inatus est adversari rationi
ex eo quod inclinat ad oppositum rationis si secundum obiectum extrinsecus non inclinat appetitum nisi per passionem quam infert
appetitui igitur virtus circa quod obiectum extrinsecus existit debet esse etiam circa passiones per quas appetitus est inatus inordinate
etc. in obiectum extrinsecus inclinari virtus igitur exigitur ad moderandum illam passionem ne suo impetu
trahat appetitum contra medium rationis modo constat quod bellica pericula circa que est fortitudo non sunt innata dis
torte inclinare appetitum nisi ad fugiendum vel non aggrediendum per timorem vel ad aggrediendum vel ex
pectandum per audaciam igitur oportet fortitudinem esse circa timores et audacias scilicet moderando et mediando eas
eas secundum medium rationis. // Quantum ad 2m sciendum est quod obiectum timoris est apparens malum futurum
ut vult aristoteles 2º rethorice diffiniens timorem dicit quod timor est tristitia quedam vel turbatio ex phantasia
futuri mali. Malum autem est 3x secundum quod triplex opponitur bono. Est enim malum inhonestum quod honesto
opponitur bono. Et malum nocivum quod opponitur bono utili. Et malum triste quod opponitur bono de
lectabili que quidem tria bona quomodo distinguantur ab invicem apparuit in 2º libro. In hoc autem loco
utamur hac eorum acceptatione quod per bona honesta intelligamus virtutes et opera virtutum que
dicuntur honesta formaliter et honores qui honesta bona dicuntur significative in quantum nobis in signum virtutis
impenduntur. Per bona autem utilia intelligamus pecunia et possessiones aliasque quarum dignitas consueverunt
numismate mensurari. // Sed per bona delectabilia intelligamus quecumque que per se innata sunt
sensibus exterioribus inferre delectationes. Capiamus etiam opposite tria mala hiis bonis opposita sic enim distinctis
bonis et malis virtutes in hoc optime distinguitur a vitiis quod qui prefert honestum utili et de
lectabili bene agit qui econtrario peccat. Dicimus igitur primo quod fortitudo non est circa timores mali quod op
ponitur bono honesto quia fortitudo est principaliter ad refrenandum timores ne inducant nos ad fugam licet
etiam aliud sed fortitudo sic fugiendum ideo fortitudo est circa tales mali timores quod non est simpliciter fugiendum
sed aliud expectandum. Sed malum inhonestum est simpliciter timendum et fugiendum quoniam est pollicitum cum opponat bono
secundum rationem quod est simpliciter bonum et omni alteri bono preferendum rationi. // Et hanc rationem intendebat aristoteles
cum dixit Sed non circa omnia mala videtur esse fortis quedam enim et oportet timere et bonum est quedam autem non malum
id est ea non timere est malum puta malarum opinionum id est infamiam quam quidem enim timet decens et verecundus
qui autem non timet inverecundus // Infamia enim opponitur bono fame quod est honestum bonum licet non omnino
tamen significative modo sic in disputationibus non solum cavendum est redargui sed etiam videri redargui
in non solum timendum et cavendum est contrarium inhonestum cuius sunt vitia et opera ipsorum sed etiam est timendum
inhonestum significative cuius sunt scandalum vituperium infamia // Considerandum est tamen quod inhonestum
significative non est ideo timendum et fugiendum quod ex eius timore vel fuga incurramus in inhonestum contrarium

ſi potius ſubſtinendum eſt patienter ſcandalum vel infamiam quam agat contra virtutem. Unde qui propter timorem infamie vel ſcandali agit contra bonum virtutis ipſe peccat contra magnanimitatem vel honoris ornatiam ſecundum exceſſum et eſt chaymus vel phylotimus. Propter quod patet quod talis timor non ſpectat ad fortitudinem. // Deinde eſt 2° quod fortitudo non eſt ſpecialis contra timorem mali nocivi quod oppoſitum bono utili quia circa tale bonum eſt liberalitas et magnificentia et eius vitia oppoſita. Propter quod liberalitas et magnificentia debent moderare paſſiones quas huiuſmodi bona innata ſunt nobis inferre cuiuſmodi eſt timor perdendi vel expendendi vel non acquirendi et audacia dandi et conſumendi. Ideo eſſe timores et audacias talium non eſt fortitudo // De malo autem triſti ſciendum eſt quod triſte ſolet 2x capi. Uno modo prout eſt ſecundum ſenſus tactus innatum inferre dolorem per ſui abſentiam cuiuſmodi ſunt potus et venerea et circa talia eſt temperantia et non fortitudo. Alio modo capitur ut eſt doloris illativum per ſui preſentiam ſicut ſunt egritudines verbera et vulnera et huiuſmodi vel etiam mortis pericula et apparentie. Et tunc oportet iterum diſtinguere quia vel eſt in poteſtate noſtra evitare talia pericula et tales triſticias vel non. Si non tunc eſſe timores talium non eſt fortitudo ſicut dicebatur in prima queſtione et propter hoc dicit Ariſtoteles quod non videbitur eſſe fortitudo ſed ſecundum exigentiam operis et circumſtantiarum modo quo oportet maximam ſibi timere in mari vel in egritudinibus eſſe mortem. Sed ſi in poteſtate noſtra ſit talia evitare tunc eſſe talium timores et audacias eſt fortitudo. Erit enim habitus inclinans ad non timendum ſed audendum triſtia et pericula quorum et expectatio et ſuſceptio eſt honeſta et fuga turpis et conſequenter inclinabit ad non audendum ſed timendum ubi non eſſet honeſta expectatio nec fuga turpis et in hoc eſt maximus quo virtus fortitudinis ſpecificatur et diſtinguitur ab aliis virtutibus per timores et audacias non tamen omnes ſed circa bellica pericula et tunc redditur quod dictum fuit in 1a queſtione.

Tunc reſpondendum eſt ad rationes. Ad primam dicendum eſt quod fortitudo non eſt circa iram principaliter et directe ſed indirecte et quaſi accidentaliter quia non eſt moderativa ire ſed magis aſſumit ſibi iram ad moderandum et reprimendum timorem et ad corroborandum audaciam in ſubſtinendo vel aggrediendo maxima pericula et ad familiaris et minus ſenſibiliter ſubſtinendum corporis maximas triſticias. De triſticiis autem dicendum eſt quod omnibus virtutibus vel eſt aliquibus eſſe delectationes et triſticias et cum hoc etiam fortitudo eſt quodam ſpeciali modo circa triſticias in quantum eſt circa terribilia que innata ſunt inferre triſticiam. Sed ipſa non eſt per ſe circa triſticias tanquam moderativa earum ſed inclinat ad ſubſtinendum maximas triſticias corporales ſi ipſa ſit eſt circa timores et audacias ſicut tanquam moderatrix earum ne impetuoſe inclinet ad turpem actum. // Ad 2am dicendum eſt quod fortitudo non moderatur timores et audacias medio rei ſed medio rationis ita quod tamen ſumit de timore vel de audacia quantum recta ratio iubet ſecundum exigentiam operis et circumſtantiarum. Modo quandoque oportet maximam ſibi aſſumere audaciam dum tamen ſit ſemper ſub dominio rationis et ideo quandoque fortitudo aſſumit ſibi furorem vel iram magnam ad augendum audaciam. Ad 3am dicendum eſt quod labores et pericula ſunt obiecta timoris et audacie // De 4a ratione inſigne eſt ſatis in tertia queſtione.

Onſequenter queritur xxii°

Utrum in aggrediendo ſit principalior actus virtutis fortitudinis quam in expectando vel econverſo. Et arguitur quod in aggrediendo per vi rationes conſimiles illis per quas Ariſtoteles probat iv° de liberalitate datores eſſe principaliores actum liberalitatis quam acceptores. Prima ratio quoniam melius eſt quod poſſidet ſe aggredi cum viribus ſuis expectare vero non niſi poſſidere vires etc. // 2a ratio eſt quia utique eſt magis bonum agere quam bene pati ſed aggredi eſt bonum agere et expectare ſive ſubſtinere eſt bonum pati etc. // 3a ratio eſt bonum operari eſt magis virtutis quam turpia non operari ſed aggredi eſt bonum operari expectare autem quod eſt non fugere eſt turpia non operari etc. // 4a ratio eſt quia virtuti et operationibus virtutis debentur laus et gloria

ſed magis laudant

sed magis laudant invadentes inimicos et repellentes quam expectantes et sustinentes. Quarta ratio est quia virtus est circa difficile et virtuosius circa difficilius sed difficilius est aggredi quam expectare generaliter. Quinta ratio est quia virtuosius est actibus propriis quod maioris prebet rei publice utilitatem quia hec est amabile et virtuosi actus sunt amabiles sed aggredi est utilius cum per agressum repellatur magis inimicus generaliter. Oppositum videtur velle Aristoteles d. in sustinendo utique tristia fortes dicuntur. Et per totum capitulum de fortitudine Aristoteles magis loquitur de actu sustinendi quam de actu aggressus tanquam actus sustinendi sit principalior. Unde dicit quod fortis est circa maxime terribilium n. 9. n. magis sustinet. Dicendum est quod cum non semper sit optimum expectare vel circa aggredi sicut in precedentibus apparuit loco tertio est fortitudinis actus scilicet fuga expectatio et aggressus de quorum actuum comparatione ad invicem dicendum est. Primo quod fuga est minus principalis actus ceteris duobus. 2o quod expectatio est actus principalior quam aggressus. Primum probatur sic quia sicut dicitur 2o huius circa difficilius semper ars fit et virtus. Et enim bonum melius in hoc sed difficilius est aggredi vel sustinere terribilia vel tristia quam fugere ea quoniam tristitia stupefacit et corrumpit naturam habentis 3o huius. Item suppono quod fortitudo magis opponitur timiditati quam audacie et hoc dicit Aristoteles in 2o huius quia propter sic quia ad timorem terribilium magis inclinati sumus quam ad ipsorum audaciam sicut experientia docet. Sed ad que magis nos ipsi sumus nati hoc magis contraria medio videntur ut dicitur in 2o huius generaliter. Ex hoc arguitur sic ille actus virtutis est minus principalis magis assimilatur vitio magis opposito virtuti sed fugere magis assimilatur timiditati seu actui ipsius quam expectare vel aggredi et quidem timiditas magis opponitur fortitudini ut dictum est generaliter. Item ille actus est minus principalis qui est magis remotus ab actu principalissimo sed fuga est huiusmodi quia actus principalissimus fortitudinis est expectatio sicut dicetur in 4a conclusione fuga autem magis distat ab expectatione quam aggressus quia totam tollit stabilitatem expectationis aggressus autem non sed reddit ei. 2a conclusio probatur primo quia sicut bonum facere bonum publicum liberaliter dare est virtuosius quam bene pati bonum publicum quod liberaliter accipere sicut dicitur 4o de liberalitate. Ita per locum a simili bonum pati malum est virtuosius quam bonum facere malum sed fortiter sustinere est bonum pati bonum malum scilicet tristia. Fortiter autem aggredi est bonum facere malum scilicet inimicis generaliter. Patet consequentia quod fortis expectatio comparatur datori liberali et fortis aggressus acceptori. 2o quia sicut prius dictum est quod circa difficilius est bene expectare semper ars fit et virtus ideo ille actus magis principalis ad virtutem spectare secundum fortitudinem quam aggredi qui est difficilior sed difficilius est bene expectare secundum fortitudinem quam aggredi omnino generaliter. Probatur prima primo quia bene sustinere respicit proprie loquendo fortiorem invadentem bene autem invadere respicit magis debiliorem defendentem invadens enim sicut communiter invadit semper invadit propter minorem fortiores sperans salutem. Sed expectantes aliquando videntes mortem et desperantes salutem sustinent pericula et tormenta ne malum culpe committat modo facilius est aggredi debiliorem et cum spes est de salute quam expectare fortiorem et cum desperatur de salute quoniam terribilissimum mors. 2o quia expectatio est moderamen timore mixtum ad hoc cum labore corporis et dolore invasio autem moderatur audaciam modo difficilius est [illegible] moderare timorem quia timor et dolor sunt innati vehementer trahere appetitum. 3o quia difficilius est diu et perseveranter manere in periculis et doloribus quam subito motu moveri ad pericula sed expectare importat temporis diuturnitatem aggredi autem potest quis subito motu et ideo de audaci et forti dicit Aristoteles Audaces autem provolantes sunt ante pericula tamen in ipsis discedunt fortes autem in operibus acuti prius autem quieti. 4o quia expectans et sustinens percipit in presenti pericula et dolores aggrediens non nudum scilicet presentia pericula et dolores sed mala presentia fortiores sunt motus quam mala futura. Unde dicit Aristoteles 3o de temperantia hec quidem enim scilicet pericula futura vel in vitio considerata sive tristia sunt hec autem scilicet pericula presentia

et in presenti apprehensa propter terribilia stupefaciunt ut arma proiciat et alia difformiter faciat. Tristitia namque stupefacit et corrumpit naturam humanam. Et 2o Rethoricorum dicitur sunt autem ansibilia et periculosa longe existentia non enim omnia timent sed quecumque terribilia magnas aut corruptiones possunt et hec si non longe sed prope videantur. Sciunt enim omnes quod morientur sed quia non prope non curant. 3o ad principale arguitur sic ille actus virtutis est principalior qui immediatius respicit bonum virtutis sed expectatio est huiusmodi probatio quia aggressus licet sit finaliter propter bonum virtutis salvandum tamen immediate est vel ad victoriam aut lucrum optinendum super inimicos vel ad repellendum inimicos ut non optineat in futurum sed expectatio spontanea in mortis appetitu ad nullum exteriorum tendit immediate sed solum ad honestum fovendum et ad evitandum malum culpe quod committitur in fuga. 4to arguitur sic ille actus est principalior actus virtutis qui magis distat ab extremis viciosis sed expectatio est huiusmodi quia fortitudo magis convenit audacie in aggrediendo quam in expectando. Et ex alia parte magis convenit timiditati in fugiendo quam in expectando etc. Sed est advertendum quod aliud est melius aggredi quam expectare ymo quod expectatio sine aggressu esset viciosa. Et similiter aliqua fuga est melior ratione comparationis illa de qua locuti sumus non est attendenda in ratione eiusdem actus et eodem modo circumstantionati sed ut dividitur id est quod supremus expectationibus est virtuosior supremo actu invasionis. Notandum est etiam quod quia fuga est fortitudinis actus minimus ideo sibi nulla attribuitur pars fortitudinis que conveniunt seu consolent enumerari. Tullius dicit in sua rethorica quod fortitudinis partes sunt magnificentia confidentia patientia et perseverantia. Et prima nomina non videntur proprie esse supra sic et Seneca minus proprie vocavit fortitudinem magnanimitatem. Hec autem partes sic artificialiter distingui possunt quoniam duplex est primarius et principalis actus fortitudinis scilicet expectatio et aggressus. Et iterum est duplex eius genus et secundarius actus scilicet periculorum vel dolorum susceptio et laborum perpessio. Propter igitur bonam expectationem requiritur constantia reddens eam firmam et instupefactibilem. Unde de hac parte loquens Aristoteles dixit principaliter autem dicetur fortis qui circa bonam mortem impavidus et quecumque mortem inferunt repentina existentia et quod fortis est instupefactibilis ut homo. Sed propter bonum aggressum requiritur fiducia vel fidentia reddens aggressum intimidum et acutum. Unde de ista parte dicit Aristoteles desperabundi quidem quis timidus fortis autem contrarie in audendo enim bone spei est. Sed propter dolorum corporalium susceptionem requiritur patientia reddens eam tollerabilem et imperturbabilem spontaneam propter delectationem quam habet fortis in hoc quod conservat se et auget bonum virtutis in tales patiendo dolores de qua parte dicit Aristoteles. Mors quidem et vulnera forti et volenti erit sustinet autem hec quoniam bonum. Sed propter laborum perpessionem requiritur perseverantia sumpta tamen non ut opponitur molliciei de qua dicitur in 7o sed ut est circa labores ad fortitudinem pertinentes. Hec igitur perseverantia reddit perpetuam laborum perpessionem infatigabilem modo humano de qua dicit Aristoteles Audaces quidem prevolantes ante pericula sunt in ipsis autem discedunt. Fortes autem in operibus acuti sic igitur patientia sicut constantia sicut dolores et expectationes et perseverantia fiduciam sicut labores aggressum. Tullius igitur pro magnificentia et Seneca pro magnanimitate debebat mente constantiam quam nominibus a magnitudine sumptis appellaverunt propter hoc quod spectat ad maximum fortitudinis actum. Tunc solvende sunt rationes. Ad primam dicendum est quod vere virtuosius est et melius quam possidere sed expectare sustinendo pericula presentia et dolores est multo magis viris virilibus aliter quam aggredi sicut dictum est. Ad aliam dictum fuit in principio rationem 2e quesitis. Ad 3am patet videndum per 3am rationem 2e questionis bonum enim honestum tantum habet bono utili preeminentiam quod melius est fugere turpe quam quodcumque utile procurare et cum hic expectans bene secundum dictam rationem non solum fugit malum culpe sed maximum et optimum fortitudinis actum exercet. Ad 4tam dicendum est quod propter alia laudat non laudabile que scilicet studiosus laudat enim illud quod quia delectabile et utile probet licet per immoderatum actum et turpe et ita sepe laudaces et prodigi et bomolochi dicit Aristoteles 4o huius quod pluribus gaudentibus

ludo et ipsi communicari magis quam ozi et bomolochi eutrapeli nominantur et gratiosi. Dicendum est igitur quod studiosi
magis laudarentur expectantes optime quam optime invadentes licet magis laudari debet invadens ubi ratio
dictat invadere et non solum expectare. Ad 5m dicendum est et dictum fuit in 2a ratione 2e quaestionis. Ad 6am
dicendum est quod non semper est melius quod est ex parte utilius sicut enim multa pecunia esset melior quam minus bona valet philosophari
Unde dicit Aristoteles Milites autem nihil forsitan prohibet non tales id est non vera fortitudine fortes esse optimos id est maxime
utiles sed eos qui minus quidem fortes alterum autem nullum bonum habentes parati quidem isti ad pericula et vitam ad parva
lucra permittant postea et dicit et quod optima expectatio et susceptio mortis ita possit in actu cum salvare
civitatem et totam gentem ad huc in maiori periculo existente sic optimus aggressus ideo etc.

Consequenter queritur xxiiijo.

Utrum inter quinque similitudinarias fortitudines fortitudo politica assimiletur magis vere fortitudini. Et arguitur quod non quia continet sibi se
fortitudo a principibus coactam modo coacto repugnat omni vere fortitudini et omni virtuti. Item illa que magis participat
morem virtutis magis assimilatur vere fortitudini sed fortitudo militaris est huiusmodi probatio quia prudentia est
regula virtutum et in ea connectuntur virtutes omnes ut patet 6o ethicorum ergo illa fortitudo magis habet rationem
virtutis que magis utitur prudentia modo fortitudo militaris est huiusmodi quia milites experti sunt in bellis
et sciunt quomodo se habendum sit in bello ad percutere et invadere et ad se defendere et custodire habent autem scientiam
non autem esse vel quam prudentia cum prudentia sit recta ratio agibilium etc. Item videtur quod fortitudo
ex ira sit similior vere fortitudini tamen quia vera fortitudo iram assumit secundum in adiutorium dicit Aristoteles fortes quidem
igitur propter bonum operantur furor autem cooperatur ei tamen quia dicit Aristoteles quod naturalissima videtur que propter furorem fortitudo precipiens
electorem propter quod etiam dicit quod fortes furoris speciem habent. Item videtur quod fortitudo ex spe sit ei
similior quia dicit Aristoteles desperans utique quis timidus fortis autem contrarius in audendo enim bone spei
est propter quod etiam fidentia posita fuit superius inter proprium fortitudinis. Item videtur quod fortitudo ex ignorantia sit
similior secundum quam fortitudo videtur maxime assimilari ignorantia dicit Seneca in suo libello de 4or virtutibus capitulo
de fortitudine quod maximum genus vindicte scilicet spectans ad ipsam fortitudinem est ignoscere. Et Aristoteles dicit de ma-
gnanimo que assistit in omni virtute magnanimus esse dicit quod magnanimus neque memor mali est non enim
magnanimi est recordari mala sed magis despicere. Oppositum dicit Aristoteles quod de fortitudine politica ipse dicit
assimilatur autem hec maxime ei que prius dicta est homine vere fortitudinis cuius rationem subdit dicens quoniam propter virtutem
sit propter verecundiam enim et boni desiderium honoris enim gratia et fuge obprobrii turpis existentis. Primo est vi-
dendum que et quot ponat similitudinarie fortitudinis 2o quam similitudinem et dissimilitudinem habent cum vera fortitudine
3o ex hiis videbitur propositum. Quantum ad primum manifestum est quod Aristoteles quinque ponit similitudinarias
fortitudines quarum prima in duas dividitur et ita sunt 6. Prima igitur est fortitudo politica et est illa per quam cives propter
ea que principes post eis largiri vel inferre aggrediuntur vel fortiter patiuntur belli pericula que est
2a. Prima est secundum quam videntur sustinere pericula cives propter eas que ex legibus increpationes et obpro-
bria et propter honores. Et propter hoc fortissimi videntur esse apud quos timidi inhonorati et fortes
honorati scilicet a principibus. 2a est per quam cives propter timorem pene corporalis aut amissionis possessio-
num et hereditatum periclitantur scilicet quia sic solent domini punire fugientes aut non aggredientes
periculum. 3a fortitudo est secundum quam propter experientiam et artem bellandi homines audacter aggrediuntur
pericula et hec est fortitudo militaris. milites enim propter experientiam sciunt multa que in bellis videntur in-
expertis terribilia non tamen habere periculum sicut sunt fragor arborum et strepitus equorum et huiusmodi per artem

etiam bellandi sciunt invadere ad nocendum et custodire se ut non patiantur propter quod isti aliis quemadmodum
in armis armati pugnant et athlete ydiotis et non mirum si sunt audaces magis // 5ta fortitudo est
que fit per furorem vel iram impetuosissimum. n. furor ad pericula et ira motus non est homo prius si conveniunt feris
feras. n. alii videntur potentes bellare ad invicem propter iram // 2a fortitudo est ex spe vincendi propter multotiens
alias vicisse 6a fortitudo est ex ignorantia periculi quantitatis eius. Aliqui n. ut timidi aliqui pericula
maxima aggrediuntur quia non putant ibi talia esse pericula. ideo sic dicit Aristoteles cum perceperint periculum statim fugiunt
Quantum ad 2m propositum sciendum est quod ad omne opus virtutis virtuose operandum multe requiruntur conditiones quarum
5que multum principales ponit Aristoteles 2o huius // primum quidem n. est quod sciens operetur quod est omne virtutis opus
prudentia regulatum // 2o quod sit eligens quia virtus est habitus electivus // 3o quod sit eligens propter hoc et propter bonitatem
et honestatem ipsius operis secundum se // 4o quod firmiter et immobiliter operetur // 5a conditio addenda est quod delectabiliter
Vnde primo huius. Nullus utique est bonus qui non gaudet bonis operibus et inducit ibidem iniusto et liberali
et ita dicat esse de aliis ex quibus finaliter concludit. Si autem sit secundum se ipsas utique erunt secundum virtutem
operationes illiberales delectabiles // 2o sciendum est quod 2o fuerit positum principales actus fortitudinis scilicet expectatio
et aggressio ad quod quod quinque fortitudines prius cum vera conveniunt fortitudine in prima conditione virtutis quia omnes isti sciunt
et operantes et considerantes pericula aggrediuntur ea. 6a non fortitudo deficit in hoc Nam invadentes
ex eo quod pericula ignorant non invaderent si scirent quia remota causa removetur effectus Vera
autem fortis non est talis quia secundum Tullium fortitudo est periculorum considerata susceptio et laborum per
pessio // 2o autem quod omnes hee fortitudines in 2a conditione virtutis conveniunt preter 5tam que est ex ira vel ex
passione quod. n. ex passione fit non fit secundum electionem Vnde 3o huius neque. n. que propter iram secundum electionem
esse videntur et que operari secundum passiones conveniunt brutis que electione non utuntur // Alie tamen 4 fortitudines
multum deficiunt eligunt vera prima fortitudo et 3a et 4a et 6a sponte eligunt 2a autem cum coactione quadam
Nam metus pene et si non cogit simpliciter tamen modum habet coactionis in quantum quod metu eligit non est voluntarium
simpliciter sed mixtum ex involuntario ut ait 3o huius. Et quantum ad hoc ista 2a fortitudo magis recedit a
vera fortitudine sicut. n. metus aliqualiter excusat actus turpitudinis in pravis operibus facta et quodammodo
excusat actus decentiam in studiosis propter quod dicit Aristoteles. Oportet autem non propter necessitatem fortem esse sed quoniam
bonum // 3o et apparet quod omnes ille 6 fortitudines deficiunt a vera fortitudine in 3a conditione virtutis non. n. eligunt
opus fortitudinis ipsum propter se ipsum sed prima propter honorem adipiscendum exteriorem et vituperia vitanda // 2a vero
ad evitandum penam vel dampnum. 3a autem propter lucrum et stipendia habenda sed hec 3a deberet ab aliis
se iungi. 4a autem non eligit sicut dictum fuit sed tamen sed passiones ire statuunt scilicet vindictam in fine. 5a autem et
6a videntur sibi statuere finem victoriam ex eo. n. quod sperat eam aggreditur // 4o manifestum est quod in 4a conditione
virtutis prima fortitudo convenit multum ut fortitudinis quoniam manente causa manet effectus sed isti propter honorem adi
piscendum bellant et magis perseverantibus et sustinentibus maior debetur honor ideo tales apparent
et sustinere et perseverare. 2a autem fortitudo est minus firma quia cum videtur occasio recedendi
qua excusari possunt ut penam deputatam non incurrant statim recedunt / 3a autem fortitudo non
est stabilis quia milites bellant audacter propter fiduciam solum in arte sua per quam sperant esse for
tiores cum autem per eandem artem citissime perceperint excellentiam periculi in tantum quod etiam cum arte sua
non sperant esse fortiores fugiunt prius sicut dicit Aristoteles // 4a et fortitudo non est constans quoniam ira
tempore digeritur et transit ut dicitur in 2o rethoricorum. Etiam que non est ira nisi cum spe vindicte propter quod sic dicitur

p° rethor° nō irascunt' hoīes ul' min⁹ irascunt' hiis qui multum ꝑ se po^a qr̄ .s. desꝑant uīdictā cū g° ꝑ̄terueīt ꝑiclm ut nō speret se optinē posse uīdictā cessat ira ꝛ fugiunt · Simi^r q^a for titudo stabilis nō ē cū .n. bellent ex spe optinēdi eo qd' alias optinueīt sepe ꝛ uideīt ultra so litum excrescere ꝑiculū cessat spes et fugiunt // 6^a aūt forti^do statim fugit cū sēnciat ꝑiculū quia cessat ignorantia · q° m° q̄ in q^a ꝯdcōe uirtutis ꝯueniūt oīs fortitu^s pt̄ 2^a3 oīs .n. bel lant ꝑ desideriū ꝛ spem finis delectabil' optinēdi mō in tali spe ē delectat° Vn̄ p° rethō^r spān tes qm̄ adipiscant' gaudent ut puta ī febribꝫ hntes sitim spantes bibere gaudent // Sꝫ dicēs tu qr̄ nō gaudet 2^a forti^do nōne et bellat ꝑ finē delectabile .s. ꝑ corp^is salute · Dicēdꝫ ē q^a nō gaudet in actu i° bellandi quia nō opat' ꝑ morm̄ ꝯue^c finis sꝫ ꝑ mbīr timoris ꝛ amissiōs Timor aūt sp̄ ē Tristicia · Et iterum finē i^m .s. salutē possꝫ hēre sin̄ i° bello si nō cogeret' a pn̄ape cū g° oīs coactio ꝛ uiolentia sit tristis s^e q̄ ille moris ꝑcurādi salutē .s. ꝑ bellum ē illi tris tis violent .n. ꝑicula substinere ꝛ dolores ē utiqꝫ undiqꝫ tristere // 5°ꝛ ulti° mai^m ē q̄ oīs iste fortitu^s uē forti^m assimilāt' in agressu sꝫ quō ꝛ que asimulant' ē in expectatiōne mali fiut satis in ꝯ^a ꝯdcōe uirtutis // hijs uisis ddm̄ ē q̄ p^a forti^do int' ceteras maxīe assimi lat' uē fortitu^m qd' ꝑ ex d̄cis qm̄ s' magis ꝯueniūt ꝯdcōes uirtutis ꝛ ꝑ ꝯn̄s uē forti^m ipā .n. opat' sciens q̄ nō facit o^a · ipā ꝛ opat' eligēs q̄ nō facit ē^i nꝫ 2^a nisi inpperie .s. electōe q^i coacta ꝛ inuoluntaria q' ē ꝯ rōez virtutis ipā et p^i forti^do sup' ceteras magis firme ꝛ imobili^r opat' iterum etiā ꝛ magis delectant' qr̄ honor qui ē ei⁹ finis ē delectabilissimorum ut d̄r p° rethō^r Iterum q° ad 3^a3 uel 2^a3 ꝯdcōez uirtutis mai^m ē q̄ licet nulla i^ara fortitudinū statuat s' finē uē forti^mis ꝑ finē tamē p^a forti^do statuit s' finē meliorē ꝛ ꝓpinquiorē fini uē forti^mis · qm̄ oīs ille forti^mis pt̄ 2^a3 statuit s' finē aliquē exterioꝝ bonoꝝ inō int' oīa bona exteriora honor ē optimū ꝛ uirtuti ꝯuenientissimū. Qr̄ .n. honor sit opti^m exterioꝝ bonoꝝ ꝓ' Arꝭ ꝯ° h⁹ · d · max^m aūt hn̄ utiqꝫ ponim⁹ qd' dijs attribuim⁹ ꝛ qd' maxīe desiderat q' ī dignitate ꝛ q̄ ī optimus ꝑmiū t^le aūt honor max^m aūt utiqꝫ hoc eorum qꝫ exti⁹ bonoꝝ // Itē honor ē virtuti ꝯuenientissimū qr̄ ē ꝑmiū uirtutis ꝯ° h⁹ ꝛ q^a desideriū honoris duc' na^r ad desiderandum virtutes q .n. desiderat honorē ipe debꝫ na^r i^d desiderare ꝑ qd' debet s' honor ꝛ ꝑ qd' prudentes ꝛ boni honorat' ipm̄ si hoc ē ꝑ virtutē ꝛ ꝑ uirtutes qm̄ sꝫ ue ritatē solus bon⁹ ē honorand⁹ ꝯ° h⁹ · Honor .n. et laus sunt uirtutis sicut scandala ꝛ ui tupia uicioꝝ // Itē ad hanc ꝯ°ez ꝓbandā Arꝭ adducat t^ciā rōez Assimilat' .n. hec .s. p^a forti^do max^e ei q̄ p^us d̄ca ē .s. uē forti^m qm̄ ꝑ virtutē fit ꝑ .n. uerecundiā ꝛ boni desideriū honoris .n. gra ē ꝛ fuge obrobrij turpis exitus // Sꝫ in hac Arꝭ rōe du^a latet qm̄ si t^cis opare tur ꝑ ꝯtutē tūc ipā eēt uā forti^do ꝛ nō so^m simulitudinaria // Iterum Arꝭ ui' ꝓbare qd' ipā fiat ꝑ virtutem ex eo q̄ fit ꝑ uerecundiā h^c aūt nō s^e nisi diceremus uerecundiā eē uirtutē qd' nō ē vīn ut pꝫ ꝯ° hui⁹ neqꝫ .n. studiosi ē uerecundia^at ymo cum uirtute nō ē ꝑstat uerecun dia di · Arꝭ ꝯ° hui⁹ neqꝫ .n. studiosi ē uerecundia // Itē et ui' arguere q̄ fiat ꝑ uirtutē ex eo q̄ fit ꝑ boni desideriū .s. honoris grā ꝛ fuge turpis inō h^c nō ꝯcludit q^a uirtus nō opat' ꝑ desideriū cuiuslꝫ boni sꝫ so^m ꝑ bonū ipi⁹ opis uirtuosi fīm se · nō grā alti⁹ extri^s. Vnde dicit Arꝭ finis aūt · o · opis ē qui sm̄ hitum ꝛ forti aūt ē forti^do bo^m t^ciis aūt ꝛ finis

declinant autem undique quoque fine boni utique gratia fortis sustinet et operatur que secundum fortitudinem. Sed ad omnes istas obiectiones simul dici potest quod non erat intentio Aristotelis quod prima predicta fortitudo fiat propter virtutem sic quod actus eius procedat ex habitu virtutis, sed quod ipsa et eius operationes disponunt ad virtutem. Dicimus enim frequenter quod desiderium honoris est innatum ducere ad desiderium virtutis, modo quod disponit ad aliquid dicitur esse propter illud. Hoc est huius gratia quod quare ista fortitudo disponit ad virtutem propter dicit Aristoteles convenienter per hoc quod est propter verecundiam et gratia honoris, quoniam verecundia disponit ad virtutem, prohibet enim a peccato ut dicitur quarto huius. Adhuc autem bene restaret dubitare de comparatione secunde fortitudinis militaris ad alias sequentium ad invicem, sed non est magna necessitas. Modo patet ad rationes videre. Ad primam patet dici quod Aristoteles posuit fortitudinem politicam magis similem vere fortitudini non quam ad secundam fortitudinem sed quam ad primam sit patet in littera. Ad aliam dicendum est quod miles non bellat fortiter ex prudentia sed ex arte. Ars enim est recta ratio factibilium, prudentia vero recta ratio agibilium, id est eligibilium, idem enim eligibile et agibile secundum mentem Aristotelis. Ars igitur docet quomodo et per quae media opus faciendum possit citius et facilius cum minoribus expensis et in minori tempore consummari et quomodo et per quae media opus consummatum et sed sic melius et perfectius, non autem intromittit se ars utrum opus illud ordinetur ad finem bonum vel ad malum finem. Domificator enim ita faceret finem domum bonam in se et firmam per artem pro latrinis habitatione sicut pro dei adoratione, sed prudentia statuit sibi finem debitum et optimum et docet opus omne in illum finem dirigere et talem modum vel talia media in opere suo eligere in quibus honestate servata possit melius opus suum in finem statutum dirigere. Ideo in secundo huius dicebat bene Aristoteles: Adhuc neque simile est in artibus et in virtutibus, que enim ab artibus fiunt bene habent in eis. Sufficit igitur hoc quale habita fieri; que autem secundum virtutem fiunt neque si hec qualiter habent iuste vel temperate operata sunt, sed si operans qualiter habens operetur, primum quidem si sciens, deinde si eligens et eligens propter hoc. Ex quo autem dicitur hic de virtute patet solutio. Dici de prudentia cum prudentia non sit sine virtutibus moralibus neque virtus moralis sine prudentia. Modo constat quod miles in sciret bellare et bellum ad perfectam victoriam reducere, si bellaret propter lucrari vel tirannizare aut propter pessimum finem quemcumque sicut si bellaret propter summam virtutis bonum. Igitur patet quod hec scientia non est prudentia sed ars. Verum autem scientia dicitur intelligentia quod in secundo huius dicebatur: Ad virtutes quidem igitur scire parum aut nihil prodest. Ad aliam dicendum est quod non ex eo quod dicitur simile virtuti quia virtus assumit illud in adiutorium. Sed immo virtus omnia bona humana et anime et corporis et exteriora sibi assumit in adiutorium et eis utitur bene ad debitum finem, sicut dicebatur in primo libro. Passiones autem sive appetitus non sunt malum secundum se quia natura non statuisset eas, et quoniam neque dicimur secundum passiones studiosi vel pravi neque laudamur nec vituperamur ut dicitur secundo huius; bene igitur fit cum eis utimur bene et male cum male. Virtus igitur assumit iram et alias passiones sibi in adiutorium, medias tamen sive regulatas secundum dictamen rationis. Vitium autem utitur eis secundum extremum et male. Unde secundo huius: habitus autem sunt secundum quos ad passiones habemus bene vel male, sicut si quidem vehementer vel remisse male habemus, si autem medie bene. Dico igitur quod fortitudo assumit sibi in adiutorium et spem et iram et artem militarem et honoris desiderium et multa alia, sed non vero dirigendo in indebitum finem, ideo magis est virtuti generis quod magis disponit ad directionem in debitum finem virtutis. Hoc autem est desiderium honorum quia disponit sicut dictum fuit ad desiderium virtutis et rectam electionem. Ars autem militaris et ira magis disponunt

ad facilius et citius prosequendum opus operandum non autem huiusmodi determinatorum ad finem bonum vel malum
ideo non valet ira virtuti non precipiens electorum · sed tamen est fortitudini convenientissima propter hoc quod ad
aggressum quia dat ei impetum fortissimum desiderium autem honoris et si amplius non presumat
electorum quod honoris valet multum ad desiderandum et aggrediendum virtutem · ideo propria fortitudo
est melior cum hoc et quod sicut ira reddit impetuosiorem aggressum ita desiderium honoris constan
tiorem expectationem que erat fortitudinis maior actus quod et dicunt esse fortes furiosos propter hoc
glosari debet propter hoc id est scilicet non in electione nec in fine sed in impetuositate aggressus et quia
adhuc multa est dissimilitudo quare sicut audacia ita et furor in principio aciet est valde propter
non dirigit et remittit sicut dicitur 2° rethorice · fortis autem in oppositis acuti et constantes per
aut quieti in quo et plus convenit cum fortitudo propria que prima · Ad etiam dicendum est quod vera fortitudo
sumit scilicet spem in adiutorium ad perseverandum in aggressum sed tamen spe non assumit propter
ex spe vana sicut quarta fortitudo sed ex virtute firmata metum eius in desiderio boni finat quod
sperat et intendit per constantem periculorum susceptorum et aggressum aliquando unde vincendum adipisci
et si mortem desperat · Ad ultimam dicendum est quod quarta fortitudo pericula ignorat vera autem for
titudo non sed ea considerat et providet · unde dicit Tullius quod fortitudo est considerata periculorum sus
ceptio et laborum perpessio quamvis et in repentinis timoribus sit impavida propter habitum et in prepara
bata quod non inest de quarta fortitudine sed vere fortitudinis est ignoscere mala sibi illata et iniurias sic
ut earum memoria numquam det ei preter iudicium rationis impetum ad vindictam vel et ad im
dicte excessum propter quod dicit Seneca si fortis fueris et inimicum tuum in tua potestate
redacteris vindictam putabis vindicare potuisse

Consequenter queritur xxiiij°. Utrum fortis in omni actu fortitudinis de
lectetur · Et arguitur quod non quia dicit Aristoteles quod in sustinendo utique tristia fortes dicuntur
propter quod est triste fortitudo et dicit Aristoteles non utique in omnibus virtutibus delectabiliter operari
existit preter quam in quantum finem attingit hoc autem dicit propter fortitudinem in qua non existit delectabiliter
operari: Sed dices tu quod prima clausula preter quam in quantum finem attingit solvit argumentum Non enim delectatur
fortis in vulneribus aut in morte secundum se sed secundum quod per hoc attingit finem fortitudinis · Contra quia dicit Aristoteles
quod licet finis fortitudinis sit delectabilis tamen a superexcellentibus doloribus evanescit ista delectatio
Unde sicut dicit Aristoteles propter multa esse hec scilicet instabilia parum existens eius gratia ut delectabile in bre
titer sustinere mortem est alius actus fortitudinis sicut dictum fuit ante sed in sustinendo mortem fortis non de
lectatur preterea quia vel delectatur secundum sensum vel secundum intellectum sed non est genus primo probo quod non secundum sensum quia delectatio non
inest simul in eodem et secundum eandem potentiam stare cum tristitia propter hoc quod est sed contra et tamen inest tristatur secundum sensum
Unde dicit Aristoteles pati aut dolorosum si sint carceres et triste est omnis labor · Et confirmatur quia
si tristitia remissa compatitur aliquam delectationem tamen tristitia maxima non compatitur sed iste maximam
sustinet tristitiam quia nunquam est maioris tristitie capax saltem secundum sensum quam mortis · Terri
bilissimum enim mors ut dicit Aristoteles · Deinde probo quod non delectetur secundum intellectum primo quia dicit primo huius quod in
virtuoso omnia consonant rationi quod non esset unum si maxima tristitia sensus staret cum delectatione intellec
titer secundum intellectum tristatur valde de hac enim tristitia loquitur Aristoteles dicit quanto virtutem utique habet omnem
et felicior sit magis in morte tristior est tali enim maxime vivere dignum et iste maximis privatur bonis iste

autem hoc. Item si in sustinendo mortem fortis delectaretur, hoc autem propter virtutem aut virtuosi operis ac
quisitionem et exercitium, sed ob hoc delectari non debet quia sustinendo mortem nec virtutem nec opus virtutis
acquirit sed totum amittit et cetera. Et confirmatur quia eodem actu non acquirit quis actum virtutis et privat
eodem, sed in sustinendo mortem fortis privatur bono virtutis, unde dicit Aristoteles, et sic privatur maximis bonis
sciens. Item delectatio in actu fortitudinis est quedam actus fortitudinis, ergo si fortis delectatur in omni actu fortitudinis
ipse delectaretur in prima delectatione et iterum in alia delectatione et sic est processus in infinitum quod est inconveniens. Op
positum dicit Aristoteles quia primo huius dicit amantibus autem bonum sunt delectabilia que natura delectabilia, tales
autem sunt virtutum operationes. Et addit nullus enim bonus est qui non gaudet bonis operibus, neque enim iustum utique aliquis
diceret non gaudentem iusta operatione, neque liberalem non gaudentem liberalibus operibus. Similiter autem et in aliis.
Item 2° huius dicit Signum autem oportet facere habituum supervenientem voluptatem vel tristitiam operibus, qui quidem
recedit a corporalibus voluptatibus et hiis gaudet temperatus, qui autem tristatur intemperatus. Et qui sustinet peri
cula et gaudet fortis, qui autem tristatur timidus. Hoc idem vult Seneca epistola ad Lucillum
Allegans enim Athalum stoicum et expertum dicit Athalus stoicus dicere solebat Malo me fortuna
in suis castris quam in deliciis habeat. Torqueor sed fortiter, bene est. Occidor, sed fortiter, bene est. Audio Epi
curum dicentem dulce est. Nihil enim est virtute prestantius nil pulcrius et bonum est et optabile quicquid eius geritur
imperio. Item in epistola Quid quis dicit sic imperfectus adhuc intercendit letitia sapientis
non contexit gaudium, nec causa corrumpet, nec fortuna semper et ubique tranquillus est cuius rei assignat causam,
non enim ex alieno pendet nec favorem fortune aut hominis expectat, domestica illi felicitas est exiret
ex animo si intraret, ibi nascitur. Secundum est sicut videbitur ubi de delectatione tractabitur quod delectatio vel
saltem immoratio quedam tristitie consequitur inseparabiliter omnem apparentem adeptorum quibuslibet sub ratione boni apprehensi
aut etiam huius adeptionis spem vel memoriam et omnem apparentem privationem quibuslibet sub ratione boni apprehensi
aut huius privationis spem vel memoriam sequitur tristitia inseparabiliter vel saltem alia retractio delectationis et similiter
econtrario est et conversio de apprehenso sub ratione mali, et hoc suppono in hoc loco. Quibus suppositis ad dicendum
quod fortis in omnibus actibus suis fortitudinis delectatur quo ad intellectum sed non quo ad sensum, quod probatur quia
fortis omnem actum fortitudinis quem exercet apprehendit sub ratione boni propter quod et ipsum directe operatur cum vere sit ha
bitus directivus. Aliter enim non operaretur secundum virtutem cum dicatur in 2° huius quod ea que secundum virtutem fiunt non si
hoc qualiter habeant iuste vel temperate operata sunt, sed et si operans qualiter habens operetur primo quidem si sciens de
inde si eligens et eligens propter hoc et cetera, ergo secundum nobile presuppositum delectatio de necessitate sequitur illud opus.
Et quia prima cognitio qua fortis apprehendit huius opus esse bonum est cognitio intellectiva et non sensitiva, sensus
enim non apprehendit illud sub ratione boni quo maxime leditur et exercetur sed vulnerum susceptione et mortis
expectatione in quibus aliquando consistit opus fortitudinis maxime secundum sensum leduntur et exercentur, ergo delectatio consequens
huius opus non est delectatio sensualis sed intellectualis. Et hec ratio bene videtur probare quod in tali fortitudinis actu
intellectus delectatur et sensus et tristatur et dolet. Sed dubium relinquitur an cum hec intellectus in tali actu tristatur
et sensus delectetur. Ad quod videtur dicendum esse quod intellectus in tali actu multiplex tristatur et specialiter si secundum quod multi
philosophorum putabant alia vita sit premiatoria felicitas non speret quando fortis pro tali actu iudicat se bona maxima
perditurum scilicet omnia bona virtutis et cum preparat ipsum esse dignum vivere et se multum posse contemplari perfecte iudi
cat se moriturum et iste autem hoc sicut dicit Aristoteles, et tamen contra debet quod fortis in tali opere aliter actu fortitudinis
magis delectetur quam tristetur quando aliter ipse cum possit desistere ab opere illo et fugere et quando contra alia meliora esse

uel peiora iudicant tanto ea adepta maior delectatio uel tristitia. consequenter fortis autem circa opera fortitudinis iudicat
esse magis bonum quam iudicet malum esse substinere uulnera aut mori quod ex hoc apparet quia in est secundum ueritatem
sicut dictum fuit in questione xviiiᵃ huius libri. fortes autem iudicat sicut est eo quod studiosus circa singula iudicat
recte. Et si talis magis delectatur quam tristetur non est dubium quin multum delectaretur excellentius si recte spe-
raret per talia opera se uitam mereri eternam et nil amittere de bonis uirtutum immo non tunc uidetur appetitus cum
tristitie secundum intellectum nisi forte de peccato aliorum qui sibi talem mortem inferrent iniuste. possum et dicere quod
fortis in tali opere delectatur aliquo modo secundum sensum quamuis licet appetitus sensitiuus secundum se in obiecto sensibili delectetur non modo in tali
opere delectaretur sed omnino tristaretur tamen appetitus sensitiuus per uirtutem inclinatus ad imperium rationis aliquantulum ipsius non
delectaretur in sequendo iudicium rationis et imperium non. Nam ad quodcumque opus appetitus fuit inclinatus
in ipso adeptos audebit. Et tu potes exemplum accipe ex hoc quod inclinatio et opus uirtutis uegetatiue naturalis
aliud non secundum aliud obiecti exigentiam sed secundum exigentiam et imperium uirtutis superioris sensibilis. Unde
si panis deterior alicui appareat conueniens perficiet et si appareat disconueniens immundus aut uenenosus
licet sit secundum se bonus et optimus non perficiet sed nocebit in tantum quod aliquando in moribus pluries sequuta sit quod
quando prohibet sensum aut appetitum sensitiuum non solum secundum exigentiam sensibilis sed ad iudicium intellectus et non
imperium inclinari sic enim in ui intellectus debet quod dicitur primo huius scilicet quod in homine uirtuoso omnia consonat
rationi // Ad rationes quando dicendum est ad primam concedendo est quod in opere fortitudinis fortis delectatur pro quo ad aliquid et
tristatur quo ad aliud nam simul in eodem actu congregari possunt aliqua rationes bonitatis et aliqua malitie
sicut ante dictum fuit sepe uirtuosus autem in bonis delectatur et in malis tristatur // Ad aliam dicere potest
scilicet ad hoc quod Aristoteles dicit delectationem propter fortissimos dolores sensus euanescere dicendum est quod in homine per-
fecto quamdiu sensus potest intellectui ministrare numquam delectatio in opere uirtutis euanescet totaliter
sed tamen nimio per dolorem et organi lesione ministerium sensus minus sufficiens fuit aliquo modo deficeret in-
norabit aliquo modo deficiet actus intellectus propter quod neque mirum si dicta delectatio tunc minoretur aut
etiam totaliter euanescat / Ad aliam dicere potest quod durante usu rationis fortis et secundum sensum et sed intellectum de-
lectatur in opere fortitudinis. Et quando dicitur quod delectatio non stat simul cum tristitia dicendum est ymo bene respectu
diuersorum uel etiam respectu eiusdem secundum diuersas rationes puta bonitatis et malitie in eo existentes uel apparentes.
sicut ante dictum fuit sepe. Ad aliam conceditur quando dicitur quod tristitia maxima nullam compatitur delectationem
concedo Et cum dicitur quod fortis in substinendo mortem patitur maximam tristitiam secundum sensum dicendum est quod non
ymo per maiorem delectationem intellectus uel etiam ipsius sensus ob inclinationem quam habet ad rationem dolor minoratur
aut etiam aliquando sic in sensus interius totaliter quasi extinguitur Unde non est uerum quod in omni morte sit tristitia
tanta quante homo est capax sed minuitur si propter uirtutem mors patienter substineatur et augetur si impatienter
uel patienter propter malitiam. Ad illud autem quod arguitur de intellectu dicendum est quod cum compossibile sit eundem simul delec-
tari et tristari secundum diuersa uel ad diuersa potest concedi si fortis non speraret aliam uitam quod ipse merito tris-
taretur de futura et eterna uirtutis amissione et quod cum hoc magis delectaretur in exercitio presentis operis
uirtuosi sicut prius fuit dictum. Ad aliam dicendum est quod fortis in susceptione uulnerum et expectatione mortis
propter uirtutem conseruat uirtutem usque ad mortem et exercet opera uirtutis quamdiu potest ratione uti a quo ipso
delectatur. Sed concedo quod in puncto mortis si non fuit usus rationis uel quia cito defecerit usus rationis delec-
tatio euanescet. Ad ultimam dicendum est quod cum delectatio sequatur cogitationem quod non oportet forte delec-
tatione delectari nisi per actum reflexum cognouerit et iudicauerit illam delectationem esse bonam sed

ipse solum delectatur in omni actu 1° quem sit esse bonum.

Consequenter queritur xxv. utrum temperantia sit virtus moralis. Et
arguitur quod non quia virtutes morales in medio consistunt temperantia autem non quia dicit Aristoteles
quod ipsa minus est esse insensati et magis esse delectationis. Item nulla virtus moralis est contra inclinationem nature sed tem-
perantia est contra inclinationem nature ergo etc. Maior patet quia 2° huius dicitur quod virtutes morales licet non sint
a natura tamen sunt secundum naturam et quia ibidem dicitur quod nullum natura existentium aliter assuescit virtus autem ut dicitur ibidem
per assuetudinem generatur ergo non potest esse contra inclinationem nature. Minor vero patet quia temperantia reprimit delec-
tationes ad quas tamen natura inclinat sicut patet tam ex diffinitione delectationis primo rethorice ubi dicitur quod de-
lectatio est constitutio sensibilis tota in existentem naturam tamen quia tristitia est contra naturam dicit Aristoteles 3° huius quod tristitia
stupefacit et corrumpit naturam habentis ergo delectatio secundum oppositum est secundum naturam. Oppositum vult Aristoteles Tullius et
alii philosophi omnes. Sciendum est ut recitat eustachius quod quidam valde nequam nomine pseudo et alii dicunt
quod fuit Macometus posuit et predicavit humanam felicitatem consistere in voluptatibus et ideo oportet esse ipse
quasdam delectationes in quibus erat ponendum absque omni refrenatione. quod si esset verum nulla esset virtus temperantia.
Hanc autem suam opinionem fulciebat rationibus primo quia natura in suis per se operibus non ordinavit ad malum sed
totum ad bonum quia in opere suo ipsa dirigitur a deo et intelligentiis in quibus nulla est malitia aut error
sed natura appetitum concupiscibilem dedit nobis qui per se ordinatus est ad concupiscendum delectabilia et ad delec-
tandum in eorum adeptione ergo bonum est et concupiscere et delectari et sic magis concupiscere et magis delec-
tari est magis bonum et maxime maxime. Item quia potentia ad actus ordinatur et actus sunt priores potenti-
is ut dicitur 9° metaphysice unde ergo quod quanto magis potentia reducitur ad actum tanto melior appetitiva autem est
potentia cuius actus est concupiscere et delectari ergo etc. Item illud quod est secundum se bonum quanto est maius tanto est melius sed delec-
tatio est secundum se bona quod patet tum quia omnia eam appetunt et homines et animalia x° ethicorum tum quia secundum se diligitur
primo rethorice ubi dicitur delectationes id est omnia prosequuntur et gratia ipsius delectari appetitur delectari tamen quia bonum
delectabile distinguitur contra bonum utile ex hoc autem bonum dicitur utile quia ordinatur ad aliud ergo videtur
quod bonum delectabile sit bonum simpliciter secundum se ergo etc. Item aves non sunt peiores si prosequuntur omnes suas de-
lectationes et sic de brutis sed natura non minus fuit sollicita de specie humana quam de avibus ut brutis
immo magis ergo non debuit instituere delectationes hominibus quas prosequi esset malum. Ad hoc est
advertere fuerunt voces in primo libro quando de hoc quesitum fuit et hec opinio ibi turpabatur et adhuc impro-
batur per quia valde sunt inferiores et bestiis peiores qui spreta ratione dant se totaliter sensualitati cum ratio sit supe-
rior virtus et valde excellentior. Dico autem peiores quam bestia quia non est bestia inculpanda si sequitur sensualia
cum non habeat rationem. Sed qui omnino dant se voluptatibus ipsi sperunt rationem quia nimis ebrius potest ad discernere ut
intendere ad opera virtutis sicut videmus experimentaliter in omnibus cum scilicet vino et cibo ventrem impleverint.
Ascendunt fumi ad caput perturbantes ymaginationem et tandem sensum ligantes oportet dormire spaciose
et postea caput dolore et alia membra. Similiter donec iterum potaverint et hec est etc. brutorum bestialis vita. Item
sequi id in quo convenimus cum bestiis scilicet delectationes sensuales specialiter tactus et dimittere illud in quo similes effi-
cimur deo et intelligentiis est miserabile tales autem sunt qui delectationes sensuales prosequuntur dimittunt
scilicet opus philosophie de qua dicit Seneca hoc mihi promittit philosophia ut me parem deo reddat. Primum detrimentum
quod voluptates afferunt. Primum autem detrimentum afferat nobis immoderate delectationes patet primo quia substantiam temporales
scilicet divitias consumunt. Secundo quia corpus corrumpunt unde Aristoteles de sua morte qui intentus est multum co-

messatoi 7 potu et hui9 utit minus delectatoibz in quibz delectat tanto tpe quo comedit 7 bibit
corrumpit corp9 suu i firmitatibz 7 tristicijs Similr qui multu utit uoluptate uenerea ineterat
corp9 suu 7 sbam sua macilentat // Tertio bona intellectual aie impedint sic dem e 7 ne phye
gdicunt. dr. Arsts i de morte sua qr phs puro 7 pfectu mortificaunt oia sua desideria i comes
satione potu 7 coitu Et thesauro auri et argenti et cotempsit oms delectatioes ducetes pz
ad destructioez corpis et aie. Quarto hui9 delectatnes inmoderate no sut ide delectatnes qr multas
hnt tristicias 7 antecedentes 7 anexas 7 gntes. Antecedentes quide qr cu hoies inmoderate con
piscunt uoluptuosa cu no heant tristant ualde. vn 3o h9 dic Arsts qr intepat9 tristat no ach
pistens 7 cupiscens cu tristicia .n. cupiscit Anexas at ht tristicias pp dic. Arsts qr tristicias fiunt cas
delectat9 Appetit9 .n. intempati nuqr saciat sz ultra cupiscit licet uetez 7 mebra amplius sub
stine no possint 7 multu displicet ei ita comedisse ut no sz possit comede 7 dolorose dicit o qr
bona cibaria quare no famesco. Tristias et ht sequetes ut pu dolore aliu capitis aut ardore
stomaci guttur ifectu coleritis humoribz amaris et uiscosis quos aie no pt ifirmitates multo
ciens graues aliu aut 7 morte // Quinto hee delectatnes tollut nas 7 pfectas delectationes
quia tollut ut dem e aie ronal pias opatioes in quibz e pfra delectat9 cu .n. delectat9 sequat cog
tioez pfecte delectatioes secunt pfecta cogtione Vnde Seneca ad lucillu. Sapiens nuqr sine gaudio
viuit qd quez gaudiu no itrumpit nz desinit 7 10o ethyco dr qr phya ui hre mirabiles delec
tationes 7 puritate 7 firmitate lz hoc uoluptuosi no credant nz mirz qr sicut dicit. Eustachi9
no pot iudicare de dulcedine mellis qui mellis dulcediez no gustauit / 6o qr hui9 delectatnes cu
excessiunt ipe se ipas corrupit. Tempat9 .n. sz hnt appetim ordinatu plus delectat i pane 7 sibi melio
ris uidet ee saporis qr fastidiosus appe9 i delicatissimis cibarijs. Vn narat de quodaz abate de
licatissimo qui cu nimio uoluptuosorum usu depravatu hret appem 7 medicu no inuenerit qui sa
ret reddere appem quia nollebat abstine iter accipuit ap motez pesulanu credes ibi iuenire me
dicos meliores et obuiauit militi tyrampno fortissimo cu de statu suo petenti cu discussiz uitatem
miles ille dixat Dne Abas ego uraz habebo pecunia et curabo uos et abate inutu duxat secum
7 incarceratu som panis et aq modica p mesem portioe mitiut quo trasacto veit ad eu dices dne
abas quo e nobiz qui dixit fame morior dne carissime. miles at petijt none satis huistis pane
7 vidente qr non. peijt tuc potestis uos comedere pane 7 vndit dne sic in pl9 sapit qr unqr sape
rent cibaria delicata sanatus sum retineatis pecuniaz pmittatis me abire et dixit miles libent 7 redeatis
ad me quocienscuqz mea indigueritis medicina / Illio aut puissimi pseudoms roes sophystice no
procedunt. Ad pm .n. ddm e qr na dedit nob appem cupiscibilez ad cupiscendu 7 delectandu si nos
qualitercuqz sz sm regime rois cu ipa etia na nob dedisz roz nar appetui pncipatez 7 i cerat appet9
g ulz rois naz sz delectet ultra qr recta ratio dictat 7 iubet Ad aa ddm e sic qr appete et de
lectari sm rois reglam e act9 pprius appet9 sbi hois sm qd hs e Alr at delectari tollit hois draz
abrutis // Ad aa ddm e qr delectat9 vtrauqz nalis et pia e s bona sm se. Sz delectatnes iordiate
sunt no bone sm se sz appetitus hoc hntes appem non nalem sz inalit uiciatum / Ad aa ddm e
qd na no instituebat nobis delectationes excessiuas cu ille corrupat naz sz instituebat nob
roz debitem 7 potentez regere nos in et fruare in nalibz 7 nob pficientibz delectatib ita qd non

Ad ros. yaronitti.

est ex vera natura sive ex malitia sicut alias prosequamur. His visis sciendum est ad evidentiam questionis quod delectationes tactus et gustus ut que sunt in comessationibus et potationibus et venereis actibus contingit plus concupiscere quam oportet et plus insequi et plus acceptare quam oportet secundum vitam decentem et bonam sicut et de ceteris operationibus inproba natura apparuit. Item contingit etiam delectationes huiusmodi se habere minus debito et quam recta ratio dictat et honesta vita requirit sicut in aliis operationibus videbitur. Temperantia autem est habitus inclinans ad medium tenendum circa huiusmodi delectationes scilicet ut non homines nec circa eas plus vel minus debito sed omnino sicut recta ratio dictat secundum decentem vitam et bonam. Unde Aristoteles 3° huius: Temperatus autem medie circa hoc habet neque enim delectatur quibus intemperatus maxime sed magis tristatur neque vult quibus non oportet neque vehementer nullo tali neque in absentibus tristatur neque concupiscit vel mensurate neque magis quam oportet neque nunc neque quando non oportet neque vult talium nullo. Hec autem dicta sunt circa superabundantiam sic autem circa defectum. Quecumque autem ad sanitatem sunt vel ad bonam habitudinem delectabilia existentia hec appetet mensurate et ut oportet et alia delectabilia existentia hiis non impedimenta vel preter bonum vel super substantiam sic enim habens scilicet preter bonum honestum vel quam substantiam bonorum temporalium excedunt. Appetens magis diligit tales delectationes quam dignum sit, temperatus autem non tales sicut recta ratio dictat. Ex hiis autem probatur quod temperantia sit virtus moralis quia omnis habitus inclinans ad medium tenendum in operationibus vel passionibus inter superabundantiam vitiosam et defectum vituperabilem secundum quod recta ratio dictat est virtus moralis. Temperantia est huiusmodi igitur. Antecedens est satis nota ex diffinitione virtutis data 2° huius et per Aristotelem libro 3° dicentem in quibus quidem superabundantia vitiosa est et defectus vituperabilis medium laudatur et dirigit. Hoc autem ambo virtutis. Minor autem patet ex dictis. Hic enim vocamus temperantiam quod sit mediat secundum dictamen recte rationis inter excessus et defectus delectationum tactus et gustus qui ambo sunt vitiosi et vituperabiles sicut dictum fuit. Item virtus est habitus ex quo homo bonus fit et a quo opus suum bene reddit 2° ethicorum, temperantia autem est huiusmodi sicut ex predictis potuit apparere igitur. Ad rationes dicendum est ad primam sicut in 2° dicebatur quod medium virtutis non attenditur secundum equalem distantiam ab extremis sed secundum operationes et passiones conformitatem ad rectam rationem nec medium alicuius mensura secundum recessum ab extremis sed equaliter quandoque enim accidit conforme recte rationi sive natura prius vel magis hic erit virtutis medium hoc autem medio signato plus vel minus est vitiosum. Per solutionem alterius rationis sciendum est quod natura uno modo dicitur de substantia rei que est forma vel materia sicut patet 2° physicorum. Aut etiam hoc dicitur de dispositionibus necessariis rei substantiam consequentibus mediantibus quibus forma exercet operationes suas et de tali natura verum est quod numquam natura existens aliter assuescit ut dicitur 2° ethicorum. Aliter dicitur natura quod spectat ad propositum de dispositionibus vel habitibus acquisitis aut etiam de dispositionibus non tamen speciem necessariis inditis nobis a nativitate inclinantibus homines ad alias et alias operationes et passiones vel ad alias et alias operationes mores et passiones et huius dispositiones et habitus non dicuntur quia ad modum nature inclinant et de tali natura non est verum quod numquam natura existens aliter assuescat. Ideo virtutes morales non sunt contra primam naturam nec secundum eam ipse tamen et vitia simul dicta possunt nec 2° modo ut patet ex dictis et quia secundum consuetudinem fuit mihi dicitur primo rethorice consuetudo velud in naturam tamen fit simile enim consuetudo nec quod prope dictis frequenter quidem sepe ei quod semper est et natura quidem eius quod semper consuetudo autem eius quod sepe. Dicendum est igitur quod omnes delectationes sunt naturales aut secundum primam naturam aut secundum secundam sive 2° dictam et hoc intendit diffinitio delectationis sed multe tales possunt esse valde prave scilicet si sunt secundum dispositiones et habitus pravos et illos reprimit temperantia.

Onsequenter queritur XXVI° utrum insensibilitas sit vitium. Et arguitur quod non quia vitia possunt homini contingere cum sint in potestate nostra 3° huius sed insensibilitas secundum tactus et gustus si diu delectatione convivere non potest homini contingere quia tactus et gustus sunt nobis necessarii ad vitam. Et confirmatur quia insensibilitas si sit possibile consistit in minus concupiscendo et minus delectando quam sit necessarium nec secundum hoc non est in

potestate nostra quod patet primo de concupiscere quia famosus est concupiscere cibi necessarii ad nostram sustentationem et in sitis quantum ad
potum minus sitis et fames non sunt in potestate nostra. 2o patet hoc de delectari quia naturali necessitate delectamur
secundum adeptionem rei concupite si ergo concupiscere non est in potestate nostra non potest sic quod nec delectari. Et
hoc confirmatur auctoritate Aristotelis 3o huius. Dicit enim concupiscentiarum alie sunt communes et proprie et dicit communes esse naturales et convenire omnibus
dicit enim omnis enim concupiscit qui indigens fuerit sicci et humidum cibum quandoque autem ambos. Et lectum
inquit Omerus iuvenis et crescens et parum. post dicit in naturalibus quidem concupiscentiis pauca peccat
et in unum in plus id est uno modo tantum scilicet in plus. Unde Eustachius in minus enim peccari naturali impedit appetitus
et indigentia. Item non est vitium quod est oportunum homini bene disposito secundum virtutem sed insensibilitas consistit
in totali extinctione delectationum sensibilium est oportuna homini bene disposito auctoritate Eustachii 3o huius dicentis
Querentem quod perfectum est oportet festinare ad omnimodam extinctionem irrationalium passionum. Et Aristoteles
de morte sua dicit quod philosophus purus et perfectus mortificat omnia desideria sua in comessatione potu et coitu
etc. Et commentator octavo physicorum in prologo dicit quod cum homo perfectus in scientiis speculativis videt utilitatem appetitus
sensualis huius eiciet eos omnino et odiet eos odio maximo. Item id non est vitium quod prodest ad acquisitionem virtutis
sed insensibilitas consistit in totali fuga delectationum vel in multa fuga valet ad acquisitionem virtutis dicente
Aristotele 2o huius quod si volumus acquirere virtutem oportet nos habere ad delectationes sicut senes plebis troianorum se habe
bant ad helenam sicut autem se habebant ad ipsam quod non solum nolebant eam tangere sed etiam nec videre. Unde
dicit Aristoteles sic in omni autem maxime observandum delectationem et delectabile non enim non acceptis iudicamus
eam quod quidem senes plebis patiebantur ad helenam hoc oportet pati et nos ad delectationem et in omnibus illorum dicere
vocem sic enim abicientes ipsam minus peccabimus. Item omne vitium habet in nobis ad motivum quod pervertit
iudicium rationis et electionem voluntatis cum ratio semper ad optima deprecetur primo huius sed nullum est in nobis mo
tivum ad insensibilitatem quia non ratio quia ipsa semper ad optima deprecatur nec voluntas quia innata
est sequi iudicium rationis nisi per appetitum sensitivum trahatur nec sensus nec appetitus sensitivus quia inclinatur
naturaliter ad delectationes sensuales. Oppositum vult Aristoteles. Dicendum est hic quod per insensibilitatem
nos intelligimus habitum moralem quo quis inclinatur ad minus concupiscendum gustus et tactus delecta
bilia et ad minus in eis delectandum quam recta ratio dictat. Et ex hac eius descriptione ma
nifestum est quod statim insensibilitas si sit possibilis est vitium tum quia contra rectam rationem tum quia tenet extremum
temperantie in minus. Sed tota communis difficultas stat in videndo quomodo sit possibilis insensibilitas et unde
ortum habeat. De hoc autem dicunt quidam quod insensibilitas potest sumi 2x. uno modo pro totali care
ntia passionum sive delectationum circa tactum et gustum. Alio modo pro appetitu et desiderio inclinante ad talem
carentiam. primo modo insensibilitas non est vitium quia non est possibilis homini sanum corpus habenti et potenti diu vivere. Sed
secundo modo est possibilis et est vitium. Sed salva reverentia id non est totaliter verum quia vitium prout de ipso hic loquimur
est habitus moralis habitus autem non est potentia nec passio nec operatio modo appetitus et desiderium non sunt aliquid quam potentia vel
passio vel operatio. Alii dicunt quod vitium insensibilitatis est possibile non in hominibus bone complexionis naturalis sed provenire
potest ex prava et defectuosa complexione naturali. Sed hoc iterum non videtur forte valere quia sic non
est vitium morale sed naturale. Vitium enim morale debet nobis acquiri per operationes ex consuetudine et perfec
tionem huius operationum ut patet ex 2o ethicorum. Ideo videtur mihi quod moventes possibiliter ponendus est talis homo
percipiens mala et turpitudines ex nimia comestione et potatione provenientes prout patet per experimentum
sic indicare quod delectationes cibi et potus sunt omnino quoniam natura pati potest abiciende et hoc sic indicans

pot notitis eligere et in illa cibaria eliget inepta nature et pauciora quam natura expectet et multotiens hec
in faciens ad hoc habituabitur. Et satis concedi debet quod complexiones quedam in naturalitatibus multum iuvat
ad inclinandum ad huius conditiona erronea et electiones vitiosas et per consequens ad contrarium habitus generandos
forte etiam quod et cibi pravi in quibus aliquis fuit assuetus appetitum inficiunt ut quis non appetat quod exigat
pondus ad debitam nature substentationem et ad decentem vitam. Dico igitur quod habitus sit in nobis quantumcumque
quis inclinans ad minus appetendum et ad minus sumendum et minus delectandum quam exigit debita nature
substentatio et pro statu et aliis circumstantiis concurrentibus est vitium valde contra naturam et contra bonos mores
et valde inhumanum minus tamen malum quam intemperantia. Quod sit contra naturam patet quia contra inferiorem naturam
scilicet vegetativam in capiendo alimentum minus debito et contra naturam mediam scilicet sensualem in minus debito concupiscendo
et delectando. Et contra naturam superiorem scilicet rationalem quia ratio iubet quod oportet et quantum oportet et in de
aliis circumstantiis. Dico etiam quod est contra bonos mores quia impedit actum prudentie non solum ex
eo quod opponitur temperantie sed generaliter quia gravat corporalem naturam qua ultra debitum gravata et peiora
ta organa sensuum et per consequens sensus et interiores et exteriores peius dispositi etiam minus bene deserviunt
rationi propter quod et iudicium rationis non ita validum erit. Et si ita fuerit impedita prudentia que est recta ratio
agibilium secundum quam actus omnium virtutum moralium impediuntur quorum ipsa prudentia est directiva taliter etiam
habitus impedit specialiter actum aliorum habituum fortitudinis quia corpore ultra debitum macerato non est bene possibile bel
licos actus exercere et labores belli potenter substinere. Tollit etiam corporalem decentiam que multum pro
dest statibus honestis virorum et mulierum. Tollit etiam iocunditatem convivorum et in de multis
talibus. Dico etiam quod est vitium valde inhumanum quia non solum contra hominem sed quod homo sit contra ipsum secundum
quod animal et secundum quod vivens cum dictum fuerit quod non solum est contra naturam rationalem sed contra sensitivam et vegetativam.
Et hoc satis expressit Aristoteles dicens Non enim humana est talis insensibilitas etenim reliqua animalia dis
cernunt cibos et hiis quidem gaudent hiis autem non si autem huic nichil est delectabile neque differt alterum
ab altero longe utique erit ab humano esse. De isto autem vitio loquitur Seneca epistola 4a ad Lucil
lum. Dicens Videamus ne ista per quam admiratorum parare volumus ridiculosa et odiosa sint. Nempe propositum
nostrum est secundum naturam vivere hoc contra naturam est proprium torquere corpus tuum et faciles odire munditias. et squa
lorem appetere et cibis non tantum vilibus uti sed tetris et horridis. quemadmodum desiderare delectitas res luxu
rie est ita usitatas et non magno parabiles fugere dementie est. Dico ultimo quod talis insensibilitas minus
est vitium quam intemperantia quia minus opponitur virtuti scilicet temperantie ut dictum est in 2o libro. Et quia
de insensibilitate facilius est reddire ad temperantiam quia ad redeundum iuvat naturalis inclinatio appetitus ad delec
tationes. Et quia propter oppositum eius ad naturam minus potest casere augmentum et quia minus tollit usum rationis. tota
enim vita intemperatorum in commessationibus consumitur et potibus diuturnis et sompnis vel corporum procurationi
bus hiis autem minus debito utentibus tempus habent vacandi rationi. Et si dicatur contra quia maius est usus vitium
quod peccat contra naturam rationalem sensibilem et vegetativam cuiusmodi est insensibilitas ut dictum est quam quod peccat contra rationalem
solum cuius dicitur intemperantia. Dicendum est ad hoc similiter quod intemperantia peccat contra naturam sensibilem.
quia inficit appetitum sensitivum ut dictum fuit in 1a questione de 1o Abate nimio peccat et contra vegetativam quia
male potest fieri tanti digestio cibi vel potus Unde graves eveniunt infirmitates vel et mors
Et iterum quia virtutes inferiores multis sunt nobiliter incomparatum ad virtutem superiorem. Ideo
vitium magis erit quod peccaret multum contra rationem licet minus virtutes inferiores quam id quod minus peccaret contra

roz licet plus q̄ virtutes inferiores. Et sc̄m ē q̄ quia mēri virtus ē ad nos ⁊ nō rei ꝯcedēduz ē q̄ monaci et alij religiosi et etiā sacerdotes q̄bꝫ multuz īcumbit opꝰ graue si ieiuniis et strictissimis abstinētijs macerāt corꝰ suū ut robur et pulcritudinē multuz diminuat ad etiā adipiscendaz salutē ipī nō peccant sꝫ magnū operant̄ opꝰ tēperantie dum tā nō in tanto defficiat qd' perturbat roz ac inde egritudines manifeste incurrat qd' si ī facerent principes ⁊ milites ⁊ manualia operatores ⁊ alij quibꝫ incūbit corporeos substinere labores ipī forte peccarent sꝫ vitiū insensibilitatis. Ad rōnes ddm̄ ē ad p̄ᵐᵃᵐ qd' vitiū insensibilitatis nō ꝯsistit in totali extirpatōē sensus ill' appetitus sensitiui quia tolleret statuz vitaz. Ad ꝯfirmatiōem ddm̄ ē q̄ nō famescere vel nō sitire lꝫ nō sint in ptāte nostra tā ī nobis ē vīa accipere de cibo vel vīꝰ delectatū q̄ exiget nā vel statꝰ pꝰ ⁊ ex tali ꝯsuetudīe poss̄ē q̄ fames et sitis nō fiant ī nob n' sꝫ exigenᵗᶦᵃ ī mo duz sumptiōis ⁊ qd' in mā nō delectaret appetit'. Ad auctēz Arist ⁊ Eustachij p' dicā q̄ mā moral' tantā hīt diuersitatē ⁊ errorē ut dr p̄° huiꝰ q̄ nō ē bn̄ possibile ꝑpriez capē vlēz simpl' vāz sine exceptōē. Vn̄ sic dr̄ p° rethorice ⁊ 4 hꝰ oꝫ ī moralibꝫ alīq dicē vl' lꝫ nō sit vl' sꝫ ut ī pluribꝫ quia q̄ raro peccat in ꝯcupiscentijs nālibꝫ ⁊ rarissime in minꝰ ꝑꝑ qd' et insensibiles sunt pauci valde ut dr in lrā Ideo simplꝰ dixerūt peccari in mīꝰ a nāli indigentia phiberi de hᶜ at magis postea dicet'. Ad aᵐ ddm̄ ē q̄ insensibilitas nulli ē oportuna. Ad auctēz Eustachij ddm̄ ē qd' ꝑ irrōnales passiōes intendit illas que sunt ꝯtra modū rōis Iste ꝑ quanto sunt ita irrōnales debent oīo extirpari ut sōm remaneat passiōes rōnales i. ꝯsone recte rōi. Ad auctēz Arist ddm̄ ē q̄ ꝑfectus phs sic mortificat delectatiōes qd' nullaz hīt ptatē ducēdi ipꝫ ꝑt' rōz sꝫ nō sic mortificat q̄ totalr annullet eas. Eodemᵒ de auctē ꝯᵃ ddm̄ ē q̄ ꝑfect' phs vilitatē appetitum sensualū cauet oīo ⁊ odiet maximo odio sꝫ vilitate ablata ꝯ remanebit sensualis appetitꝰ ꝯformatꝰ recte rōi. Ad aᵐ ddm̄ ē q̄ insensibilitas nō ꝑdest acquisitōi virtutis. Ad auctēz Arist ddz ē q̄ loquebat' de delectatōibꝫ excessiuis nō de hijs que ꝯueniūt ad nē sbsistētatōz ⁊ status honestatez ad aᵐ dān ē ī poē quale possit eē motiuū in nob ad insensibilitatē ddz .n. ē q̄ rō sp ad optima depcat' si nō fiūt decepta vel ꝑ diminutā inquisitōz vl' ꝑ sophysticā rōm vel alit' decepta.

Consequenter querit' .xxviijᵒ vtrᵐ tēpanᵃ sit cē delectationis tactꝰ ⁊ gustꝰ solum. Et arḡ q̄ nō quia cē delectatōes aᵒʳ sensuū ē dare virtutē aᵐ moralē ⁊ nō aᵐ q̄ tēperanᵗᶦᵃ sic pꝫ ꝑ inductiōz in alijs virtutibꝫ ḡf aᵒʳ pꝫ q̄ n' ē dar' meᵐ laudabile ⁊ extrēa vituꝑabilia ibi ē dare virtutē moralē mō sic dicit Arist ꝑ insuz in vtrīqꝫ cē ⁊ ut oꝫ gaudē ⁊ hijs pu' coloribꝫ ⁊ figuris et scriptura et sīm suꝑhabundanᵗᶦᵃ ⁊ defectū sīr aut ⁊ in hijs que cē auditū. Item magis indigemꝰ virtute morali ad moderandū delectationes q̄ magis īnate sunt capē augmētuz quia ille possunt magis suꝑhabundare ⁊ ꝑ ꝯñs magis eē vitiōse sꝫ delectatiōes visꝰ magis sunt īnate capē augmētuz q̄ tactꝰ ⁊ gustꝰ ḡ magis indigemꝰ virtute morali ad modrandū eas q̄ tā nō vi' eē n' tēperanᵗᶦᵃ bᵒʳ ꝑ q̄ sensuz visꝰ int' cetēs magis dilligimꝰ ꝑhemio meᵗᵉ sꝫ delectatōes maxiē sunt īnate augeri cē i° q̄ magis dilligimꝰ q̄ dr p°. hꝰ vnicuiqꝫ aut' delectabile ad qd' dr amicꝰ taliū ut pu' equus amanti equū ⁊c. Itez cē iᵃˢ delectatōes ē temperanᵗᶦᵃ modrando circa quas est,

intemperan(ti)a excedendo s(ed) intemperan(ti)a est circa delectationes visus pu(ta) in illis qui luxuriose et ex
cessive delectantur in aspectibus mulierum (et)c. Sed videtur quod tales non delectantur in visu nisi p(ro)ut ordinatur
s(ecundu)m se s(ed) ut refertur ad tactum ut dicit Ar(istoteles) quod canes non gaudent s(ecundu)m se in leporibus vel leporum odo
ribus s(ed) cibatione odoribus autem gaudent in ordine ad cibum. Con(firmatur) quia s(ecundu)m hoc luxuriosi non
magis delectaret in visu unius mulieris quam alterius nisi in quantum per visum indicant esse dulciores
tactu s(ed) quod (con)trarium est falsum quia si esset mulier turpis figure et turpioris coloris quamvis esset levissima
temperatissima et omni tactu sine visu proportionatissima non delectaret in ea s(ecundu)m visum igitur vi(detur)
quod intemperan(ti)a sit circa p(ro)p(ri)am visus delectationem. Item Tullius diffiniens temperan(ti)am in sua rethorica dicit
quod temperan(ti)a est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata
dominatio. Modo constat quod non solum circa delectationes tactus et gustus sunt non recti impetus. Dicit
etiam quod temperan(tie) partes sunt continentia Clementia et modestia modo clementia non solum est circa
delectationes tactus et gustus (et)c. Item Seneca in libello suo de iiii^or virtutibus cardinalibus
loquens de continentia quam capit pro temperan(ti)a dicit si continens es, cautus esto benignus et nemini
blandus. parvus. familiaris. omnibus equus. hec autem non solum habent locum circa delectationes tactus et
gustus (et)c. Oppositum vult Ar(istoteles) qui dicit quod circa delectationes animales non est temperan(ti)a vel intemperan(ti)a
s(ed) circa corporales / non omnes quoniam non est circa delectationes visus et auditus et olfatus nisi s(ecundu)m accidens s(ed) tactus
et gustus. Sciendum est quod Ar(istoteles) distinguit primo delectationes in animales et corporales quam distinctionem ipse sic
exponit ut quod p(ri)m(e) animales sunt que in anima tantum fiunt vel patiente corpore et hec sunt delectationes
intus et voluntatis delectationes corporales autem sunt que s(ecundu)m illum vel apparentem (com)m(un)iter inferunt patiente corpore.
Et hoc non videtur a quibusdam bene dictum nam delectationes intrinsece et in honorationibus et
circa pecunias et earum amissiones aut circa p(re)sentiam amicorum aut eorum absentiam et recessum vide(n)tur
s(ecundu)m Ar(istotelem) esse delectationes animales et est pro quibus extrinsece animales s(ed) in hiis sepe videmus corpus transmutari et nobile
pati ideo non videntur animales esse illae sole que fiunt non patiente corpore. Et ad istam primam obiectionem acquiescunt
et dicunt quod per p(ri)m(as) animales intendit Ar(istoteles) delectationes que fiunt s(ecundu)m interiorem apprehensionem. Corporales autem s(ecundu)m
exteriorem. Quod autem dicit Ar(istoteles) delectationes fieri non patiente corpore si magis mente dicunt quod hoc dictum non
debet simpliciter intelligi s(ed) comparative quia magis patitur corpus s(ecundu)m exteriorem apprehensionem quam s(ecundu)m interiorem
ad sensus exteriores sunt magis corporales et interiores magis spirituales. Aliter potest dici quod hic Ar(istoteles) idem
intendit per istam divisionem delectationum quod intendit per divisionem concupiscentiarum primo rethorice ubi dicit Concupiscentia
est delectabilis appetitus concupiscentiarum autem hee quidem irrationales sunt hee autem cum ratione quas non
vocat hic animales. secundum quod animale ab anima spirituali derivatur vocat illic rationales et quas vocat hic corporales
vocat illic irrationales Et quod ita sit satis patet inspicienti processum eius hic et illic Vocat enim hic
concupiscentias corporales eas que s(ecundu)m tactum et gustum fiunt et que s(ecundu)m visum auditum et olfatum ut patet in littera
Et easdem autem vocat illic irrationales quando quascumque concupiscunt non ex eo quod est extimare aliquid sunt
autem tales quecumque dicuntur esse naturam sicut que per corpus existunt ut que alimenti sitis et fames et s(ecundu)m unam
quamque speciem alimenti concupiscentia et que circa delectabilia et que circa gustabilia et que circa venerea
et totaliter tangibilia et circa olfatum boni odoris et auditum et visum. Et confirmatur quod idem intendit
per corporales et irrationales per hoc quod de irrationalibus dixit que per corpus existunt. quod et idem intendat per rationales
et animales apparet quia de rationalibus dicit dico autem delectationes cum ratione quascumque ex persuasione est multi. n.

ex vidisse et possedisse concupiscunt qui audierunt et persuasi fuerunt. Et nota quod secundum hec dicta quod concupiscentias
seu delectationes illas vocat irrationales que nobis insunt absque omni priori ratiocinatione interius per naturam obiecti
concupiscibilis et sensus et appetitus sensitivi. Illas autem vocat cum ratione que non insunt nobis nisi priori ratiocinatione per
quam nobis aliquid appareat bonum vel utile aut etiam in futurum delectabile quod non iudicaret tale per sensus.
principalis iudicativus et huiusmodi sunt amor honoris vel discipline vel fabularum vel pecuniarum vel amicorum propter quod in
brutis conveniunt nec pueris ante usum rationis. Talia autem ponit Aristoteles esse delectationes animales de quibus dicit Aristoteles
vel particule corporales quod non debet intelligi quin sepe ex honoris dispendio vel amissione pecunie turbetur homo
corporaliter et sensibiliter sed quia sic non turbatur nisi ex priori perturbatione vel priori quodam iudicio rationis.
2o sciendum est quod delectatio causatur ex apprehensione convenientis et apprehensio potest fieri per 4 sensus exte-
riores et eis mediantibus per interiores principaliter iudicativum rationis. Ideo omnes delectationes corporales
dividuntur secundum 4 sensus exteriores sed tamen altiusmodi sunt delectationes tactus et gustus ex una parte et delectationes
aliorum trium sensuum ex altera parte quia delectationes tactus et gustus sunt communes nobis et brutis. Sed autem aliorum
sensuum delectationes non conveniunt brutis sed nobis tantum. Et dico sic quod bruta bene delectantur secundum visum
auditum et olfactum in relatione ad tactum et gustum scilicet quod per visum auditum et olfactum manifestatur
eis obiectum gustus vel tactus aliter non et hoc est quod dicebat Aristoteles non est autem in aliis animalibus secundum hos sensus delectatio
nisi secundum accidens neque enim odoribus leporum canes gaudent sed cibatione sensum autem odor fecit nec leo voce bovis
sed comestione quia autem prope est per vocem sensit et gaudere utique ac videre. Similiter autem neque videns nec in-
veniens cervum vel agrestem capram sed quia cibum habebit. Et idem de odoribus declaratum est suffici-
enter in libro de sensu et sensato quod odores aliqui consequuntur sapores quorum species 2 secundum saporum species disting-
untur et isti non sunt secundum se ipsos delectabiles sed secundum relationem ad sapores et ad gustum propter quod ut ibidem dicit
Aristoteles videmus quod odores carnium et piscium sunt delectabiles esurientibus et appetentibus cibum.
Repletis autem et cibo non indigentibus non sunt delectabiles sed potius abominabiles et isti sunt communes nobis
et animalibus. Alii sunt odores secundum se ipsos sine relatione ad cibum delectabiles ut qui rosarum violarum et mul-
torum florum non enim gratia cibi gaudemus in odoribus rosarum violarum et multorum florum et delectationes et
tales odores sunt sic nobis non enim videmus quod canes ad odores rosarum accedant tamquam in huius delec-
tationis habentes. Et si animalia non gaudent odoribus nisi in relatione ad cibum vel ad coitum aut ad aliud quod
pertinet ad salutem vite videtur eadem ratione quod nec aliter debent gaudere secundum visum vel auditum natura enim que
non deficit in necessariis nec habundat in superfluis dedit animalibus solum sensus ad vite salutem scilicet ad prosequen-
dum vite necessaria et congruentia et fugiendum corruptiva et nociva propter quod scribitur sic patet 3o de anima natura
non dedit animalibus tactum fixis sensus de longe perceptivos sui obiecti quia frustra dedisset cum perceptum non posset
prosequi obiectum sed quibus motum progressivum vel processivum dedit tamquam necessarios si talia oporteat animalia salvari.
Sensus autem non solum dati sunt hominibus ad vitam salvandam sed etiam propter cognoscere ut scilicet intellectualiter nascerent in quo nos
excedimus alia bruta animalia propter quod et in multis sensibilibus que non nobis ad vite salutem proficiunt delectamur
admirando. Nam sicut dicitur primo rethorice addiscere et mirari delectabile ut ad multum et ratio ibidem datur quia
in mirari et concupiscere addiscere et in addiscere autem in id quod secundum naturam constitui et ob hoc 2 dicit philosophus metaphysice quod sensus
nostros propter se ipsos diligimus et maxime sensum visus. Sed tamen obviat isti notabili quia videmus aves in can-
tu suo delectari et non propter cibum. Ad quod dicendum est quod si non propter cibum tamen propter coitum qui ad sensum tactus spec-
tat. Delectantur animalia in cantu suo. Non namque propter solitudinem estivalis et laborem quem sunt infectum generationibus

— vel principale

et per pugnationibus et nutritionibus ordinavit delectationes ubique ad mixturam scilicet in coitu et lavacris precedentibus con
comitantibus et subsequentibus que fiunt per cantus et ludos et alios gestus multos propter quod etiam apparet quod huius
animalia non nisi in cantibus et ululatibus et vocibus ad suam speciem pertinentibus aut eis similibus delectantur. huius
autem visus in quo septem sunt ponende conclusiones secundum Aristotelem prima est quod circa delectationes animales non est temperantia quia per eorum
operationes ut patet Aristoteles quoniam qui circa honores vel disciplinas aut fabularum narrationes pecunias vel a
micos delectantur vel tristantur nec temperati nec intemperati dicuntur. 2a conclusio est quod circa delectationes corporales visus
auditus et olfactus non est temperantia quam eodem modo probat Aristoteles dicens quod non gaudentes his que per visum sunt coloribus
et figuris et pictura nec temperati nec intemperati dicuntur. Similiter autem in hiis que circa auditum superhabundantes
enim gaudentes melodiis vel ypocrisi nullus intemperatos dicit nec eos qui ut oportet temperatos nec eos qui circa
odorem preter quam secundum accidens gaudentes enim malorum vel rosarum vel cinnamomi odoribus non dicimus intemperatos
sed magis eos qui unguentorum etc. 3a conclusio est quod circa delectationes gustus proprias prout non reducuntur in delecta
tiones tactus non est temperantia quia nullos intemperatos vidimus in optimo sapore vini vel cibi gaude[re] si sup
ponatur lingue non propter ipsorum operationem ad tactum et si qui gaudent delicatissimis saporibus utentes tamen
moderate cibis et potibus non dicimus illos intemperatos esse verbi gratia sicut dicit Aristoteles illi qui vina probant
et pulmentum condiunt et non multum gaudent hiis quo ad cibatum et potationem non intemperati dicuntur si usu
immoderato ... qui fit per tactum dicuntur intemperati et in cibis et potibus et venereis dictis propter quod ut dicit Aristoteles
et oravit quidam pulmenti vorax excessus gutur ipsius longius gruis fieri ut delectaretur tactu. 4a
conclusio est quod circa delectationes tactus est temperantia quod potest probari sicut per locum a divisione cum enim sit circa delectationes
et non circa animales nec aliorum sensuum relinquitur quod sit circa delectationes tactus. Item ex hoc quia gulo
sos omnes et luxuriosos omnes intemperatos esse dicimus tales autem sunt qui circa delectationes tactus supha
bundant sed circa quod est intemperantia in excedendo circa illud est temperantia mediando et omnes hec concedunt.
5a conclusio est quod circa delectationes tactus non omnis est intemperantia quoniam sicut alii sensus non solum dati sunt nobis
ad salutem vite sed etiam propter cognoscere ita et tactus quamvis sit nobis magis necessarius. Unde sensus nostros omnes propter
ipsorum utilitatem et nulla agenda debentes propter se ipsos diligimus sed visum illo modo inter ceteros maxime diligimus sicut
dicit prohemio metaphysice propter quod et aliquas sunt delectationes tactus sicut nobis in quibus cetera non conveniunt animalia. Similiter
etiam multe sunt nobis delectationes in quibusdam ludis liberalibus et delectabilibus ut apparebit in 4o et in
actibus senosis humani conventus qui non solum per alios sensus sed etiam per tactum exercentur in huius autem delectabilibus
gaudentes nullos ob hoc temperatos dicunt vel intemperatos. Igitur circa huius delectationes non est temperantia vel intemperantia.
et hanc conclusionem cum sua declaratione innuebat Aristoteles cum dixit etenim liberalissime earum que per tactum de
lectationum ablate sunt scilicet ab illis delectationibus circa quas est temperantia puta que in gymnasiis per attritionem et cale
factionem fiunt. 6a conclusio est quod circa delectationes aliorum sensuum prout referuntur ad delectationes et concupiscentias tactus
est temperantia quia virtus moderans circa finem debet moderare circa ea que ordinantur ad finem et que dant impetum
ad finem sed delectationes et complacentie que fiunt per alios sensus circa tangibilia ordinantur ad sequentes delectationes
tactus et dant impetum ad eos circa quas tamen moderat temperantia sicut dictum fuit igitur aliorum patet quia cum virtus sit
habitus electivus et electio sit eorum que ad finem necesse est secundum virtutem habere se verum non solum circa finem sed etiam circa ordi
nata in finem. Et etiam quia non potest faciliter reprimi finis nisi reprimantur ea que dant impetum ad finem hoc patet
per experientiam Constat enim quod color odor et sapor delectabiles in cibo et potu multum augent concupiscentiam cibi et potus
et delectationem in ipsorum usu. Sic etiam visus pulcre mulieris et lascive cantantis promovet intemperatum ad co

acquirendum et ad prosequendum visum eius in quod absque tactu sit in eo aliqua manifesta commotio membrorum ad coitum
ordinatorum. Item circa illas delectationes et complacentias est temperantia quae sunt generatiuae tristitiae de absentia tan-
gibilium delectabilium secundum sed complacentiae aliorum sensuum circa tangibilia sunt huiusmodi sicut alias patet per Aristotelem dicentem. Sed
intemperatus quidem est in tristando magis quam oportet quia delectabilia non adipiscitur. Temperatus autem in non tristari absentia
horum. patet experimentaliter in amore herentibus vel venereis. Et similiter videmus quod gulosus cum videt cibum quem
per visum aut olfactum iudicat delectabilem et uti non potest ipso ardet super eum et multas inhonestates et
labores incurrere vellet ad habendum et ad illum sensum potest exponi quod dicit Aristoteles et tristitiam autem non facit ei de-
lectatio id est delectatio et complacentia quam intemperatus habet in visu et olfactu delectabilium secundum sensum tactus facit
ei tristitiam et ardorem in appetitu cum non possit eis uti. Tristatur enim ut dicit Aristoteles non adipiscens et concupiscens
cum tristitia enim concupiscentia. propter quod et dixit poeta huius quod sicut senes plebis patiebantur ad helenam hoc oportet ad nos
pati ad delectationes et in omnibus eorum dicere vocem. plebis enim senes non solum dicebant helenam fugiendam
esse secundum tactum sed etiam secundum visum quia aspectus eius propter eius pulchritudinem incitabat et excitabat concupiscentiam ad ar-
dorem. Septima quae potest poni quod temperantia est magis circa delectationes gustus quam circa delectationes aliorum
sensuum puta auditus visus et olfactus tum quia gustus est quidam tactus tum quia gustus est maxime de per se
directiuus conuenientiae cibi et potus circa quos sunt temperantia et intemperantia. propterea gustus post tactum est
maxime necessarius et aliis conuenientissimus. Ideo dicit Aristoteles quod circa tales utique delectationes temperantia et intemp-
erantia est quibus reliqua animalia communicant. Unde spiritualis aliis similes et bestiales videntur haec autem sunt gustus et
tactus. Sexta est tamen quod pro quanto temperantia est circa venerea ipsa magis est circa visum et consequenter circa auditum
minime autem circa olfactum et gustum. In quantum autem ipsa est circa cibos et potus ipsa est circa gustum et consequenter circa olfa-
ctum et postea circa visum et minime circa auditum quia visus maxime iudicat de venereis sicut gustus de cibo
et potu. Iste sunt ergo viae circa processus Aristotelis in proposita quaestione. Huic tamen processui quidam addunt octauam conclusionem scilicet quod licet
temperantia non sit per se et principaliter circa delectationes propter visus auditus et olfactus est tamen circa eas consequenter et secundario. Et
hoc dicunt propter praedictas rationes in primo conclusione huius adductam. Ulterius quod plus est dicunt quod temperantia quodammodo habet esse
circa delectationes intrinsecus quia in eis est superhabundantia delectationum sicut qui nimis delectantur in quibusdam sonis
ut non ad velint discedere per totam vitam contingit et in eis a delectationibus deficere et in eis est accipere medium vir-
tutis quod non videtur esse nisi temperantia. Sed hoc quod non videtur esse vera ad aliquos inquisitionem euidentiam est sciendum quod propter
diuersos de virtutibus loquentes philosophos diligenter attendendum quod dupliciter solet distingui morales virtutes
vno modo specifice ex distinctione obiectorum et ista est artificiosissima distinctio quam inter ceteros solus Aristoteles sufficien-
ter dedit. Alio modo distingui solent ex diuersis proprietatibus quas omnes vnaquaeque virtus obseruare debet
proprium scilicet obiectum. Et hoc modo distinguendo posuerunt Seneca et Tullius quattuor virtutes cardinales et
principales quarum una est quae firmat animum in opere bono circa difficilia et est fortitudo quae est communis omni operi
virtuoso quia 2o Ethicorum dicitur Semper enim circa difficilius fit ars et virtus. Eodem etiam modo dicitur quod opera virtuose
non fiunt nisi firmiter et immobiliter fiant et hoc conuenit omni virtuti secundum quod est habitus. Illis enim circa difficile
et laboriosum potest se bene habere nisi ad hoc modo naturae perfectum et consuetudine inclinet. Unde et Tullius dicit
quod virtus est habitus modo naturae rationi consentaneus. virtus enim ex consuetudine fit et consuetudo est altera natura. Secunda
virtus est quae moderat excessus et defectus in passionibus et operationibus et est temperantia quae etiam est communis
omni operi virtuoso cum in omni opere circa quod est virtus sit superhabundantia praua et defectus vituperabilis et
hoc conuenit omni virtuti secundum quod est mediocritas secundum medium electiua. Tertia virtus est quae mensurat passiones

et opera ad illos ad quos operandum est et dirrigit ad esse bonum et est iustitia que et communis est omni virtuti
sicut dicitur in 4o. Quarta virtus est Prudentia que et est communis omni operi virtuoso quoniam omne medium virtutis
esse ratione ut utique sapiens determinabit // Sic ergo distinguit Tullius virtutes primo de officiis. dicens
Omne quod est honestum illud ex 4or partium oritur. Aliqua nam per perspicientia vero solentia quod consistit
quod dicit quantum ad prudentiam Aut in hominum societate tuenda tribuendo unicuique quod suum est et rerum
contractarum fide quod dicit quantum ad iustitiam Aut in animi excelsi aut invicti magnitudine aut ro
bore quod dicit quantum ad fortitudinem Aut in omnibus que fiunt quecumque dicuntur ordine et modo quod dicit
quantum ad Temperantiam Et tu potes iam videre quod ille rationes que fuerunt in principio questionis adducte
auctoritate Tullii et Senece hac sua via procedunt et non post alias expositionem bene dictam ipsarum de speciebus
et proprietatibus quas istis 4or virtutibus attribuunt et quod omnes sic distinguentes virtutes assignaverunt
runt species non proprias vel effectus virtutum quasi casualiter et permixtim et in ordinate valde permiscentes se
pe species seu modos virtutum ex obiectorum distinctione sumptos ex eis que sunt diversos actus aut sunt diver
sos agendi modos et idem obiectum sumuntur Aut etiam nominibus que diversas earum de virtutum proprietates significant
Huius ergo visis maius est quod si Temperantia non debeat dici generalis virtus. seu magis per locum proprietas
communis omni virtuti sed quod debeat esse virtus specialis et esse specialem obiectum non potest concedi quod sit esse delectationes partis
aliorum sensuum a tactu et gustu neque esse delectationes intimas. Nam pari ratione esset et esse delectationes in pecu
niis et in honoribus ludis et in omnibus aliis quod falsum est quia esse sunt ponuntur alie virtutes speciales // Item
partes pertinentes ad valde disparatos mores et que nullam habent connexionem ad invicem vel compara
tionem non videntur pertinere ad eandem virtutem specialem sed delectationes tactus et gustus et
aliorum sensuum in ordine ad delectationes tactus valde disparate et inconnexe se habent in moribus
ad delectationes animales et ad delectationes partis visus auditus et olfactus quoniam prime spectant ad morem
et vitam bestiales cum omnino in eis conveniant animalia nobis. Secundarie autem elevant hominem super
morem et vitam bestiales quamvis homo male se habuerit circa eas ergo ille et iste non pertinent
ad eandem virtutem specialem. Cum ergo esse bestiales sit temperantia non potest poni nisi equivoce
loquamur de temperantia quod sit circa humanas Et istam rationem notavit nobis Aristoteles valde bene. dicens
non est autem nec in aliis animalibus secundum hos sensus delectatio. preter secundum accidens etc. Circa tales autem delectationes
temperantia et intemperantia est quibus reliqua animalia communicant unde serviles et bestiales videntur hee autem sunt
tactus et gustus. Communissimus autem sensuum tactus secundum quem intemperantia et videbitur utique iuste exprobabilis
quoniam non secundum quod homines sumus existit sed secundum quod animalia Talibus autem utique gaudere et maxime diligere
genere bestiale. Et hoc poterit iterum videri magis in 7o ubi de continentia et incontinentia tractabitur
que circa eandem fiunt materiam temperantie et intemperantie sicut illic videbitur Ad rationes ergo videndum
est ad primam quod esse visum auditum et olfactum delectamur multotiens secundum quasdam laxinias adinventas
ordinatas multotiens et secundum ludos multiplicatos. Et multotiens etiam secundum decentiam conversationis
in actibus seriosis et apparuit iam que virtutes sunt esse huius delectationes quoniam temperantia quantum
ad laxinias Et Eutrapelia quantum ad ludos et amicicia seu Affabilitas quantum ad actus
seriosos // Item delectamur aliquando secundum istos et alios sensus propter ipsa cognoscere secundum se et propter admirari
circa obiecta eorum quas delectationes aut nichil aut minimum oportet deprimere quia disponunt ad bonum
rationis et si que minimum esse alia sensualium delectantur secundum istos sensus et ad moderandum huius partes.

oz accedere virtutes aliquas morales dicit Albertus quod nullus habet nova impositam quod est quia non difficile est illas
delectationes moderare nec sequi eas est multum deformis propter quod non etiam Aristoteles curavit de eis tractare vel
sicut dicit ibidem Albertus virtus moderans tales delectationes dicitur temperantia non proprie sed communiter accepta et
equivoce sive methaforice secundum quamdam similitudinem ad nostram temperantiam sicut de continentia dicit Aristoteles vij huius
Aliqui tamen huius delectabiles specialiter olfactus utuntur ad sanitatem via medicine quia scilicet odores
cerebro prosunt sicut dicitur primo de sensu et sensato et qui sic prosequuntur eas propter inordinatum timorem egri-
tudinis efficiuntur molles de qua mollitie determinabit vij huius Et tamen verum quod nulle vel pauce
sive sunt illorum sensuum delectationes que moderatione indigeant quod non sunt reducte ad aliquas
virtutes vel malitias speciales de quibus tractavit Aristoteles in hoc libro. Ad aliud dicendum est quod non est
malum si delectationes visus secundum quod ordinantur ad cognoscere simpliciter et ad scire capiant augmentum
ideo ut sic non indigent virtute reprimente vel non multa virtute perfecta possunt. Forte enim quod ad hoc suf-
ficit Eutrapelia et Affabilitas seu Amicitia. Ad aliud concedendum quod tales delectationes que sunt in
aspectibus mulierum pertinent bene ad temperantiam quia sunt in ordine ad tactum. Sed ad contra obiectorum
dicendum est quod delectatio circa sensibilia non perficit sine fantasiam vel auget vel minuit vel tollit omnino nam si
in vino tu videas aliquam immunditiam tu habebis abhominationem id est quod tu non poteris bibere id quod
tamen si tu non vidisses nunc tibi bonum et aliud contingit quod iam comedimus vel potavimus et si dicitur
quod immundum fuit generatur in nobis abhominatio stomachi ut oporteat totum extra vomere sic ergo patet
quod delectatio vel abhominatio alicuius sensus circa obiectum alterius reddit delectationem illius alterius sensus esse tale
obiectum maiorem vel minorem. Pulchritudo autem mulieris accepta secundum visum vel cantus eius accepta secundum
auditum reddit usum tactus delectabiliorem propter ymaginationem coniunctionis esse secundum se minus delectabilis et ita
patet quod talia reducuntur in delectationes tactus. Alie rationes que auctoritate Tullij et Senece procedunt solute
fuerunt in questione.

Onsequenter queritur xxviij° utrum temperantia sit una virtus
secundum speciem. Et arguitur quod non quia philosophi eius diversas assignant partes vel species Aliqui quidem continentiam
Clementiam et modestiam Alij autem honestatem et Verecundiam Alij autem abstinentiam et frugalitatem
parsimoniam Sobrietatem Pudicitiam Castitatem et alia multa plura etc. Item virtutes distinguuntur penes
actus probata sed actus venerei sunt multum dispares et diversi a comestione et potatione. Et similiter corporalia
puta cibi et potus a mulieribus ergo omnia esse hec omnia sit temperantie virtus unum quod ipsa non sit una virtus. Item
ille delectationes non pertinent ad unam virtutem que spectant ad diversos et valde disparatos mores ut dicebatur
in alia questione. Sed delectationes in cibis et potibus et delectationes in venereis actibus sunt huius quod patet philosopho quia ille
inveniuntur in nobis secundum omnem etatem et a principio unde nobis connaturale hec autem non sed secundum tempus determinatum secundum genus.
Oppositum arguitur auctoritate Aristotelis qui non distinxit nobis istam virtutem tamquam credens eam esse unam solam. Item plures
essent cardinales virtutes quam 4or quod non dixerunt philosophi. Notandum est quod temperantia non est proprie nisi circa delectationes
tactus sed se aut circa alias delectationes ut reducuntur in istas sicut dictum est in alia questione. Et si quis temperantiam
magis communiter vellet accipere prout est moderativa delectationum aliarum tunc statim concedendum quod ipsa non est una virtus
sed plures sicut dicebatur in alia questione sed non est quo ad prius nunc utimur. Temperantia autem secundum quod proprie est circa delectationes
tactus puta circa cibos et potus et venereos actus sit una virtus secundum speciem vel plures. Ad quod quidam re-
spondent quod est una species subalternata sed non una secundum speciem specialissimam propter rationes adductas. Et iterum

Duplex temperantia

quia licet delectationes tactus sint obiectum temperantie hoc tamen non est secundum rationem causarum communem cum non sit circa omnes delectationes tactus quia dicit Aristoteles quod liberalissime causam que per tactum delectationum ablate sunt dicit etiam quod non est circa omne corpus sed circa quasdam partes non quia capit neque specificat temperantia sed causam rationem communem delectationis tactus quia oportet quod secundum causam quasdam speciales rationes accipiat et specificet rationes speciales tactus delectationes sunt diverse in cibis potibus et venereis actibus quia oportet temperantiam circa illas diversificari specie. Item gulositas sive ebrietas et luxuria sunt vitia secundum speciem distincta et opposita temperantie secundum excessum modo cum cuius eadem virtuti duo opponantur vitia unum secundum excessum et aliud secundum defectum eo quod virtus est medietas tamen non videtur quod eidem virtuti debeat opponi plura vitia secundum excessum neque plura secundum defectum ergo quod alia sit specifica ratio temperantie secundum quam sibi opponitur gulositas vel ebrietas et alia secundum quam sibi opponitur luxuria. Item secundum aliam rationem specificam delectamur in calido et sicco et secundum aliam in frigido et humido ideo fames et sitis videntur appetitus esse diversi specie ergo delectatio in cibo et delectatio in potu sunt alterius et alterius speciei sed temperantia est circa utrumque ergo sicut virtutes distinguntur per obiecta temperantia non erit una virtus. Alii tamen dicunt quod temperantia est una virtus secundum speciem quia licet delectationes tactus secundum quas sumitur temperantia concedentur diverse secundum speciem tamen consimilis moris sunt quia consimilem habent modum trahendi appetitum scilicet per modum concupiscentie bestialis que autem more et modo consimili trahunt appetitum eadem virtute rectificari possunt ergo. Item si non esset una virtus hoc esset propter distinctiones delectationum in cibis et potibus et venereis actibus sed propter hoc non tollitur unitas eius quare sicut prima concedit communiter bona probat quia hec tria ad invicem ordinantur potus enim ordinatur ad cibi temperamentum et cibus non solum ad corporis nutrimentum sed etiam ad materiam veneream modo eadem est virtus circa finem et ordinata in finem quamvis sint specie diversa ergo. Et confirmatur eadem bona quia eadem debet esse virtus moderans actiones passionum et moderans ea que provocant et augmentant istas passiones quia talia eiusdem moris sunt sed constat quod delectationes in cibis et potibus et corporis usus provocat ad venerea et inclinant simpliciter sumpto ciborum provocat potus concupiscentias propter quod ista tria consequuntur communiter se invicem et concomitant se ad invicem ideo eiusdem moris sunt et ad eandem spectant virtutem. Adhuc confirmatur ista bona quia licet multi ponunt quod alius et alius est formaliter sensus tactus humidi et sicci tamen omnes concedunt eundem esse sensum calidi et frigidi et similiter eundem esse humidi et sicci quia idem est sensus contrariorum etiam patet quod idem est sensus formaliter delectans in humido et sicco sed quia fames est appetitus calidi et sicci et sitis frigidi et humidi videtur non esse alterius sensus sitis et alterius sensus fames nec alterius cibus et alterius potus propter quod videtur quod neque delectationes ipsorum debent esse alterius et alterius virtutis. Similiter idem declarat de venereis actibus et de cibis quia sicut dicit albertus semen quod in venereis emittitur et cibus qui assumitur secundum eandem specificam rationem delectant scilicet secundum coniunctionem convenientis et proportionati secundum tactum quamvis hoc sit secundum diversos accidentales modos. In cibis enim delectamur tamquam in parte similibus et convenientibus et aliquo spiritu operante ad perfectam scilicet referendis et hic est spiritus caloris digestivi propter ea natura parte de cibis abiicit et partem sumit. In venereis autem delectamur tamquam in ultima similatione convenientibus et proportionatis et generali spiritu in nervis tangibilibus diffuso propter quod coitus delectatio intensissima est et homini complacentia delectatio quia tactus ex toto corde in nutritivis et generativis est et secundum idem in toto quia ex tactu convenientibus in speciali tamen habet modum diversum. Nutrimentum enim delectat ut non totum quietetur semen autem ut perfecte assimilatum ad hoc etiam facit ut nervi sensibiles in palato et stomaco diffusi sunt duri et ideo non in summo passibiles. Et hoc ideo fecit natura quia sepe a duris et dissimilibus tanguntur propter quod si faciliter passibiles

ceunt a talibus actibus obstupescerent et homo destrueretur propter quod non profundatur in partibus ad intimum delectatio nec etiam tristitia resistente duritie nervorum et in inguinibus autem natura mollissimos et tenerrimos posuit nervos qui facile sentiant tactum eius quod est gentilissimum secundum magis patet quod quia tota delectatio in tinnienti et venereorum secundum tactum est secundum unam communem rationem tangendi conveniunt secundum plurium modum non specialem quidem sed accidentalem habeat differentiam et ideo temperantia in hiis una est virtus quamvis in nomine differentiis alia frugalitas dicatur secundum quod refertur ad cibum alia autem castitas secundum quod refertur ad venerea et haec omnia dicta sunt Alberti in prima fortitudinis ideo si haec opinio teneatur videndum potest ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum est quod aliqui dividunt temperantiam generaliter acceptam ad omnem specialem virtutem sicut in articulo quod dictum fuit illi autem qui dividunt temperantiam prout est specialis virtus non dividunt eam specificis et essentialibus differentiis sed vel secundum eius diversas proprietates vel secundum eius materiales vel accidentales obiectorum differentias. Duae enim sunt omnis perfectae virtutis proprietates scilicet fuga turpitudinis et amor pulcritudinis seu honestatis et ita quidam assignant temperantie 2as partes scilicet verecundiam quantum ad fugam turpis et honestatem stricte sumptam quantum ad amorem honesti. Alii autem secundum accidentales obiectorum differentias dividunt temperantiam notantes eam in ordine ad cibum abstinentiam vel frugalitatem vel parsimoniam in ordine vero ad potum sobrietatem et in ordine ad principalem venereorum actum castitatem et in ordine ad extrinsecos motus ordinatos ad venerem cuiusmodi sunt oscula et amplexus et aspectus et huiusmodi pudicitiam. Et adhuc alii multas ponunt subdivisiones et alias divisiones que non tollunt specificam et eandem temperantie unitatem. Ad aliam dicendum est quod omnes illi actus et omnia illa obiecta in idem secundum speciem vel etiam secundum morem conveniunt in trahendo appetitum quia secundum easdem delectationes abstrahunt appetitum sicut dictum fuit. Ad aliam dicendum est quod omnes ille delectationes eiusdem moris sunt. Si autem delectationes ille venereorum non conveniunt nobis secundum etatem omnem ut patet in pueritia hoc est propter defectum materie puerorum spermatis quia natura tunc toto intincto utitur ad augendum. Ad hoc etiam facit indispositio organorum sed organis dispositis et materia parata manifestum quod delectationes iste et ille sunt eiusdem moris. Tunc ad rationes alterius opinionis ad primam dicendum est quod temperantia est circa omnes delectationes tactus secundum se acceptas sed non est circa delectationes tactus ut ordinatas et relatas ad alias delectationes secundum intellectum vel ad eas que in ludis sunt vel huiusmodi quia ut sic ipse iam mores alios sortiuntur cum prius dictum fuit quod habitus morales determinant fine. Unde 4o huius dicit Aristoteles Si id quidem lucrandi gratia mechatur et accipit hic autem apponens et iacturam patiens propter concupiscentiam iste quidem luxuriosus videbitur magis quam avarus ille autem iniustus luxuriosus autem non. Ad hoc autem quod dicitur non esse omnes corporis sed circa quasdam partes esse temperantiam potest dici quod vino est circa omnes partes corporales secundum quas contingit delectari secundum tactum. Unde de continentia proprie et incontinentia loquens Aristoteles 7o huius dicit eas esse circa easdem delectationes et tristitias circa quas sunt temperantia et intemperantia et tamen dicit incontinentiam esse et esuriei et sitis et caloris et frigoris et omnem que circa tactum et gustum. Quod autem dicit Aristoteles temperantiam et intemperantiam omnino esse circa omne corpus sed circa quasdam partes debet intelligi non simpliciter sed comparative quia scilicet multo plus est circa quasdam partes et minime circa alias. Ad aliam rationem potest dici quod gulositas et ebrietas et luxuria distinguuntur secundum accidentales differentias sicut dictum fuit de frugalitate sobrietate et castitate. Vel potest dici sicut dicebat ad rationem que fiebat consimiliter contra unitatem fortitudinis quod virtus in illa questione utrum fortitudo sit moralis habitus. Ad aliam rationem quomodo sit respondendum apparet satis in prima questione. Et sic patet questio.

[C]onsequenter queritur xxviiij° [u]trum in concupiscentiis naturalibus possit esse peccatum. Et arguitur quod non quia de hiis que a natura nobis insunt non incipiat 3o huius secundum contrarie excedunt

naturales quia nobis insunt a natura ideo de eis non increpamur sed omnes de peccato increpantur etc. Item 1° non est peccatum
ad cuius oppositum non possumus aliter assuescere sed ad oppositum concupiscentiarum naturalium non possumus assuescere quia nullum
naturaliter existentium aliter assuescit 2° huius ergo in concupiscentiis naturalibus non contingit peccare. Item dicit 3° Aristoteles
repletio in naturalis indigentie concupiscentia est sed in repletione indigentie non est peccatum immo in superhabundando
ultra indigentiam etc. Oppositum dicit Aristoteles in naturalibus ergo concupiscentiis pauci peccant et in unum in plus. Item
concupiscentia venereorum est naturalis et tamen in ea contingit peccare fornicando. Primo videndum est quod in hoc lo-
co debeamus intelligere per concupiscentias naturales. 2° videbitur quomodo in eis cadit peccatum. 3° specialiter videbitur an simplex
fornicatio soluti cum soluta sit peccatum. Quantum ad primum est maior quod ibi intendit philosophus Aristoteles in hoc loco
per concupiscentias naturales et per concupiscentias communes et idem per proprias et innatas posuit ergo tertiam divisionem. Concupiscentiarum hec quidem communes
videntur esse hec autem proprie et apposititie quam divisionem aliqui dicunt eandem esse illi divisioni que posuit primo rethoricorum quod
scilicet concupiscentiarum quedam sunt irrationales et alie cum ratione quas scilicet vocat hic naturales et communes vocavit ibi
irrationales et quas vocat hic proprias et innatas vocavit ibi cum ratione. Sed tamen hoc non videtur verum esse quia illic
vocavit omnes illas concupiscentias irrationales quas hic vult vocare communes et proprias et adhuc plures dixit enim quod
irrationales concupiscentie sunt que alimenti sitis et fames et secundum unamquamque speciem alimenti concupiscentia et que circa gustabilia
et circa olfatum boni odoris et auditum et visum non tamen communes quas ipse in hoc loco ponit circa tan-
gibilia et gustabilia cum ergo circa utrasque sit temperantia sit circa delectationes tactus et gustus secundum istam ergo
divisionem concupiscentiarum in communes et proprias vel tota sub irrationalibus continentur concupiscentiis quas ut dicit Albertus epicurei
diviserunt in 3 partes prime sunt naturales et necessarie cuiusmodi est concupiscentia cibi et potus dicuntur enim naturales quia a natura
ortum habent et necessarie dicuntur quia cibus et potus sunt necessarii ad corporalem salutem. Et sic sunt naturales et non necessa-
rie cuius est concupiscentia venereorum ipsa enim habet a natura ortum sed non est necessaria ad corporalis substentationem. 3° vero sunt
nec naturales nec necessarie cuiusmodi sunt concupiscentie sequentes habitum acquisitum naturam ut dicitur 3° huius secundum unumquemque habitum
sunt propria bona et delectabilia. Quartum autem membrum non est possibile scilicet quod sint concupiscentie necessarie et non naturales quia natura
non deficit in necessariis 3° de anima. hanc autem divisionem ut dicit Albertus Aristoteles hic reduxit ad 2° membra
pro tanto quia concupiscentie venereorum et si non sint necessarie ad salutem individui sunt tamen necessarie ad salutem speciei
quia ergo cibi et potus et venereorum actus abstractive et communiter accepti sunt naturaliter necessarii ideo concupiscentia naturalis sive communis vo-
catur concupiscentia cibi et potus et venereorum simpliciter et in communi concupiscentie autem proprie que non sunt necessarie sed naturaliter sunt concupiscentie specialium
ciborum vel potuum vel mulierum verbi gratia quia alius concupiscit pulmenta piscium alii perdicum vel caponum alii
vinum de Rupella alii claretum et alii mulieres simpliciter et alii lacrimas naturales. Est ergo 1ª divisio concupiscentiarum
secundum commune et speciale nam cibi et potus et coitus et indurit accepti sunt necessarii ad nostram salutem determinatio
non ad tales vel tales cibos et potus non est necessaria nobis et ideo proprias concupiscentias bene vocat Aristoteles appositicias quia
semper speciale dicitur secundum appositionem dicit ad ipsum commune. bene est dicit quod proprie concupiscentie habent ad naturale quia scilicet commune in proprio
et speciali salvatur et sic sit dictum de primo articulo. Quantum ad 2m dicendum est verum secundum Aristotelem quod tamen in concupiscentiis natu-
ralibus quam in propriis contingit peccare sed multo magis in propriis quam in communibus quod patet primo declarando ex parte in-
temperantie quia vero est fortius trahens ad cibum vel potum sumendum ibi contingit magis excedere sed in
propriis concupiscentiis trahens est fortius quia cum ipsa naturali concupiscentia trahit concupiscentia posita ad obiectum speciale verbi gratia si
quis abstractive et indurit concupiscat cibum et aliter specialem habet concupiscentiam ad perdices postea quod utique satis comederit de
caponibus et apponerentur eis perdices constat quod primus non inclinabitur ad comedendum perdices 2° autem
adhuc accipiet de perdice. Item communis concupiscentia cibi et potus vel primo stare in ipso tactu concupiscentia non permittit

2° ex parte insensibilitatis per intemperantie.

provenire ex delectatione aliquorum sensuum quam obiecti tactus ut ex delectatione gustus in sapore dulci vel visus in pulchro colore
vel huiusmodi. Modo dictum fuit prius quod delectationes unius sensus quam obiecti alterius augent illius alterius sensus operationem et
delectationem quam illud obiectum eius etc. // Item pluribus modis contingit peccare in potibus quam in cibis quia in cibis solum
excessum peccatur uno modo tantum ut dicit Aristoteles scilicet accipiendo plus quam oportet ad debitam nature substentationem et status de-
centiam. Sed pluribus autem peccatur in accipiendo plus quam oportet et in concupiscendo vel accipiendo illud quod non oportet ut si pauper
vult habere cibaria delicata vel si quis in mensa coram socio suo capiat morsellum delicatiorem et comedit ipsum.
Unde sciendum est secundum peccatum duorum tertio potest sumi modus intemperatorum. Aliqui enim quocumque cibo intendunt ventrem
supimplere et eos vocamus communiter gulosos quos Aristoteles vocat castrimargos a castri quod est venter et margos quod
est furor vel insania. // Alii autem non curant quod modicum habeant de cibo vel potu dummodo tamen habeant illos
delicatissimos et vocantur communiter leccatores. Alii autem pessimi sunt qui delicatissimos querunt cibos et
ventrem eis supimplere intendunt sunt enim leccatores et gulosi simul. Adhuc autem videtur quod quantum ad insensi-
bilitatem contingit in concupiscentiis potius magis peccare in cibis secundum defectum videlicet esse in minus appetendo vel accipiendo
de cibo quam sit oportunum ad debitam nature substentationem et status decentiam. Sic autem peccare sicut dicit Eustachius
philosophus ab appetitu naturalis indigentie solum rarissime et cum difficultate propter in nobis accidere inclinans nos ad
tale peccatum. Sed peccare in corporalibus concupiscentiis secundum defectum est minus discernere vel minus eligere et acceptare de-
lectabiliores cibos et potus quam sit opportunum ad nature substentationem et statum decentiam. Natura enim que nil frustra facit
non instituisset in cibis et potibus delectationes nisi esset querens eas cum moderamine acceptare. Ceteris enim paribus cibus
delicatior vel delectabilior melius nutrit corpus et confortat vires corporales et per consequens virtutes anime cum anima insequntur
corporis in de physonomia et melius disponit quam indelectabilis. Propter quod recta ratio iubet in acceptare delectabilia
moderate sicut dicit Aristoteles. Que enim ad sanitatem sunt vel bonam habitudinem aut non existentia hiis impedimenta
vel preter bonum vel supra substantiam. Modo constat quod ad minus discernendum et eligendum talia delectabilia propter idem est motivum
quod plus scilicet in quo est vitium insensibilitatis sit vitium dictum fuit illud quod motivum propter nos inclinare ad peccatum in
minus et in potibus concupiscentiis et in cibis. In potibus autem non prohibet nos peccare appetitus naturalis indigentie
quia repleri potest cibo indelectabiliori et vilitiori. Propter quod facilius est videtur in hiis materie peccatum quam in
cibis et de hac insensibilitate scilicet que est circa concupiscentias potius videbatur specialiter Aristoteles loqui cum dixit deficientes circa delectationes
et minus quam oportet gaudentes non multum fiunt. Non enim humana est talis insensibilitas et enim reliqua animalia discernunt
cibos et hiis quidem gaudent hiis autem non. Si autem huic nullum delectabile est neque differt aliquid ab altero longe utique
erit ab humano esse. Videtur ergo quod assignari possent tres insensibilitates correspondentes tribus predictis intemperatis.
Ad tertium arguendum videtur quod concubitus venereorum est naturalis et humana natura est naturaliter libera et nulli natura obli-
gata nisi forte parens filiis et filii parentibus. Sed non vir existens extra mulierem aut econverso et ideo videtur quod non sit
peccatum secundum mores virum absque ligamento matrimonii cognoscere mulierem. Et aliqui iam dicunt propter illam ... Opinio
rationem quod talis fornicatio non est peccatum nisi quia prohibitum a lege. Item quod non dissonat recte rationi attendenti simpliciter
ad naturam vel morem. Sicut enim sine peccato sumi potest alimentum et sumi debet ad vite necessitatem quod nulli est al-
teri obligatum ita ad speciei humane conservationem sumi potest et debet cum moderamine tamen quecumque mulier nulli
alteri obligata. Bonum enim commune preparatur et nemini fit iniuria. Propter quod preceptum fuit crescite et multiplicamini et
replete terram. Sed ista opinio non videtur aliquid natura quia peccatum est omne opus contra legalem iustitiam. Fornicatio autem est
contra legalem iustitiam quod aliqui sic ostendunt. Lex non aspicit ad illud quod in aliquo casu accidit sed ad id
quod communiter accidit. Sed communiter ex fornicatione provenit malum quod evitaretur per ligamentum matrimonii a quo propellet

ei ergo cum lex semper ad boni procurationem et mali remotionem attendat iustum legale est nequaquam fornicari sed ad
mulierem ante coitum obligari. Quod autem ex fornicatione mali contingere possit pueris declarat Aristoteles primo quod Aristoteles adducit
2° politice contra opinantem quod optima esset policia si mulieres omnes omnibus essent communes. Non enim sciret quorum vi-
rorum filii essent pueri et ita viri vel se nullos reputarent habere filios vel reputarent eos tanquam sibi communes cum aliis
Primo autem modo nulla esset virorum sollicitudo ad pueros. 2° autem esset parva quia sicut ibidem dicit Aristoteles minime enim
curam sortitur quod plurimorum est communia de propriis autem maxime curant de communibus autem minus quam quantum unicuique attingit aliquando alius enim
tanquam alio curante negligunt magis sicut in ministerialibus famulis multi famulantes quandoque deterius famulantur pau-
cioribus hoc tamen est inconveniens valde. Pueri namque propter naturae humane fragilitatem et infantiam plurimam plurimo
parentum eget auxilio quod per solam matrem consumari non posset. Sed huic rationi respondent alii dicentes quod quamvis
lex posita respiciat solum ad illud quod communiter evenit tamen lex non respiciat ad particulares casus ideo saepe peccatur ex inscrutabili-
tate legis positive sicut patet 5° huius capitulo de Epicheia et primo rethorice. Pono ergo casum quod Iohannes et Maria fir-
mam habeant voluntatem permanendi simul usque ad mortem et solertiam conveniendi ad invicem et sufficienter enutriendi
prolem nisi id sit posita lege prohibitum utrum ergo peccabunt si coeant absque alio ligamento et videtur quod non quia inconveniens
remotum est inconveniens ad quod ratio ducebat. Sed adhuc tenendum esse videtur quod illi peccarent moraliter quamvis apparet
preter id quod ratio recta dictaret. Nam primo debet fieri copulatio viri ad mulierem quoniam ipsi habent de prole maiorem
curam cuius gratia propter sit a natura coitus institutus sed maiorem habent curam de prole si fuerint ad invicem obligati quia
tunc vir non solum diligit puerum suum et curabit de eo quia filius suus sed et quia filius sue mulieris et mu-
lier eodem quia non solum quia filius suus sed et quia coniugis viri. Item ad bonum yconomice perfectione attingendum perfecte
non sufficit vir sibi sine muliere nec mulier sibi sine viro ut patet primo politice et in yconomica primo ergo
modo debent ad invicem commanere vir et mulier quoniam inclinati habere ad invicem maiorem curam. Hoc autem est si vere ef-
fectus fuerit mulieris et mulier viri. Unusquisque enim magis curat de suo. Item voluntas humana
est mutabilis nec potest vir scire voluntatem mulieris neque mulier viri et recta ratio dictat quod teneat certum
certum et dimittat incertum ergo recta ratio dictat ut mulier ad prolis nutritionem et ad alia que vir est ministrare
tenetur asecuret de viro. Sed ad hoc alii ponunt alium casum quod mulier sit dives et potens omnino sine
viri adiutorio prolem per suas divitias et per suam curam enutrire et est docere ubi gratia edocere videtur ergo quod
talis mulier non peccaret moraliter si eligeret a solo viro cognosci cui non vellet obligari propter suam servandam
libertatem. Sed solum obligaret se ad prolis sufficientem enutritionem et hoc posito quod illud non esset ex positiva
lege prohibitum. Adhuc autem videtur quod ipsa peccaret moraliter primo quia declaratum est quod ex generibus humanis sed se accepti condecens
oportunum est secundum rectam rationem ut ad prolificandum fiat viri et mulieris coniunctio per obligationem. Quod autem coniunctio humana
generationis secundum se non debet auferri propter extrinseca que sunt pecunie et amici. Et iterum possibile esset concurrentia viri
ad mulierem quod possideret puerorum potestatem enim quod utrumque vellet ipsum possidere constat quod hoc non possit fieri spiritualiter si vir
et mulier separentur cum non sint ad invicem obligati oportet enim alteri ipsorum iniuriam fieri quod recta ratio non
dictaret. Oportet ergo obligationem fieri ut puer sit possessio viri simpliciter et quia filius suus et quia filius
sue mulieris et ita etiam de muliere. Sic ergo patet quod talis fornicatio que excludit obligationem viri ad
mulierem rectam non est licita secundum mores sed preter iudicium recte rationis. Tunc ad rationes in principio questionis adductas.
Ad primam dicendum est quod concupiscentia naturalis insunt nobis a natura secundum partem sensitivam absolute sed non secundum omnem modum ipsarum puta
secundum excessum et defectum ideo propter excessum et defectum est in eis peccatum. Ad aliam patet per idem. Ad tertiam
Aristoteles dicendum est quod concupiscentia illa est naturalis et conveniens et quantum ad sensum et quantum ad modum que est ad indigentiam supplendi.

sine excessu et defectu Sed quia naturalis secundum statum non tamen secundum moram potest esse aliquando ad excessum aliquando ad defectum et
sic est in ea peccatum.

Consequenter queritur 30. Utrum virginitas sit virtus vel vitium Et arguitur quod non
sit virtus quia virtus non est a natura sed a consuetudine sed virginitas est a natura quia a nativitate nascuntur
virgines viri et mulieres. Item virtus non est alicui que magis convenit iuvenibus quam senioribus natura ex hoc in 4° patet
Aristoteles verecundiam non esse virtutem quia convenit etati iuvenili sed plures sunt virgines iuvenes quam senes ergo etc.
Item virtus consistit in medio virginitas autem non sed in extremo scilicet in abdicatione omnis venerei actus non solum quando oportet
et ubi sed ubicumque et semper. Item nulli contingit male uti virtute primo rethorice sed aliquando contingit malum uti virginita-
te ut si primi parentes scilicet adam et eva usi fuissent ea. Item virtus non corrumpitur ex operatione bona sed virginitas
corrumpitur ex opere bono ergo etc. antecedens patet quia corrupto bono non est bona immo mala. Minor patet quia non peccat virgo
si nupserit sed bene facit si quando oportet et cum quo et quando 2° de aliis circumstantiis ergo etc. Et confirmatur quia cum virtus
sit habitus et per consequens de difficili mobilis non videtur corrumpi per solam operationem ad huc licitam et bonam virginitas autem sic
corrumpitur. Item virtus perdita videtur posse regenerari quia virtutes et vitia in potestate nostra sunt 3° huius
virginitas autem quando corrumpitur regenerari non potest ergo etc. Item virtus inclinat ad operandum quod oportet et quando et ubi Sed
non oportet abstinere semper immo licitum est nubere ergo virginitas que inclinat ad semper abstinendum non est virtus. Item
nulla virtus inclinat contra illum finem ad quem natura rerum ordinavit quia finis habet rationem optimi specialiter
finis quem specialiter statuit natura quia natura semper facit de possibilibus quod est melius licet enim non cognoscat
tamen perfecte et ordinate ordinate operatur tamquam directa ab infallibili intelligentia vel cognoscente puta deo
et intelligentiis secundum commentatorem 12° methaphisice Sed natura ordinavit membra genitalia et virtutem anime generativam ad
actus venereos propter prolem habendam ergo virginitas que ad oppositum inclinat non est virtus. Oppositum videtur esse de
communi intentione theologorum similiter et vulgi vulgus enim virgines de sua virginitate commendat habitus autem omnis
laudabilis videtur esse virtus. Dicunt quidam quod virginitas potest sumi dupliciter uno modo sumi potest pro integritate corporis
Alio modo pro habitu electionis huius integritatis observande per totam vitam et secundum hoc ponunt 4 conclusiones. Prima est
quod virginitas accepta pro integritate corporis est condicio nobilis. 2a conclusio est quod non est virtus moralis. 3a conclusio est quod
virginitas pro habitu electionis predicto est virtus moralis. 4a conclusio est quod est virtus distincta specie a iuvenali cas-
titate. 4a conclusio est quod non distinguitur ab ea magnitudine vel puritate sicut magnificentia a liberalitate
Prima conclusio sic probatur illa condicio est nobilis in corpore humano que magis decorat humanum corpus quam opposita condicio
sed integritas corporis est huiusmodi quod patet primo quia huiusmodi integritas est habitus naturalis et fractio eius sibi opposita est
sicut privatio. 2° quia illa integritas est a natura eius autem fractio est cum quadam violentia. 3° quia talis
fuit status innocentie et talis erit glorie status. Sed hec ratio pertinet quia procedit secundum theologie principia que maio-
ris sunt facultatis. In hoc autem processu nichil aggredi intendimus nisi quod ratione in quantum ex humana prerogative ratione concludi
potest. 4° quia talis integritas non perditur nisi cum actu verecundiali verecundia autem in pravis autem in
pibus est ut videtur Aristoteles dicens 4° huius ultimo capitulo et primo rethorice dicitur Turpia enim verecundantur et dicentes et
facientes et facturi Et 2° rethorice describitur erubescentia quod est turbatio circa ea malorum que videntur ferre in
gloriatione aut presentium aut preteritorum aut futurorum. 2a conclusio probatur quia talis integritas non est habitus anime
sed corporis nec est electivus sed eligibilis et fit ex natura non ex assuefactione virtus autem oppositum. 3a conclusio probatur
quia virginitati sic accepte convenit diffinitio virtutis patet primo quidem patet ex titulis quod ipsa est habitus electivus sed ad determina-
dum quod ipsa sit in medietate existens quo ad nos determinata ratione etc. Dubium est primo quod natura non ordinavit actus

venereos ad individuum aut multitudinem sed ad speciei permanentiam ut dicitur 2o de anima et omnes concedunt. 2o sic
est quod naturalia sunt determinata ad maximum et ad minimum per philosophorum et specialiter hoc debet concedi in multiplicatione
hominum aut multitudine. natura enim facit de possibilibus quod melius est et non habundat in superfluis nec deficit
in necessariis. Constat autem quod humane nature propter ampliorem subtilitatem et raritatem et operum sibi debitorum multitudinem
et propter conditiones organorum ceterorum diversitatem tot et tante sunt indigentie quas natura non supplevit sed rationem quam
homini dedit ut suppleret reliqua. Quare unus homo aut 2o aut centum aut pauci non sufficerent ad hanc humanam
replendam indigentiam quam pluribus enim artibus indigemus quarum artifices ad invicem permutantes pro suis operibus
habere possunt ea quibus indigent de operibus aliorum. sic dicitur primo politice quod civitas a natura est et quod homo natura civile
animal est propter quod iam concludi potest quod ubi sive in toto mundo sic erat in primeva mundi constitutione sive in aliquo
climate non erat hominum multitudo sufficiens ad dictas supplendum indigentias recta natura prohiberet et per
consequens recta ratio non dictaret virginitatem observandam quia nullum eorum que preter naturam sunt est bonum ut dicitur 2o po
litice quod homines abstinerent omnino ab illo actu scilicet venereo quo ad homines multiplicantur et nature perma
nentiam providentia nature sagacitas ordinavit. Et iterum postquam tanta esset ipsa multitudo quod si excresceret ultra
multum non esset terra sufficiens ministrare alimenta hominibus propter quod illo tempore nature ius et ordo permittit immo
requirit ut non omnes ple fecundarent specialiter cum non liceat homines interficere sicut boves. Cum igitur istis temporibus huma
num genus sit multiplicatum sufficienter et dictamen rationis sit concors iuri nature manifestum est quod recta ratio
permittit immo persuadet aliquos propter bonum virtutis a venereis abstinere. Huius igitur visis manifestum est
quod virginitas immediate consistit quo ad deum. Nam velle frangere dictam corporis integritatem corpus decorantem
antequam fuit oportunum aut nunc vel cum quo oportet tenet extremum unum vituperabile. Nolle autem frangere pro
necessitate generis humani salvandi et multiplicandi tempore defectus tenet alterum extremum similiter dissonum
recte rationi. Ex istis etiam patet quod ista medietas est quo ad nos et determinata ratione. Item omnis habitus
electivus laudabilis circa materiam moralem est virtus moralis. virginitas est huiusmodi. igitur. maior manifesta de se. minor patet tamen
enim dictum est quod ipsa est habitus electivus. Sed quod sit circa materiam moralem patet quia in servando vel fran
gendo corporis integritatem contingit excedere vel etiam deficere secundum diversas circumstantias ut apparuit.
Sed quod sit laudabilis probatur primo quia habitus ille est laudabilis qui est electivus nobilis conditionis quando oportet et ut oportet etc. sed inte
gritas corporis est conditio nobilis ut dicebatur et virginitas est habitus electivus quando oportet quia tempore quo natura et mo
res secundum predicta permittunt abstinere immo et persuadent presertim cum plurimi propter delectationes se venereis
immisceant sufficienter ad humani generis multiplicationem debitam conservandam. illo igitur tempore laudabile est iuvenes ad
hanc nobilem conditionem corporis conservandam a delectabilibus nequaquam necessariis neque utilibus abstinere. Et iterum
aliter confirmatur hoc 3o sic ab illo actu quem ordo nature vel dictamen rationis non iubet exercere abstinentia est lauda
bilis que valet ad summas anime virtutes acquirendas et ad illarum virtutum opera exercendi. sed virginalis absti
nentia est huiusmodi. magis enim homo insistere poterit philosophie et operibus virtutum quanto minus in venereis et aliis
delectationibus carnalibus non necessariis fuerit occupatus. Ad 3m dicendum quod prout sic virtutes sunt specie distincte
que sunt primo elective diversorum eligibilium quia habitus distinguuntur per obiecta. Sed virginitas et vidualis cas
titas sunt huiusmodi. igitur. maior patet quia virginitas primo est electiva integritatis licet quandoque sit electiva perpetue ab
stinentie ab actibus venereis. Non enim potest dici quod sit primo electiva abstinentie et 2o integritatis quia tunc
post corruptionem hominis posset illud reddere quod est formale et primum virginitatis obiectum et per consequens ipsa virginitas
quod nullus asserit. Vidualis autem castitas non est talis integritatis electiva cum electio non sit impossibilium. Sed

est electiua propter abstinentie ab actibus venereis etc. De quarta autem ratione quoniam non facio vim ad propositum
sed redeo super alias conclusiones examinandas propter opinationum diuersitatem, videlicet in multis que circumspectis omnibus legalibus
2a opinio. aut fidei documentis que non possunt humana ratione conuinci et secundum philosophorum sententias concedendum sit tertium istarum quibus scilicet prima
secunda et tertia. Contra primam conclusionem arguitur sic: illa conditio est nobilior quam natura et recte rationis dictamen insinuant quam opposita
conditio que sine uitio seruari non potuit saltem aliquo scilicet tempore necessitatis ut illi dicunt; sed talis aptura corporis
est conditio nobilior quam sit eius conditio opposita scilicet integritas, immo talis integritas esset vilis et vituperabilis secundum mo-
res. Sed verum est quod illo tempore erat ita et mirum est eius si hec ratio videtur concedere propositum scilicet quod corporis integritas secundum se
non est nobilior conditio plus quam conditio sibi opposita sed accidit secundum diuersas circumstantias quod sit nobilior aut ig-
nobilior. Dicendum est ergo quod prima corporis integritas est conditio decens primo tempore iuuentutis quo recta ratio nu-
bere non permittit. Sed cum mulier secundum debitas circumstantias accipit maritum et impregnata est ap-
tura nobilior est conditio et melior quia fini propinquior ad quem natura sexum muliebrem et illa membra
genitalia ordinauit sicut arbor non est nobilior simpliciter quando floret quam quando fructu crescente flores
occiderunt. Nec ratio aliorum uidetur concludere, dicitur enim quod peccato tempore non ita decorat humanum corpus
integritas illa sicut facit corporis aptura. Et quando dicitur quod illa integritas est habitus et fractura est priuatio
dico quod licet flores dicant habitum et casus florum priuationem tamen arbor est nobilior simpliciter post casum florum
scilicet propter aliud quod consequitur melius quam sint flores. Dico ergo quod quamuis absolute loquendo habitus sit semper nobilior
in genere entis quam sua priuatio non tamen quicumque habitus est vnicuique melior et nobilior quam sua priuatio pelli-
cula, namque tegens oculum et obnubilans visum non est melior sed quam sua priuatio nec nobilior. Et
licet folia florum circumuoluentia fructum in sui teneritate sint arbori et fructui nobilia et bona
non erunt tamen sibi optima conditio et nobilis fructu excrescente. Colligatio etiam infantis ad uentrem
in utero nobilis est sibi conditio que non esset sibi nobilis ipso nascente aut iam nato. Ita et clausura
matricis nobilis est dispositio ante tempus aptum generationi quod non oportet postea in esse. Ad aliam potest dici quod
sicut illa integritas a natura est producta ita fractura eius postea est a natura si coitus concedit esse naturalis.
Sed diceres non obstante quod sit actio naturalis tamen aliquid est ibi uiolentie. Dico quod hoc non ignobilitat operationem
nam tunc diceremus omnes naturales operationes esse ignobiliores, in omni enim actu fortissimis maxima est uiolentia et si difficul-
tas omnis ex quadam uiolentia prouenire concedatur tunc in omni opere uirtutis est aliqua uiolentia et ulterius qui
nihil uult operari cum uiolentia dormiat semper in lecto suo. Nam loqui est cum uiolentia, lingua enim
est grauis et grauia non nisi cum violentia mouentur sursum aut ad latus. Tertia ratio fuit dimissa quia
theologica. Ad quartam potest dici quod si vir et mulier coeant ante tempus illud aut expectatorum recta
ratio iubet non est mirum si debeant verecundari quia non decens sit talis operatio. Tempus autem primum ab
Aristotele 7o politice mulieribus decem octo annorum viris autem 37 statutum est. Illo ergo tempore facta inter virum
et mulierem obligatione legali uel quam exigit ratio naturalis et moralis sicut dictum est in prima questione non oportet
virum spontanee verecundari quia tamen spontanee debet esse virtuosus et prudens, autem uerecundari non est ut dicitur quarto
ethycorum. Similiter nec mulier forte verecundaretur in abscondito loco secrete cum viro existens eius marito
modo quo decet talem fieri actum. Et forte si uerecundantur hoc non esset principaliter de illo actu sed quia
non ex pura sinceritate viri spontanee existenti semper timere ne verbo uel gestu uel alia quacumque cum uiri participa-
tione incurreret aliquid inhonesti. Et huius etiam verecundie cum multa est doctrina consuetudinalis parentum
qui semper virginitatis amissionem simpliciter reprobauerunt et corporis semper laudauerunt integritatem seruare quidem.

doctrina regulam illam Ar 2° huius insequitur Ingenium autem eius ad quod nati sumus nos ipsos attrahere oportet multum
.n. abducentes a peccato in medium veniemus quod tortuosa lignorum dirigentes faciunt. hac autem consuetudine
que alta est naturaliter virgines habituate semper putant primum actum esse turpe et verecundantur donec ad consuetudinem fiunt
assuete. Contra 3am quando sic obiciebatur. o. habitus qui secundum eius proprietatem rationem est virtus semper in quocumque et quandocumque et
quantumcumque inveniatur erit virtus sed illi concedunt quod propter necessitatem virginitas non esset virtus ergo ipsa de se non est virtus
Item sistendo precise in humana ratione quando expediret secundum mores quod rex francie vir perfectus et potens ipsam prolem
perfectam abstinet se a venereis actibus omni tempore specialiter illo casu quo verisimile esset tirannum pessimum sibi succ-
cedere si decederet sine prole. Debemus tamen concedi quod cum virginitate stare potest virtus temperantie quoniam personis ali-
quibus imperfectis secundum rectam rationem expediret et deceret per totam vitam a venereis abstinere utputa leprosis ut non
inficerent sanos aut ne prolem putridam generarent. Et egenis qui non possent sufficienter nutrire prolem. Aut
egrotativis quorum obessent coitus sanitati et de quibus esset verisimile quod non possent habere prolem nisi diminutam
& orbatam talibus ergo si a venereis per totam vitam abstinerent se haberent esse venerea ut oportet quod pertinet ad tem-
perantiam. Nec apparet videtur ratio adduximus ad oppositum questionis. Prima namque ratio bene probat quod habitus electivus perpetue integri-
tatis corporalis aut abstinentia a venereis non est sed se virtus cum in aliquo casu vel alium contingit hoc non expe-
dire. Concedo tamen quod hoc aliquibus expediat secundum recta ratio dictaret sicut dictum fuit. Sed forte ratio humana
sibi derelicta non concederet quod hoc expediret divitibus et corpore potentibus aptis perfecte ad prolem. Nam si alii quorum
interesset abstinerent non minus secundum suum debito excresceret populi multitudo. Ad 4am rationem dicendum est quod in
aliquibus conceditur quod ille habitus electivus talis integritatis esset laudabilis sed non in aliis. Non enim videtur quod illa
corporalis integritas in filia regis que sine quacumque vitio vel quacumque turpitudine frangi potest esse quando natura
non ordinavit ad permanentiam sit tantum bonum quantum esset habere prolem que multum posset populo prodesse. Cum
etiam dicitur quod virginalis abstinentia valet ad vacandum philosophie in operibus virtutum dicunt naturales quod non sed ad hoc valet
abstinentia moderata. Aristoteles enim precepit philosophis uxorem habere et prolem. Et naturales dicunt quod coitus mode-
ratus confert ad sanitatem et ad corporalem bonam dispositionem. Et aliter scribit cor. ut dicitur in de phisonomia. Et
Aristoteles dicit Temperatus autem quecumque ad sanitatem sunt et ad bonam habitudinem delectabilia existentia hoc
appetet mensurate. Contra 4am quando ita obiciebatur virginitas ita competit viris sicut mulieribus sed in
amissione virginitatis nulla fit corporalis ruptura viris sed post remanet integrum corpus virorum sicut ante. Corpus enim in
nullo frangitur vel sed per conductum aptum ad hoc aptum superfluum emittitur ergo virginitas non est circa corporalem inte-
gritatem tamquam esse primum et forte obiectum. Item illa corporalis integritas auferri posset a muliere probissima
per violentiam non solum per coitum sed etiam per cultellum aut etiam aliud instrumentum quod ergo virginitas posset esse
virtus si esset esse talem integritatem tamquam esse forte et primum obiectum. Non enim videtur virtus esse moralis que potest
per violentiam a nobis auferri. Item Aristoteles vult dicere quod virtutes morales sint primarie ad bonum corporalem suadere
primo potius ad perferendum bonum rationis bono corporalis et bonis exterioribus et adminimus curandum de eis. nunc sunt
ordinantur ad bonum rationis. Diceretur ergo quod virginitas et vidualis castitas sunt quod quilibet eorum potest in aliquo casu
sic esse virtus non aliud sunt a temperantia. Nec contra illam sententiam videtur procedere rationes que prius sunt adducte
nisi forte due ultime fiebant enim penultima ratio sic virtus inclinat ad illud quod oportet sed neque pauperes
neque egrotativos oportet semper abstinere sed alii enim eis uxorari ergo virginitas in eis inclinans ad semper abstinere
non est virtus quod vult concedere predictas. Sed dicendum quod oportet 2e capitur uno modo prout sonat idem quod esse necessarium
2e non oportet istos abstinere nisi per tale oportet determinatur actus virtutum. Alio modo capitur prout sonat idem quod oportunum

esse seu consonum rationi et ita oporteret istos se abstinere quia sic esset consonum rationi. Et per tale oporteret determinari actus virtutum. Ad ultimum patet dicendum quod natura dedit hominibus virtutem generativam et membra genitalia ad plurificandum sed ubi et quando esset consonum rationi. Vel dicendum quod natura dedit nobis non ad individui salutem sed ad speciei conservationem, non oportet in quolibet individuo exerceri sed sufficit quod in talibus et in tot quod finis iste possit sufficienter attingi.

Consequenter queritur xxxi. Utrum intemperantia sit peius vitium timiditate. Et arguitur quod non quia peius est vitium quod meliori virtuti opponitur sed timiditas est huiusmodi. Igitur etc. Antecedens patet satis in 7° huius ubi excellentissime virtuti scilicet heroice Aristoteles opponit excellentissimam maliciam scilicet bestialitatem et hoc est rationale quia vitium privat hominem virtute. Sed eo modo peius est quod privat nos meliori bono vitium igitur peius est quod opponitur meliori virtuti. Sed bonum autem quia timiditas opponitur fortitudini et intemperantia temperantie. Item Aristoteles primo rethoricorum preferit actus virtutibus fortitudinis et iustitie et deinde liberalitatis. Item vitium est peius quod est magis voluntarium quoniam involuntarium excusat a peccato et quia Aristoteles in tertio 3° ex eo quod dicit intemperantiam esse magis voluntariam concludit eam esse exprobabiliorem. Sed timiditas vel esse magis voluntaria quam intemperantia. Nullus enim concupiscat intemperatus esse sicut dicit Aristoteles multi tamen ne moriantur volunt fugam que pertinet ad timiditatem. Oppositum arguitur per easdem rationes accidendo oppositas minores. Videtur enim quod temperantia sit virtus melior fortitudine per primam consideratam tertiam rationem. Melius est quod in omni tempore et in pluribus est utilius ut iustitia et temperantia fortitudine. Nam sicut dicitur 7° politicorum fortitudo quidem et perseverantia opus est ad negotia id est tempore belli philosophia autem ad vacationem id est tempore pacis. Temperantia autem et iustitia in utrisque temporibus et magis pacem ducentibus et vacantibus. Videtur igitur quod intemperantia meliori opponatur virtuti quam timiditas ideo videtur esse peior. Item intemperantia sicut dicit Aristoteles est magis voluntaria. Dicit enim voluntario enim magis assimilatur intemperantia quam timor unde concludens intentum dicit propter quod exprobabilius. Item bestialitas est superexcedens malicia ut autem 7° huius. Igitur vitium est maius quod magis accedit ad bestialitatem talis autem est intemperantia. Dicit Aristoteles unde serviles et bestiales videntur dicte etc. Consimiliter arguitur Thomas sed que intemperantia et videbitur utique iuste exprobabilis quoniam non sit quod homines sumus sed quod animalia summus existit sed sunt quod alia etc. Primo videndum est que virtus sit melior an fortitudo vel temperantia quoniam de hoc dubitare videntur rationes adducte. 2° videbitur questio principale. Quantum ad primum sciendum est quod autem hoc quod virtutes et earum actus interiores perficiunt nos virtutes sunt utiles ipse autem etiam per se ut ad alia multum nobis et aliis ad quorum comoditatem et eruditionem exterius operamur. Verbi gratia Temperantia divitias exteriores salvat corpus ab egritudinibus preservat dat usum rationis liberum et ad omne bonum adipiscendum usum rationis disponit. Fortitudo repellit inimicos civitatis alium salvat et leges. Liberalitas indigentibus succurrit et ita de aliis. Et ideo virtutes possunt adinvicem in bonitate comparari 2r uno quoad earum substantiam intrinsecam et opera propria et interiora ipsarum que agens intrinsecus perficiunt. Alio quo ad alia bona ad que nobis dicte virtutes prosunt. Et primo videtur quod fortitudo sit virtus melior vel quam temperantia. Et 2° videtur in contrario. Prima conclusio patet satis ut in illis per rationes adductas inferius in ultima questione huius ad arguendum quod fortitudo sit laus maior et melior quam iustitia sed temperantia accepimus loco iustitie. Et sit prima ratio sed hanc fortiorem ad agendum facilia non requiritur virtus vel non multa virtus. Sed virtus ex eo dicitur a quo potest in difficiliorem actum. Virtus enim attendit sed ultimum in quod potest potentia ut dicitur primo celi hoc autem non est ad facile sed est illud quod est maxime difficile. Virtutem enim levantium mille talentorum dicimus a maiorem virtute levantium duorum quod non est nisi quia difficilius est portare vel levare mille talenta quam duo solum dixit Aristoteles 2° huius

^ talibus utique grande et maxime diligere bestiale

est difficilius q̃ ars sit et virtus et circa bene melius in hoc. Sed fortitudo est difficilius ergo quod quantum ad h̃ dicit Aristoteles
3° huius difficilius est tristia sustinere quam a delectabilibus abstinere. In sustinendo autem tristia fortitudo durat
et in expectando vel agrediendo terribilissima consistit. Et capere potest si vis in dicto loco a^ab 2^ab rocel
omnem. Item potest argui sic virtus est simpliciter melior que inclinat ad bonum operandum quam illa que inclinat
ad malum non operandum cum dicat Aristoteles 2° huius virtutis est magis bene operari quam turpia non operari
Sed fortitudo magis directe inclinat ad operandum bonum. Temperantia autem magis proprie ad non operandum malum
hec autem ex eo quod dicitur 2° huius propter voluptatem quidem mala operamur propter tristitiam autem a bonis recedimus
Temperantia igitur que voluptatis refrenat impetum trahit ad male operandum et fortitudo tristitias corporales
et laborem non abhorrens inclinat ad bonum opus exercitum. 2^a questio potest patere si quis inspiciat
at in precedentibus quibus quanta mala nobis eveniant per intemperantiam. et si videamus sicut antiqui
dicebat quod temperantia divitias exteriores salvat corpus ab egritudinibus preservat dat usum rationis li
berum et sic ad omnes virtutes alias moralem et intellectualem adipiscendas et ad omne
opus virtutis exercendum disponit et ita valet ad omnia ad que valet alie virtutes. Sed enim
intelligendum quod temperantia quasi ita sit ad alias virtutes sicut sensus tactus ad alios sensus. Nam sicut
videmus quod visus et auditus sunt sensus superiores et simpliciter nobiliores quam tactus tamen tactus est nobis
vnumquodque studiosus. Alia autem sunt obiecta, que non sunt innata mouere nos ad actus turpes nisi ratione sue magnitudinis cuiusmodi sunt terribilia circa que est fortitudo. vnde dicitur 2° rethorice quod non omnia timentur, sed quecumque que aut tristitias magnas aut corruptiones possunt. Alia autem sunt obiecta quibus magnitudo ipse non conuenit sicut sunt delectabilia tactus et gustus, sed secundum se innata sunt trahere appetitum. Et ergo quia alia est ratio obiecti accepti secundum se et considerati secundum eius magnitudinem, et quia sic ipsum habet alium et alium modum trahendi appetitum propter quod et aliqui se habent bene circa parua et mediocria, qui non habent se bene circa magna. ideo necesse est duplicem ponere virtutem circa illa obiecta, que et secundum se et secundum eorum magnitudinem innata sunt trahere appetitum propter quod ergo dupliciter oportet esse virtutem circa pecunias scilicet liberalitatem et magnificentiam et duas circa honores scilicet magnanimitatem et phylotomiam. Sed unam tantum circa terribilia scilicet fortitudinem et unam tantum circa delectabilia scilicet temperantiam. Alii autem affirmant contrarium dicentes quod magnum et paruum non diuersificant speciem. Aliter enim oporteret ponere duplicem iustitiam commutatiuam et similiter distributiuam vnam scilicet circa magna, et aliam circa parua, et similiter oporteret ponere duplicem temperantiam et duplicem fortitudinem quia sicut sunt diuitie magne et parue ita sunt terribilia magna et parua et delectabilia magna et parua, et constat quod multi non solum magnis sed etiam paruis timoribus aut tristitiis vel etiam delectationibus subducuntur et alii non nisi maioribus. propter hoc enim solet distingui timor in illum qui natus est cadere in constantem virum, et in illum qui non. propter quod etiam aristoteles in 7° huius non solum ponit temperantiam que est virtus perfecta inter intemperantiam et insensibilitatem sed inter plures alios habitus, qui nec sunt perfecte virtutes nec sunt perfecte malitie sicut continentiam et incontinentiam, mollitiem et perseuerantiam. Temperatus autem est qui bene se habet in magnis et paruis delectationibus. continens autem et perseuerans sunt qui bene se habent in paruis et mediocribus, sed non in magnis. incontinens autem et mollis sunt qui vincuntur et a mollibus delectationibus vel tristitiis. sed non ex excellentioribus intemperatus autem et insensibilis qui mali sunt simpliciter sunt qui in utraque electione se habent male hic quidem superhabundantia, ille uero secundum defectum. has autem delectationes maiores et minores notauit aristoteles in 7° dicens. Est quidem sic se habere quibus multi meliores et superare quibus multi minores homines hic circa delectationes incontinens hic autem circa tristitias mollis hic autem perseuerans. ideo etiam dixit aristoteles ibidem. non enim si quis a fortibus et superexcellentibus delectabilibus et tristitiis vincatur admirabile sed condonabile si contendens talis tamen non est temperatus simpliciter neque virtuosus. Et ergo differentia liberalitatis et magnificentie attenditur in hoc quod liberalitas est circa pecunias minores et sumptus minores magnificentia autem circa maiores sequitur quod ipse non erunt distincte virtutes contra virtutes attenduntur secundum maximum in quod potentia potest ut sepe dictum fuit ante. maximum autem et difficillimum non est passionem paruam vel mediocrem moderari vel passionum impetum debilem vel mediocrem refrenare, sed est vincere et regulare passiones maximas et fortissimos impetus earum. aliter enim continentia et perseuerantia de quibus determinat aristoteles in 7° prout a temperantia distinguuntur essent etiam virtutes. quod aristoteles non concedit. Sed fortissime passiones et fortissimi impetus ipsarum non sunt ab obiectis minoribus vel mediocribus sed a magnis vel maximis. ergo liberalitas si non esset circa magnas pecunias et magnos sumptus, ipsa non esset virtus. Item aristoteles dicit liberalitatem extendi circa omnes que in pecuniis operationes magnificentiam autem esse circa sumptuosos solum. dicit enim sic. Non enim quemadmodum liberalitas extendit

circa omnes que in pecuniis operationes etiam propter quod intentio videtur fuisse aristotelis quod magnificentia
sit non nisi quedam modus liberalitatis specialis sicut dictum fuit in capitulo de temperantia tristitatem / sobrietatem
et simoniam et huiusmodi modos esse quosdam temperantie et non virtutes distinctas ab ea. / Item non videtur dis
tinctio obiectorum quam priores posuerunt. videlicet quod liberalitas sit circa pecunias ut sensibiles tamquam circa
proprium obiectum magnificentia autem circa operabile magnum quia virtutum distinctio non sumitur secundum distinctiones
obiectorum exteriorum secundum se acceptorum / quia tunc non esset eadem iustitia circa oves et boves et domos
et agros et divitias et honores vel homines cuius oppositum apparebit in 5o. Nec esset eadem temperantia
circa cibos et potus et mulieres cuius oppositum est dictum in 3o huius. Sed distinctio virtutum accipitur
secundum distinctiones passionum quas obiecta sunt innata inferre appetitui que innate sunt inclinare appetitum
contra rationem quia non oportet ad virtutibus indigemus nisi ad huiusmodi passiones moderandas et earum impetus
illicitos refrenandos constat autem quod pecunia propter eius utilitatem innata est movere appetitum ad amorem
ipsius qui quidem amor potest inclinare appetitum ad nimiam eius retentionem et defectuosam eius dationem
et consumptionem propter quod statim concedendum est quod circa pecunias ut sic oportet esse aliquam virtutem quam omnes
liberalitatem vocant. Si quis ergo circa operabile magnum deficiat unde pusillanimus dicatur non videtur
quod hoc sit propter passionem quam operabile magnum inferat appetitui quia ut sic numquam traheret ad defectum
sed hoc est propter amorem et affectum ad pecunias utilem existentem qui inclinat ad opus magnum quod
oporteret facere non faciendum vel ad faciendum minus quam deberet vel deceret ne tanta
pecunia consumatur propter quod patet quod eiusdem moris sunt passiones per liberalitatem et magnificentiam mo
derande et per consequens idem est obiectum liberalitatis et magnificentie acceptum secundum eius rationem propriam et formalem
10 per oppositum vitiis illorum potest concludi quod ipse non sunt virtutes specie differentes // Item nec est verum quod
aliqui eorum ymaginantur videlicet quod non magnificentia solum habet locum in magnis sumptibus ad ali
quid extrinsecum factibile magnum ut castrum vel templum aut huiusmodi faciendum ymo ipsa locum habet
generaliter circa quascumque decentes dationes aut consumptiones magnarum pecuniarum quemadmodum
liberalitas est circa quascumque pecuniarum decentes dationes aut consumptiones. Unde dicit aristoteles quod
magnificentia est circa peregrinorum susceptiones et missiones et dationes et retributiones
Item non videtur divisio sumi quam illi notaverunt quia tam magnificus quam liberalis intendit decen
tem pecunie consumptionem et retentionem. Sed uterque tamen principaliter intendit operis decentiam gratia
cuius pecunia fuit consumenda / quia propter quod unumquodque tale et ipsum magis // Propter hoc mihi videtur quod mag
nificentia non sit alia virtus a liberalitate sed quod ipsa sit modus quedam eius continens eam per quandam materialem
seu accidentalem differentiam puta per magnitudinem operis et expensarum. propter quod dicit aristoteles omnes magnificos
esse liberales / sed non omnes liberales magnificos. Sicut omnis homo corpore magnus est homo sed non omnis
homo est corpore magnus. Et possumus exemplum ponere de fortitudine et temperantia quia fortitudo non est solum
circa mortis periculo sed etiam circa alia minora pericula / sicut dictum fuit in capitulo de fortitudine tamen
excellentissimus actus fortitudinis est circa pericula mortis in bello. Similiter temperantia non est solum circa
totalem abstinentiam ab actibus venereis sed circa hoc electio consummata totalis abstinentie ab actibus vene
reis in quibus et quando et ubi fuit oportunum et ita de aliis circumstantiis est forte maximus actus
temperantie propter quod in illo casu virginitas ponitur non vitium sed virtus. possumus ergo dicere quod magnifice
ntia se habet ad liberalitatem sicut fortitudo concreta per applicationem eius ad pericula mortis in bello se habet

ad fortitudinem simpliciter et communiter acceptam et sicut temperantia contenta ad virginitatem se habet ad temperantiam simpliciter.
Unde sicut non decet quemlibet ad bellum ire nec quemlibet esse virginem ita nec decet quemlibet esse magnificum ita tamen
intendendo quod ille non esset simpliciter et perfecte temperatus qui non elligeret totalem abstinentiam si videret hoc opor-
tere et attentis circumstantiis oppositum oportere. Nec ille liberalis esset qui non elligeret expensas mag-
nas si videret oportere et oppositum non oportere. Tunc nec ille temperatus qui non abstinet eo quod non oporteret
abstinere diceretur virgo. nec ille liberalis qui non expenderet magna eo quod hoc non deceret ipsum diceretur
magnificus. Et si quis quaerat quare igitur Aristoteles determinat separatim de liberalitate et magnificentia et
similiter de magnanimitate et phylotomia et non fecit ita de fortitudine, dicendum est quod forte hoc fecit ad doc-
trinam vulgi. Vulgus enim et quasi omnes maxime inhiant ad pecunias et honores et ultra quam oportet. Et libris maiores
voluit cautius contratio propter quod voluit magis ostendere quomodo communiter se habendum sit circa ea et specialiter quomodo circa
magna. His visis omnia sunt satis soluta quae videbantur oppositum habere. Apparet etiam quod aliqui dubita-
verunt utrum an magnificentia sit virtus nobilior quam liberalitas. Dicendum enim quod non in eodem supposito
quia eadem est virtus in eo qui est magnificus. Tamen dicendum est quod magnificentia est modus nobilissimus liberalitatis.
Et potest etiam concedi quo ad exteriores actus scilicet quod magnificentia est nobilior ea liberalitate quae non est magni-
ficentia videlicet ea liberalitate quae est in eo quem non decet magna. Hoc est dicere quod liberalitas in principibus quos
magna decet exercet actus exteriores maiores et excellentiores quam in pauperibus. Sic enim bene dicit
Aristoteles quod magnificentia quasi excellit liberalitatem magnitudine quemadmodum nomen ipsum significat. Non repug-
nat tamen pauperibus ipsam virtutem liberalitatis secundum eius substantiam et secundum eius actum interiorem habere aeque perfecte divitibus.
Nam sicut Seneca in libro de beneficiis nulli praeclusa est virtus omnibus patet. omnes invitat omnes admittit
et ingenuos et libertinos servos reges exules non eligit domum nec censum nudo homine contenta est. Et hoc

Ctavo quaeritur utrum parvificentia et ba-

de quest hoc

nausia sint vitia. Et arguitur quod non quia sicut omnis virtus est laudabilis ita omne vitium est oppro-
briosum, sed parvificentia et banausia non sunt opprobriosa quia dicit Aristoteles quod opprobria non inferunt.
Item Aristoteles in quadam epistola ad Alexandrum quae sic incipit Aristoteles Alexandro bene agere superlaudat eo
cunctatorem et consilii diligentiam. Ipse autem dicit in quarto huius rationem autem parvificentia. Igitur parvificentia
est laudabilis et nullum vitium est laudabile igitur etc. Item si banausia esset vitium hoc esset quia per excessum
opponeretur magnificentiae sed hoc est impossibile quia magnificentia a magnitudine nomen habet sicut dicit Aristoteles. Ideo
quanto magis erit excessus in magnitudine tanto magis erit magnificentia. Oppositum arguitur quia omnis habitus
inclinans ad ultra vel citra quam oportet est vitium sed banausia inclinat ad ultra et parvificentia ad citra
quam oportet ut vult Aristoteles. Ideo concludit quod habitus hii scilicet parvificentia et banausia maliciae sunt vitia si quis considera-
verit quod dicit per nomina haec. Nam sicut magnificentia significat habitum inclinantem ad opera magna facien-
da non absolute sed quos decet et quando oportet et quando et ubi et sic de aliis circumstanciis. Ita parvificentia significat
habitum inclinantem ad non facienda magna quae oportet facere attentis circumstantiis vel ad facienda
minora vel minoribus expensis aut tardius quam oportet. Banausia autem significat habitum inclinantem ad faciendum
magna opera quae non oportet facere circumstantiis attentis vel ad facere maiora quam oportet vel ulterius ad
faciendum magna aliqua circumstanciis talibus convenientibus cum quibus circumstanciis talia facere non oportet.
Ex quibus apparet quod parvificentia et banausia sunt habitus inclinantes praeter vel contra rectum iudicium rationis ideo
vitiosi. Sed quod istorum vitiorum sit maius est dubium de quo diversi diversa opinantur. Dicunt enim multi quod

parvificentia sit peior quia ipsa est quedam illiberalitas et banausia est quedam magnificentia vel saltem parvificentia
comparatur ad banausiam sicut illiberalitas ad prodigalitatem. Sed dictum fuit quod illiberalitas sit deterior prodigalitate etc. Item ad
propositum possunt adduci rationes que fuerunt adducte ad probandum quod illiberalitas esset peior prodigalitate. Unde etiam quod
banausia sit magis curabilis quam parvificentia quia dicta banausia curari potest ab egestate et ab etate et a
doctrina rationis sicut dictum fuit de prodigo. Item parvificentia ex minori motivo oritur quam banausia quia
illa ex desiderio utilium, hec autem ex desiderio honorum. Item parvificentia magis potest augmentum su-
mere etc. Unde totam rationem capitulo de liberalitate. Item parvificentia videtur remotior esse a magnificentia quam banau-
sia, quia banausus in sua actione convenit cum magnifico scilicet in multa emissione pecuniarum. Item banausus
pluribus magis proficere videtur quam parvificus. Item parvificentia magis est occasio peiorum vitiorum quoniam ipsa
cum fiat ex desiderio inordinato pecuniarum sicut et illiberalitas est nata ducere ad avaritiam.
Alii autem non acquiescentes istis rationibus asserunt banausiam esse deteriorem. Primo quia banausus peccat
cum gloria et letitia histrionum et comedorum. Parvificus autem cum tristitia ut dicit Aristoteles. Peccatum autem tanto
maius est quanto magis est voluntarium et cum maiori letitia. Item deterius est facere quod non oportet et dare quibus
non oportet et expendere ubi non oportet quam facere quod oportet et dare quibus oportet et expendere ubi oportet non tamen sicut oportet. Hoc patet
quia actus malus ex obiecto est deterior actu malo ex modo. Sed banausus facit quod non oportet in transitu purpu-
ram ferens plurimum, dat quibus non oportet, comedis tribuens et expendit ubi non oportet, histrionibus nuptiali-
bus ut dicit Aristoteles. Parvificus autem facit quod oportet. Facit etiam quod faceret magnificus et dat quibus oportet ubi expen-
deret magnificus. In nullo horum videtur deficere sed in hiis scilicet que sequuntur quia non facit complete et facit tarde
et studet parum dare et expendere et tristatur in expensis et putat semper maiora facere quam oporteat. Isti autem
defectus videntur stare posse cum dantibus dictis tribus bonis. Ideo banausus videtur esse deterior. Item ex iam dictis
apparet quod parvificus magis convenit cum magnifico quam banausus. Vitium autem est peius quod est dissimilius virtuti sicut
dictum fuit in 2°. Item peius est nec bonum nec bene facere quam bonum et non bene facere. Sed banausus nec bonum nec bene
facit utrumque in dictis exemplis. Parvificus autem bonum facit sed non bene quia non perfecte ut dictum est etc. Item deterius est
in obsequium peccati pecunias emittere quam pro necessariis usibus illas servare. Sed banausus emittit pecunias in ob-
sequium peccati scilicet in vanitatis obsequium et superbie sue divitias ostentans ut dicit Aristoteles. Item in obsequi-
um turpium voluptatum quas capit ab histrionibus et comedis. Parvificus autem peccat timens pecunias sibi
deficere in operibus magis necessariis. Non etiam videtur magnum peccatum si rex volens construere ecclesiam
parcat expensis quantum ad multa accidentalia decoramenta ut magis possit exsolvere debita et indigenti
populo parcere, et cum militibus pro se laborantibus dona liberalia exhibere. Item parvificus quod facit, facit gratia
boni licet minus faciat quam deberet et deceret. Banausus autem non boni gratia sed divitias ostentans ut
dicit Aristoteles. Qui autem boni gratia operatur melior est quam qui non boni gratia etc. De hac igitur controversia mi-
chi salvo meliori iudicio dicendum sicut de prodigalitate et illiberalitate dictum fuit quod sicut prodigalitas aliquando compo-
nitur cum illiberalitate sic banausia aliquando cum parvificentia componitur. Unde de banauso composito videtur dicere Aristoteles
et ubi quidem oportet multa consumere pauca consumet et ubi pauca multa. Et talem ego crederem peiorem
quam simpliciter banausum vel simpliciter parvificum nisi ille parvificus esset illiberalis. Ideo tamen circa maiora quam
circa minora talis etiam parvificus esset valde malus. Quod autem banausus dicto modo compositus sit peior apparet quia
talis nihil bonum videtur intendere omnino. Non etiam in expensis multis videtur intendere honestatem operis et decen-
tiam quia tunc plura expenderet ubi oporteret quam non ubi oporteret. Nec intendit ad bonum finem, nec honestum

parcere pecunie, quia tunc magis parcit ei vel non oportet multa expendere quam ubi oportet. Banausus autem simpliciter intendere potest ad honestatem credens solum in omni opere magnitudinem operis et multitudinem expensarum decere, propter quod in pluribus similiter circa civitatem magna decent magnis et divitibus. Similiter modo parvificus ille qui circa parva et mediocria non esset illiberalis sed solum circa maiora circa que dicimus magnificentiam esse potest etiam tamen parcere pecunie ex intentione boni finis licet false sicut dicebatur ut in suis amicorum vel subditorum suorum maioribus necessitatibus succurrere possit perfecte sibi et illis. Sed si voluerimus comparare banausum qui non est parvificus parvifico qui non est banausus tunc videtur michi adhuc quod distinguere de utroque sit conveniens. Sciendum igitur quantum ad banausum quod ipse potest dupliciter excedere circa materiam magnificentie. Uno modo ex solo affectu magna faciendi et tunc est ibi simpliciter et vera banausia. Alio alicuius alterius gratia videlicet aut gratia lucri, aut luxurie vel vani honoris aut turpis alicuius delectationis aut quocumque modo faciendi gratia, et tunc non erit ibi banausia simpliciter et principaliter sed ad unum magis sed exigentiam finis principaliter intenti licet banausia possit dici ex consequenti sicut dicit Aristoteles in 5o huius quod si quis lucri gratia mechatur ipse non luxuriosus dicitur sed avarus vel iniustus. Non est ergo dubium quin banausus hoc secundo modo sit peior parvifico qui si non sit peior banauso primo modo tamen peior potest esse ut aliis vitiis maioribus irretitus. Propter quod solum comparandum est de primo modo scilicet verorum et simplicium banausorum. Quantum ad parvificum sciendum est quod pauper parvificus esse non potest, quia si magna non facit sed parva hoc est quia pauperibus non magna sed parva decent. Et si in omni opere suo intendit multum ad expensas non est minorum, sed hoc sue consonat indigentie. Divites autem et potentes si sint parvifici hoc potest esse dupliciter. Aut quia circa pecunias habent affectionem tantam quod illiberales fiant etiam in magnis et in parvis et tales sunt valde mali. Aut quod satis bene se habeant in minoribus et mediocribus, sed in magnis deficiant ab eo quod oportet. Et tunc maius erit dubium de parvifico et banauso predictis quis sit deterior quam de aliis modis prius dictis. Et videtur michi quod parvificus sit deterior quoniam si quis quantumcumque dives in magnis operibus parceret pecuniis propter hoc quia aliter non posset suis aut amicorum aut subditorum suorum necessitatibus imminentibus succurrere talis non esset parvificus. Sed tunc solum esset parvificus quando propter parcere pecunie diminueret de operis magnitudine quod deceret ipsum, vel si in eo tardaret propter rationem aut tristaretur cum sibi divitie sufficienter habundarent, et ad illud opus perficiendum et alia sibi vel suis necessaria. Aut etiam quecumque cum magis deceret comparanda vel excedenda quo circa parvificus esset ut michi videtur comparandus ad banausum ut in capitulo de liberalitate comparavimus illiberalem ad prodigum. Nec aliorum rationes concludunt contra hoc. Ad primam dicendum est quod parvificus si tristetur hoc non est ex eo quod in opere est malum sed in eo quod in ipso bonum est. Modo vitium est eque vel plus tristari de bono sicut gaudere de malo. Ad aliam dicendum quod parvificus sepe nichil facit eius quod oportet sed ab opere toto desistit propter laborem expensarum. Iterum etsi aliquid faciat eius quod oportet non tamen facit sepe totum quod oportet, sed numquam banausus autem de quo loquimur semper facit totum quod oportet et ubi et quando licet cum hoc faciat et plus quam oportet et ubi et quando non oportet. Et per idem patet solutio ad 3am et 4am rationes. Ad 5am dicendum quod quarta non procedit de banauso qui ex solo affectu magna faciendi excedit sed de illo qui alterius gratia. Ad ultimam dicendum quod banausus sicut non excedit quod oportet boni gratia ita nec parvificus deficit ab eo quod oportet boni gratia. Et sicut possibile est quod parvificus illud boni gratia faciat in quo convenit cum magnifico sic etiam de banauso dicendum. Tunc ad rationes principales. Ad primam dicendum quod sicut magnificentia est laudabilis ita banausia et parvificentia sunt vituperabiles licet tamen non sint opprobriose quia opprobrium specificat vituperium trahendo ipsum ad infamiam vel gravem contumeliam quod bene notavit Aristoteles dicens: Sunt quidem hi habitus malitie non tamen opprobria inferentes propter neque nocivos proximo esse neque turpes valde. Ad aliam dicendum est quod diligentia capit aliquando pro minima perscrutatione et computatione ad minima in expensis et hec est parvificentia sicut

dicit Ar^s Alio^o capit^o pro debito et diligenti ꝯsilio de agendis· et istaꝫ ar^s suplaudat· Ad a^m ddꝫ
ꝙ nome magnificentie put ipm̄ ē nomē uirtutis sumit^r ab opis magnitudine ꝯsona recte ratioi Aliter ꝯ

Qno querit^r· vtrum melius sit honorari ꝙ honorare.

Et ar^r qd' sic· quia meliꝰ ē qd' debet^r deo et maioribꝫ in q^m sut maiores ꝙ qd' debet^r minoribꝫ in q^m minores ⁊ non deo neqꝫ maiori ideo dixit Ar^s Maxi^m aut^r h^o p̄niumꝰ qd' diis attribuit^r. sꝫ deo et maioribꝫ cōpetit honorari minores aut^r debet honorare g^o ⁊c. Iteꝫ qꝫ ē appetibilius ē meliꝰ· Appetibiliꝰ aut^r ē honorari put experientia docet· Sretemos ēꝫ uiros ⁊ in dignitatibꝫ ꝯstitutos uidemꝰ honorem desiderare maxīe et hoc etiā dicit Ar^s in lrā In p^o eiꝫ retho^c dr̄ qd' honor ē delectabilissimorꝫ quia fit fantasia unicuiqꝫ qd' sit studiosus· Ex quo pꝫ qꝫ honor ē ualde appeti^{lis} qꝫ i eodeꝫ p^o dr^r· ꝙ delectatioēꝫ oīa ꝓsequit^r ⁊ gr̄a ipiꝰ delectai appetit^r honorai honorare aūt nō ita desiderat, qd' de magnanimo declarai pt, cui^o ut dicit Ar^s ēē uidet^r in una quaqꝫ uirtute magnū ipē tn̄ nō desiderat honorare quia dicit Ar^s ꝙ magnanimi despectores ēē uident^r, et ꝙ beneficiatiuꝰ ē· bn̄ficiatꝫ aut^r uerecundat^r, h^o aut^r ēē uidet^r, quia ipē desiderat honorari et uerecundatiue honorare· bn̄ficiatꝫ aut^r tenet^r honorare bn̄ficiantē io, et sic dicit Ar^s quod magnanimi uident^r in memoria hr̄e eos quibꝫ vtiqꝫ faciant bene a quibꝫ aūt paciat^r bene non: minor eiꝫ qui patit^r bene eo qui facit· vult aut^r supexcellere· Cum g^o magnanimꝰ sit circa honores hec oīa significare uident^r qd' ipē desiderat honorari ⁊ uerecundat^r honorare io ⁊c. Iteꝫ p̄miū ē meliꝰ merito qꝫ meritum ē grā p̄mij et finis sp̄ ē melior eis que sut ad finē sꝫ honorare modū meriti ht̄. In hoc eiꝫ aliquis meret^r qd' aliū honorat· honor aut^r ē p̄miū uirtutis ipi honorato ut dicit Ar^s ꝙ exercentibꝰ opꝰ iustitie merces ē quedam danda hec aūt est honor et glā· Iteꝫ quod ē liberiꝰ ē meliꝰ eo quod ē seruilius, quia libertas ē ꝯditio nobilis et seruitꝫ uilis, sꝫ honorai ē liberius et honorare seruiliꝰ qd' pꝫ quia seruus tenet^r diū honorare dn̄s aūt seruū non, sꝫ honorari ab eo io ⁊c. Iteꝫ qd' cōpetit soli bono meliꝰ ē eo qd' cōpetit i dr̄nt^r bono et malo, sꝫ honorari cōpetit soli bono, honorare aūt bono et malo g^o ⁊c. Maior pꝫ qꝫ meliꝰ ē in q^o ⁊ ꝑ qd' bonū distat a malo ꝙ in quo cōicat sibi Minor pꝫ dicit. n. Ar^s· Sedꝫ ueritate aūt solꝰ bonꝰ ē honorandꝰ, tā boni aut^r ꝙ mali tenent^r honorai supiores suos et bonos· Iteꝫ alr̄ seqret^r ꝙ rex magis deberet uelle honorare ꝙ honorari ab eo qd' ē falm quia sicut subuerteret^r rei pu^{ce} ordo. ‖ Oppo^m ar^r quia meliꝰ ē qd' declinat ad humilitatē, eo qd' declinat ad supbiā sꝫ honorare et uelle honorare declinat ad humilitateꝫ, honorari aūt ⁊ uelle hōrari declinat ad supbiā io ⁊c. Iteꝫ virtutis ē magis bn̄facere ꝙ bn̄ pati g^o ⁊c. Confirmat^r qa sicut se ht̄ dare ⁊ recipe circa pecuñias ita honorare ad honorari circa honores, sꝫ pecuñias dare ē meliꝰ ꝙ recipe sicut dictuꝫ fuit ex^o de libali^{te} g^o ⁊c. ‖ p^o uidenduꝫ ē quid sit honor de quo d^r Ar^s i^o p^o retho^c quod honor ē bn̄fīue opiōis sig^m qd' sic glosari p^t honor ē signuꝫ ꝑ qd' honorans ostendit se opinari ꝙ ille quē honorat sit benefactiuꝰ· vel sic honor ē sig^m q^o honorans designat ꝙ ille quē honorat sit bn̄fiue opiōis ·i· qd' hēat uoluntateꝫ et sciaꝫ bn̄faciendi ꝑꝑ qd' subdit Ar^s qd' iuste honorant^r quidaꝫ maxime qui beneficia ꝓstiterunt non so^m sꝫ honorat^r etiā qui bn̄ potest facere, Sꝫ aliquibꝫ uidetur qd' ista non sunt bn̄ dc̄a quī tyrāni et prelati pessimi multa possut et ꝓstare bn̄ficia· boni aut^r paupes nō talia ꝓstant nec prestare put· Sedꝫ g^o ea q dc̄a sut magis

debent honorari dicunt tyrannum et prelati quam boni pauperes et sapientes viri. quod est contra illud quod dicit 4° ethicorum quod
secundum veritatem solus bonus honorandus. Ad hoc etiam deductum est quod beneficium dicitur secundum operationem ex bono et
studio. debet actualiter benefacere et bonum facere sicut dictum fuit in secundo. Malus enim in quantum malus potest
bonum facere et elemosinam dare licet intentione mala. Sed malus in quantum malus non potest benefacere. In
opere enim est ipsum bonum esse. Sed ipsum esse bene operatum est in operante qualiter habere. Et hoc expressit Seneca primo
de beneficiis dicens. Non potest beneficium manu tangi sed animo geritur. Differentia igitur est inter materiam beneficii et be
neficium. Non enim aurum et argentum beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. Item quod non quid detur aut
quod fiat refert sed qua mente. quia beneficium non in eo quod fit aut quod datur consistit sed in ipso dantis
aut facientis animo. Hec etiam patet quod beneficium proprie non potest malus prestare, licet multis possit facere
bonum propter quod signum benefactive operationis nichil aliud esse videtur quam signum prudentie et moralis vir
tutis. Et ita descriptio ista quam dat aristoteles michi differre videtur ab illa que communiter solet dari. scilicet quod
honor est exhibitio reverentie in testimonium virtutis. Et forte quod descriptio aristotelis est melior
si quis ponere vult differentiam inter honorem et honorationem. Ipsa enim exhibitio reverentie que est operatio quedam
actualiter dicitur honoratio secundum quam aliquis honorare dicitur et alius honorari. Sed aliquando ex huiusmodi operatione
nullus provenit actus manens post huius operationis desinentiam sicut est salutatio genuum flexio capitum
inclinatio convivia et multa talia et in his non est aliud realiter honor quam honoratio. Aliquando autem post
huiusmodi operationem remanet aliquod actu et in talibus non solum est honor illa operatio actualis que hono
ratio dicitur, sed etiam res operata manens est honor propter quod dicit aristoteles primo rethoricorum quod partes ho
noris sunt antique primordialitatis sedis monumenta ymagines templa et huiusmodi et alia
que constructa sunt in memoriam alicuius. Non enim solum in sua constructione sed et postquam diu durat
signa sunt virtutis et excellentie eius pro quo constructa fuerunt. Patet igitur quod descriptio aristotelis est me
lior quam conveniat omni honori. Alia autem descriptio magis videtur honorationis esse propria descriptio.
Nec illud quod nunc dictum est obstat ei quod in libro primo dictum fuit. scilicet quod honor est in honorante magis quam
in honorato. Non enim illud dicitur simpliciter quod honor semper sit in honorante, sed quod magis quam in honora
to, quod est verum quia si honoratio est actio ex qua non resultat exterius actus tunc manet in honora
te. Si autem resultat actus exterior tunc illud manet extra ipsum honorantem. vel semper vel ut in pluribus. Vel
saltem rationabiliter dicimus quod honor est in honorante non in honorato. id est in potestate honorantis non
honorati. In dominio enim est honorantis honorare vel non honorare. Sed non est in dominio honorati honorari
vel non honorari. Ulterius sciendum est quod honor sumitur tripliciter. uno modo quantum ad eius causam precedentem
Secundo modo quantum ad eius substantiam. Tertio modo quantum ad effectum consequentem. primo modo honor idem est quod res ho
norabiles per quas scilicet homo honoratur et illa est duplex. quedam enim sunt res secundum se ipsas honorabiles
cuiusmodi sunt virtutes et opera virtutum. Alie sunt honorabiles secundum attributionem ad dictas virtutes
et opera virtutum tamquam organa quibus uti possumus ad exercenda opera virtutum cuiusmodi sunt omnia bona
humana quibus contingit et uti bene et male verbi gratia virtutes corporis, nobilitas amicorum divitie officiose
dignitates ut papatus cardinalatus episcopatus imperium, regnum ducatus similiter quantum ad minores esse came
rarium pape vel regis aut capellanum episcopi vel ducis et sic iterum descendendo. Quare autem predicta sunt dicto
modo res honorabiles patet quia secundum veritatem boni et soli boni sunt honorandi ut dicitur 4° huius virtutes autem
reddunt hominem bonum. alia autem humana bona non sine virtutibus. Unde primo rethoricorum dicitur quod omnibus humanis bonis

contingit uti male et nocere exceptis virtutibus. Virtutes ergo sunt per se ipsas et inseparabiliter res sunt honorabiles
Alia autem que prenominata sunt et similia bene dicuntur res bone et honorabiles simpliciter id est absolute, quia plurima
eis contingit agere bona que sine eis fieri non possunt. Unde dictum est primo huius quod felix indiget hiis. Multa
namque operata sunt per organa per amicos per divicias et civilem potentiam, quibus autem denudata coinquinat
beatitudo. Non enim omnino felix qui specie turpissimus aut ignobilis solitarius et sine prole. Tamen talia non sunt
res honorabiles essentialiter et inseparabiliter, quia pravum non efficiunt meliorem sed peiorem. Et ita nec sunt
res bone nec honorabiles in pravis sed vituperabiles et male, quia sevissima est iniustitia habens ar
ma ut dicitur primo politice. Sunt ergo res bone et honorabiles secundum attributionem ad virtutes, et prout vir
tutibus annectuntur. Honor autem formaliter acceptus est signum bone fame opinionis vel exibitio reverentie
in testimonium virtutis secundum quod prius diffiniebatur et honor sic acceptus videtur componi ex materiali et formali
Materiale enim est illud opus vel illa res operata vel illud quodcumque quod innatum est per modum reverentie exhiberi aut
designare virtutem et excellentiam eius cui vel pro quo. Et huius honoris materialiter accepti dantur exempla primo rethorice
partes esse sacrificia, recordationes in metris templum antiquam primordinatem sedis etc. Formale autem est designa
tio virtutis et excellentie eius cui vel pro quo tale aliquid exhibetur. Nam capitis inclinatio possit derisive
exhiberi et tunc non esset honor sed inhonoratio. Sed tunc solum esset honor si in signum virtutis et excellen
tie exhibetur. Honor quantum ad effectum autem est opinio que per huiusmodi reverentie exhibitionem generatur de virtute
et excellentia illius cui exhibetur et ista opinio vel apud ipsummet fit cui honor exhibetur vel apud alios
Si apud alios sic est idem quod bona fama vel saltem pars vel principium bone fame. Si non apud ipsum tunc
illa opinio causat in ipso mentis exaltationem et maximam delectationem. Delectatio enim causatur ex ac
ceptione convenientis et apprehensione sub ratione convenientis. Nichil autem est eque conveniens homini sicut virtutes et
opera virtutum. Nec homo bonus aliquid sibi melius esse putat. Non constat quod apprehensio proprie bonitatis et
opinio quam habet de se ipso valde fortificatur et renovatur per testimonium aliorum et inde delectatio multum
augetur. Propter quod dictum est primo rethorice quod honor est delectabilissimorum propter hoc quod fit fantasia unicuique quod
sit fantasia sit studiosus. Aliquando autem res in modum honoris exhibite manent post actualem exhibitionem
in dominio honorati, sicut dona militaria et officiose dignitates, et tunc effectus honoris non est dicta opinio
tantum sed utilitas exhibitorum. Ulterius sciendum est quod honorari et honorare ab honore et hono
ratione dicuntur denominative. Quidem active hoc autem passive. Honorare est enim honorem vel honorationem
facere vel exhibere. Honorari autem est honorem recipere vel per modum recipientis se habere, et hec est esse
cui vel pro quo honor vel honoratio exhibetur. Talem enim hic voco per modum recipientis se habentem. Sed aliquando
secundum rei veritatem nichil recipiat sed solum terminet honorationis actum secundum intentionem honorantis.
pª 9º Dico ergo quod si honor capiatur pro re essentialiter honorabili cuiusmodi sunt virtutes et opera virtutum, quod
idem est honorans et honoratus. Qui enim opera virtutum exercet virtutem generat in se ipso et se ipsum facit
bonum et per consequens honorandum. Et in quantum ergo se facit bonum honorat se, et in quantum bonus efficitur
honoratur. Circa hoc ergo est dubitatio utrum et quomodo faciat homo se ipsum bonum et virtuosum, an scilicet
secundum eandem potentiam illam bonitatem qua existit bonus formaliter efficiat et recipiat. Et posito quod
non omnino secundum eandem potentiam dubium est quid sit melius vel illam bonitatem sive virtutem agere vel reci
pere. De quibus nichil plus ad presens dicemus quia dicta fuerunt aliqua in 3º libro. Et quia non dicimus
proprie aliquem honorare vel honorari formaliter secundum hunc honorem sed magis secundum istum honorem formaliter acceptum.

que est operationis benefactive signum, immo maxime proprie dicitur, scilicet ipsam honorationem que est exhibitio reverentie
in signum virtutis aut cuiuscumque designationis virtutis alicuius persone. Non solum enim honorat homines
qui coram eo flectit genua vel inclinat caput, immo multo magis rex vel papa personas ho-
norat quia in dignitatibus instituit. Designat enim per hoc ipsorum virtutem et excellentiam. Tamen nullus
nisi bonus debet in talibus institui. De huiusmodi igitur honorationibus videamus ad quorum propositum et dicimus
quod quantum ad ipsius honorationis actum, honorare est melius honoranti quam honorari honorato,
quod probatur primo, quia bonum intrinsecum melius est bono extrinseco; bona enim extrinseca videntur esse minima
bonorum ut dicit primo huius. Sed honorare est intrinsecum honoranti, et hoc potest aristoteles invenire primo huius cum
dicit honorem esse bonum superficietenus, quia videtur in honorantibus magis quam in honorato. Secundo quia
opus virtutis est melius ipsa virtute, quia est finis eius ut dicitur in primo politicorum, quod et felicitatem posuit aristoteles
non in virtute sed in opere virtutis. Sed virtus est melior honore ut dicitur in eodem primo, ergo opus virtutis est
melius honore. Hoc est dictum quod opus virtutis est melius operanti quam honor ei ab alio exhibetur, id est quam honorari
ipsi honorato. Sed honorare est ipsi honoranti opus virtutis, scilicet opus iustitie, quia ad medium iustitie
observandum oportet refamiliari ei qui bene egit ut dicitur quinto huius, scilicet impendendo sibi honorem vel reverentiam,
unde et in quinto dicitur quod exercitantibus actum iustitie merces quedam est danda. Hoc autem est honor et regula.
Cum igitur bono honorem sibi debitum impendit iuste operatur. Item honorari potest mortuus sicut vivus propter
plorum edificatorum per monumenta nobilius constructorum per nobilium et plurimorum tumulationes congregationes
et etiam de aliis multis modis honorantes autem debitum iustitie reddunt, et ita virtuose operantur et est
eis magnum bonum. Mortuus autem quibus honor impenditur non est aliquod tale bonum nisi fragile quod est primum
sicut primo huius dicebat. Item bonum aliquod est melius quod reddit meliorem quam illud quod non reddit meliorem.
Honorare autem reddit honorantem meliorem, honorari vero non reddit honoratum meliorem, quod de ho-
noribus impensis patet. Meliores enim sumus si deo laudes gloriam et honorem attribuimus. Sed deus inde
melior non est. Hec igitur inter homines proportionabiliter ampliatur, quod etiam patet quia virum ypocritam honorabimus
tamquam dignum nec inde melior fiet sed peior. Item triplicatur honorare, contingit scilicet superiorem, parem
et inferiorem, et honorari triplex, scilicet a superiori, pari et inferiori. Et quolibet modo honorare est melius
quam melius est bene iuste agere quam iuste bene pati quinto huius. Etiam melius est amicabiliter bene agere quam ami-
cabiliter bene pati octavo et nono huius. Et melius est gratuite bene pati decimo huius. Sed honorare superiorem est
iuste bene agere et superiorem honorari est iuste bene pati, honorare vero parem est amicabiliter bene agere, et ho-
norari a pari est amicabiliter bene pati, et iterum honorare inferiorem est gratuite bene agere, inferiorem
autem honorari est gratuite bene pati, ergo etc. Et est sciendum quod hic loquimur de honorare et hono-
rari secundum quod fiunt in signum virtutis et operum bonorum. Si autem quis honoraret alterum pravus vel gra-
fraudulenter vel adulatorie vel alio fine pravo, satis manifestum esset quod multo peius esset honorare quam ho-
norari. Verumtamen videtur esse quod honorari forte melius esse propter honorato quam honorare honoranti
quo ad effectum consequentem. Multis etiam modis potest ei prodesse sicut videbitur infra. Ad rationes igitur dicendum ad primam
quod illud est melius quod intrinsece convenit deo et maioribus secundum quod maiores quam quod convenit minoribus secundum quod
minores sunt. Sed non oportet ita esse de hiis que maioribus et minoribus conveniunt extrinsece et denominative.
Non enim melius est regi diligi a servo suo quam servo diligi a suo domino vel a rege, ergo multo minus oportet si
idem bonum convenit maiori extrinsece et minori intrinsece quod ipsum sit melius maiori quam minori. Sic autem

e de honorare et honorari sicut dictum fuit. Cum autem dicit qd maximum e qd dijs attribuimus dico qd verum e inter ea bona que possumus eis offerre aug[?] moi sunt exteriora bona, quando tamen ista eadem bona q dijs et maioribus sunt exteriora sunt hijs qbus sunt interiora meliora quam dijs vel maioribus quibus extrinsece attribuuntur. non oportet concedere. Ad aliud dicendum qd viri magni multis indigentes bonis utilibus maxime debent inter exteriora bona que ab alijs possunt eis offerre appetere honores. Sed tamen magis debet appetere bona eis interiora scilicet virtutes et opera virtutum. Etiam quando dicit quod honor e delectabilissimum dicendum qd hoc e verum inter exteriora bona et quo ad effectum contrarium sicut dictum fuit. De magnanimis autem magis postea dicetur. Ad aliud dicendum e qd premium principale et essentiale melius e merito. Sed non oportet esse de premio accidentali et extrinseco modo honor non e premium essentiale et principale virtutis, sed ipsa felicitas propter qd dicit Aristoteles Virtuti autem perfecte non utique fiet dignus honor. Sed tamen virtuosus ipsum gratanter recipiet ab alijs in non habendo ipsos maiora ipsi tribuere. Ad aliud dicendum e qd ratio potest ad oppositum retorqueri honorare enim liberius e quia honorari potest aliquis invitus et ignorans et etiam nullam habens arbitrij libertatem saltem in ista vita sicut mortuus honorare autem volentis et libere eligentis e verum tamen qd honor designat in honorato nobiliorem statum vel nobiliorem conditionem quam in honorante propter qd e qd minor debet honorare maiorem. Sed hic non comparamus statum unius ad statum alterius. Ad aliud dicendum e quod maior e vera de hijs que bono et malo conveniunt intrinsece non de hijs que eis attribuuntur extrinsece. Dicendum etiam qd melius e illud per qd bonus in bonitate excellit malum et minus bonum quam illud in quo sibi convenit modo honoratus non excellit in bonitate honorantem per hoc quod e honorari sed per virtutem propter quam honor sibi debetur. Ad ultimum dicendum e sicut dicebat prius. nos hic loquimur de honorare et honorari secundum qd bene fuit secundum dictamen recte rationis Et ita concedendum e quod melius e regi honorare vassallum quam honorari ab eo. Et illud debet rex magis velle quantum e ex persona licet forte non sit ita quantum est ex re publica quia non persone regis tantum sed rei publice honor ille exhibetur qui regi exhibetur. Nec inde pervertitur rei publice ordo si rex debite honorat vassallum videlicet sibi dona largiendo ipsum ad suum consilium vocando vel ad suam mensam in officiosa dignitate aliqua constituendo in signum sue probitatis. Sed non bene honoraret si per exhibitionem reverentie honoraret eum quia talis honor non minoribus debetur sed maioribus aut equalibus vel quasi Et hoc de questione.

Decimo queritur, utrum. Secundum magnanimitatem honores magis sit appetendi quam contempnendi, sive utrum magnanimus magis appetat honores quam contempnat eos

Et arguitur primo qd magis appetat honores quam contempnat eos, quoniam ille non contempnit honores sed appetit qui se magnis dignificat, talis autem e magnanimus ut dicit Aristoteles. Item honorem dijs attribuimus honorem maxime desiderat qui in dignitatibus honor in optimus e enim premium virtutis hoc textus dicit Aristoteles tale autem nullus contempnere debet bonus sed summe appetere et extollere. Item nullus contempnit illud in quo delectatur sed magnanimus delectatur in magnis honoribus et studiosis ut dicit Aristoteles. Item magnanimus vult superexcellere et esse magnus inter magnos propter qd appetit beneficiare et beneficiatus recompensare ut dicit Aristoteles talis autem valde videtur honores appetere. Item fugiens humilitatem appetit honores eo qd humilitas e contemptus honoris, sed magnanimus fugit humilitatem textus dicit Aristoteles quod ipse non potest cum omnibus vivere estimans serviles esse blanditores obsequiosos et humiles. Item Aristoteles dicit qd singuli appetunt que secundum

dignitatem et magnanimus est honoribus dignus ergo appetit honores. Item omnis bonus debet magis appetere quam contempnere illud quod est eligibile et propter se ipsum et felicitatis gratia, sed honor est huiusmodi ut habetur primo huius etc. Item omnis virtuosus appetit secundum virtutem et operationem non potest sine obiecto circa quod est illa virtus ergo debet illud obiectum non contempnere sed appetere sed magnanimitas est circa honores magnos tamquam circa proprium obiectum ut dicit Aristoteles ergo etc. Item caymus excedit in appetendo honores pusillanimus deficit in appetendo eos sed magnanimus est propinquior caymo quam pusillanimus ut dicit Aristoteles ergo ipse plus appetit honores quam deficiat ab appetendo. Oppositum dicit Aristoteles quod honor et alia bona exteriora sunt quidem parva ipsi magnanimo propter quod concludit quod magnanimi despectores videntur esse scilicet honorum et bonorum temporalium. Item magnanimus non curat opinionem sed veritatem ut dicit Aristoteles talis autem contempnit honorem quoniam honor finaliter queritur propter opinionem ut dicitur primo huius. Amplius autem videntur honorem querere ut credant se ipsos bonos esse. Et in primo rethoricorum dicit quod honor est delectabilissimorum propter hoc quod fit fantasia unicuique quod talis est studiosus. Item magnanimus non curat laudem ut dicit Aristoteles ergo neque honorem quoniam laus honorem significat specificatum per simonis expositionem. Item Seneca Tullius et alii morales communiter sepe predicaverunt contempnenda esse bona exteriora immo etiam corpus proprium et vitam propter hoc quod eorum amor initium est omnium vitiorum. Unde Tullius in primo libro De officiis dicit Nemo enim iustus esse potest qui mortem qui dolorem qui exilium qui egestatem timet. Seneca in epistola Claranum dicit Bonis honestis sicut non honoribus addiciendum est sed cupiditatibus adtrahendum. Et in epistola Claranum dicit Omnia illa in que dominium casus exercet simulia sunt pecunia et corpus et honores imbecillia, fluida, mortalia, possessiones incerte virtuosi autem talia non appetunt sed contempnunt. Respondendum est ut mihi videtur secundum distinctionem positam in precedenti questione de honore. Primo dicendum est si honor capiatur tamquam ad causam propter quam alicui debetur honor principaliter videlicet pro virtutibus aut virtutum operationibus quod magnanimus honorem non contempnit sed appetit aliter enim ipse non haberet rectum appetitum. Si autem honor capiatur tamquam ad causam propter quam alicui debetur honor non principaliter et per se, sed secundum attributionem ad virtutes et opera virtutum cuiusmodi sunt amicitia, divitie, dignitates, officia de quibus dicit Aristoteles quod nobiles dignificantur honore et potentes vel dictatores. Tunc pro secunda conclusione dicendum est quod magnanimus illo casu quo talia non cedunt sibi in detrimentum virtutis vel operibus virtuosis, non contempneret ea sed appeteret, quoniam talia simpliciter eligibiliora sunt suis oppositis sicut dictum fuit in sexta questione primi libri. Sed pro tertia conclusione dicendum est quod illo casu quo retentio vel acquisitio talium obstaret operibus virtutum magnanimus et ulterius omnis homo bonus contempneret ea omnino. Sic enim precedunt omnes rationes prius ad honores contempnendos adducte. Sic enim dicit nono huius, Studiosum amicorum gratia multa agere et pati et si oportet mori proiciat enim et pecunias et honores et totaliter circa impugnabilia bona procurans sibimet bonum virtutis. Sicut dicit Seneca epistola … ad Lucillum vir bonus ab honesto nulla re deterrebitur ad turpia nulla spe invitabitur. Si autem honor formaliter capiatur, tunc quod querebatur utrum magnanimus appetat quod alii honorent ipsum, de quo doctor quidam magnus dicit bene quod sic, sed triplicem rationem. Magnanimus enim cum sit optimus ut dicit Aristoteles est omnium

honore dignus et est iustum quod ab aliis honoretur, appetit quod appetit honorari. primo in quantum hoc est
aliis operantibus operatio bona et iusta quos desiderat agere bene. 2° in quantum audientes vel viden-
tes ipsum honorari propter virtutem nati sunt per hoc animari ad virtutem. 3° in quantum deus in huiusmodi
honoratione servi sui honoratur et glorificatur. // Sed ulterius ipse dicit quod magnanimus
potius contempnit quam appetit honorari tanquam bonum sibi, quod etiam puto esse verum si circumscribantur effectus
consequentes, scilicet opinio que per honorem impensum nata est generari et ipsi qui honoratur et aliis de bonitate
ipsius cui honor impenditur. Nam si quis honorem impendit tibi actus ille honorationis statim
transit et nichil hoc circumscripto effectu consequente remanet. et dum talis actus est ipse non est a te
active nec ille actus intus transit propter quod nichil inde melius erit tibi omnino neque active neque pas-
sive // Verum est tamen sicut michi videtur quod si tu honorationem illam percipias, tunc intus per hoc generari po-
terit opinio vel memoria de tuis virtutibus vel operationibus virtuosis et per consequens delectatio multa
et amor illius qui tibi debitum honorem impendit, et voluntas ad iterum et bene et melius operandum
hec autem ipsi magnanimo et omni homini virtuoso bona sunt et multum appetibilia, quia sunt
eius perfectiones et decoramenta et excitationes ad bonas operationes. Sed hec omnia sunt effectus
consequentes honorem sensibiliter acceptum. Sed similiter etiam si alii talem percipiant honorem impensum generabitur in
eis opinio de tua bonitate, que non aliud est quam bona fama, vel per se vel principium bone fame
sicut dictum fuit in alia questione. Constat autem quod magnanimus debet multum appetere bonam
famam. Non enim est dubium quod regem vel imperatorem debet esse magnanimum. Et tamen Aristoteles
in libro suo de secretis secretorum valde regem Alexandrum incitat ad appetitum bone fame.
propter quod apparet satis quod magnanimus non contempnit sed appetit honorem valde non per se, sed propter consequentes ef-
fectus et propter alia prius dicta. // Sed aliquis dubitat utrum magnanimus et universaliter homo virtuosus
debeat bonam famam appetere tanquam bonum sibi. De quo michi videtur esse dicendum quod sic quoniam bona fama
licet non sit ei bonum intrinsecum ipsa tamen est sue bonitatis interioris extrinsecum decoramentum. Et ita
sicut multa per amicos per divitias per civilem potentiam operata sunt ut dictum est primo huius. ita bona fa-
ma valde prodest ad agenda plurima et multa bona. Nam si bene famatus vult doctrinam predicare.
videmus omnes ad eius doctrinam confluere, et eam in animo delectabiliter recipere et firmare. Etiam propter
bonam famam magis subditi principi sibi obediunt, et inde regis actiones in pluribus meliores et ex-
cellentiores habere possunt effectus. // Aliqui tamen magni doctores hoc non concedunt omnino, sed dicunt honores
magis esse contempnendos quam appetendos quo ad opinionem quam de bonitate et excellentia honorati
generant tam in ipso quam in aliis, cuius rationem ipsi tales ponunt primo quoniam honor licet sit virtutis signum
tamen est signum fallax. ille enim honor qui debet impendi viro bono potest impendi et impenditur sepe pravo
propter quod opinio per tale signum generata erit fallax. Signum autem fallax cum opinione per ipsum generata magis
contempnendum est quam appetendum. // Item ille plus parvipendit et contempnit honorem quam appetit
cui honor parvum quid est et cui non fiet dignus honor. Talis autem est magnanimus ut dicit Aristoteles. magna-
nimum non esse dignum honoribus parvis. honores autem accepti per illos fallacibus signis et opinione ex hiis
generata sunt parvi maxime ipsi magnanimo propter quod ipse se non dignificat talibus honoribus nec appetit
eos. // Item vere humilis magis contempnit honores quam appetat cum humilitas consistit in contemptu
honoris sed magnanimus est vere humilis aliter ipse non esset bonus homo. gratia // Item ille plus contempnit

honores quam appetit virtuosus cum humilitas consistit in contemptu honorum qui numquam iudicabit sibi contumeliam fieri quoniam appetitus honoris et glorie facit sentire contumeliam. Contemptus autem facit non sentire. Sed Seneca dicit in libro suo de quatuor virtutibus quod si magnanimus fueris numquam iudicabis tibi contumeliam fieri. Item etiam Seneca per totum librum suum ad Serenum intitulatum ostendere in sapientem animosum et magnanimum non posse cadere iniuriam et quod sapiens ledi non possit propter hoc quod nichil reputat omnia bona fortune que sola ab eo eripi possunt. Vide seriem totius libri. Sed michi videtur quod omnes iste rationes et consimiles ad hoc solum concludunt quod magnanimus et universaliter omnis bonus in ordine ad virtutes et ad opera virtutum contempnit honores omnes, immo et divitias et amicos et proprium corpus ubi scilicet predictorum acceptio vel retentio seu quecumque procuratio oppugnaret virtutibus seu virtutum operationibus. Sed si non sit sicut dictum fuit in secunda questione et in tertia. Unde videtur michi quod omnes rationes hinc inde adducte procedunt secundum exigentiam illarum duarum conclusionum utrobique subiectarum.

Undecimo queritur utrum magnanimitas sit virtus moralis.

Arguitur quod non quia magnanimus magnitudine quod est quoddam extremum ut dicit Aristoteles. Virtus autem in medio consistit 2o huius. Item vel esset virtus generalis vel specialis. Non generalis quia illa est legalis iustitia ut apparet ex quinto huius. Nec specialis quia dicit Aristoteles quod magnanimum videbitur esse quod in unaquaque virtute magnum. Item virtus moralis saltem principaliter in homine non est virtus vel dispositio corporalis. Sed magnanimitas videtur esse dispositio corporalis quoniam eius proprietates sicut dicit Aristoteles sunt motus lentus vox gravis locutio stabilis que sunt proprietates corporales. Item nullus virtuosus debet habere conditiones oppositas probo quia dicit Aristoteles quod neque bene fortunatus gaudiosus erit neque infortunatus tristis. Sed in primo libro dicitur quod magna infortunia tribulant et conturbant beatitudinem tristitias enim inferunt. Item nulla virtus habet pravas conditiones et aliis virtutibus oppositas. Sed magnanimitas habet quod declaratur auctoritate Aristotelis. Primo quia magnanimi despectores sunt et contemptivi et ita videntur esse superbi et volunt superexcellere quod est contra humilitatem. 2o quia magnanimus beneficiatus verecundatur et verecundia non est viri virtuosi ut dicitur in fine quarti huius. 3o quia non habet bene in memoria a quibus est bene passus et ita videtur ingratus. 4o quia est otiosus piger et tardus. 5o quia non potest ad alium vivere quod est contra politicam conversationem. 6o quia non est memor mali quod est contra prudentiam dicente Seneca de quatuor virtutibus si prudens fueris preterita recordare. 7o quia magis possidens infructuosa fructuosis quod iterum est contra prudentiam. 8o quia non est humiloquus quod est contra eutrapeliam. 9o quia nec est laudativus nec curat quod laudetur quod est contra rethoricam que est pars politice virtutis. 10 quia est manifestus osor quod est contra amicitiam. Ultimo quia utitur ironia ad multos quod est contra veritatem. Oppositum dicunt omnes morales. Sciendum quod Seneca ut apparet in libro suo de quatuor virtutibus cardinalibus non ponit magnanimitatem aliam esse virtutem a fortitudine propter hoc quod ipse non distinxit virtutes morales speciales per distinctionem obiectorum sed per diversas proprietates quas omnis virtus circa propria obiecta sua observat sicut dictum fuit in secunda questione tertii libri. Unde Seneca omnem virtutem secundum quod firmat animum in opere bono circa difficilia vocat magnanimitatem sive fortitudinem propter quod magnanimitas sic accepta non est virtus aliqua specialis. Unde de ea sic accepta nichil ad propositum intendimus. Aristoteles autem magnanimitatem distinxit specialiter contra fortitudinem et alias virtutes speciales quia sicut per fortitudinem intellexit habitum moderativum passionum appetitivarum circa delectabilia et per temperantiam habitum moderativum passionum circa delectabilia tactus et per liberalitatem.

habitum moderantem passiones circa pecunias. Ita etiam per magnanimitatem intelligitur habitum specialem moderantem passiones appetitus circa honores et honorationes de qua magnanimitate nunc intendimus. Dicimus ergo quod magnanimitas est virtus moralis quod sic probatur. Circa quecumque bona vel mala humana contingit se habere male secundum excessum et male secundum defectum et bene secundum medium nos indigemus virtute inclinante et determinante nos ad medium. Sed circa honores et honorationes contingit excedere prave et deficere prave et secundum medium bene. Ergo circa talia indigemus virtute inclinante ad medium eligendum et tenendum, talem autem virtutem vocamus magnanimitatem. Quod probare non oportet quia quod nominis oportet supponere. Minor dicte rationis sic declaratur: primo quidem ex precedenti quoniam manifestum est quod honores sunt appetendi secundum rectam rationem quoniam non obsunt sed prosunt virtuosis operationibus. Immo magis appetendi sunt quam pecunie, sic est enim quod dicit Aristoteles honorem esse maximum bonorum exteriorum. Quanto namque aliquid est magis bonum tanto est magis appetendum. Propter quod patet quod defectus vituperabilis potest esse in appetitu humano. Et specialiter multum inconveniens videtur esse si quis habens sufficientiam scientiarum sufficientes divitias et amicos ad aliquod officium honorabile occupandum in quo possit multas exercere virtuosas operationes et multum prodesse populo sic se reputet indignum ut se privans honore tali privet etiam se multis bonis operationibus. Quod etiam excedere contingat vituperabiliter appetere. Si quis enim plus appetit honores quam virtutes peccat pervertens ordinem, cum non sint appetendi honores nisi propter virtutes et operationes. Tales enim sepe sunt ypocrite. Nam ad nichil boni intendentes significant se bene agere ut honorentur, volentes magis videri boni quam esse et non videri. Tales autem querunt adulatores et diligunt a quibus cum a bonis non possunt capiunt sibi signa reverentie exhiberi. Tales enim sunt invidi volentes omnes superare et superexcellere cum propter demerita non possunt tristantur de excellentiis aliorum. Sunt etiam superbi et valde mali, cum se dignificent honoribus indigni existentes sic se credunt valere totum mundum vel propter divitias vel propter amicos vel aliquid huiusmodi. Et ita nec deum reverentur nec superiores honorant, sed mediocres premunt quantum possunt et inferiores omnes despiciunt et contempnunt. Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam solvit Aristoteles dicens quod magnanimus magnitudine quidem est extremus, in eo autem quod oportet medius, id est medium ad nos seu medium rationis tenet licet ad extremum rei intendat. Si enim se dignificet maximis honoribus, hoc est quia eis dignus est et appetit eos et prosequitur quando ubi et quomodo oportet et sic de aliis circumstantiis. Virtus autem non in medio rei consistit sed in medio rationis. Ad aliud dicendum est quod ipsa magnanimitas est virtus moralis specialis et formaliter distincta contra alias virtutes ex distinctis obiectis aliarum virtutum ut dictum fuit. Sed ipsa potest dici virtus communis presuppositive sive materialiter pro tanto quia ipsa presupponit omnem aliam virtutem. Magnanimum enim est se dignificare magnis honoribus dignum existentem quibus nullus est dignus secundum Aristotelem nisi vere bonus scilicet virtutibus singulis insignitus. Ergo magnanimus presupponit magnum esse secundum omnem virtutem. Magnanimus etiam non appetit maximos honores principaliter sed maximis honoribus est dignus quamvis sit prius unaquaque magnum esse. Nec magnanimus appetit honores propter se sed virtutum gratia videlicet ut ornatus possit in excellentiores operationes virtutum. Ideo magis appetit virtutes propter quod etiam ipsius est in effectione primaria magnum esse in unaquaque virtute. Ad aliud dicendum est quod potentie superiores anime cum fuerint perfecte per virtutes sibi debitas habent regulare potentias inferiores propter quod non est inconveniens attribuere virtuti proprietates

seu operationes aliquas corporales non tamen sicut elicitas sed sicut regulatas ab ista virtute seu potentia in qua ista virtus existit. Ad aliam dicendum est quod magnanimus et de bonis fortunis gaudent et de malis tristatur, non tamen intense sed remisse quia parva reputat omnia bona exteriora in comparatione ad virtutes que semper manent sibi salve et hoc etiam modo felix et gaudet et tristatur. Et ideo bene dicit Aristoteles neque bene fortunatus gaudiosus et non dicit gaudens, osus enim plenitudinem significat et excessum. Ad aliam dicendum quod magnanimi sunt despectores bonorum exteriorum non tamen simpliciter sed ubi eorum retentio vel acquisitio vel affectus expugnaret operibus virtutum, sunt et sic contemptivi adulatorum et tiorum et universaliter omnium qui possent a veritate seducere, quia magis volunt esse boni quam videri et honoribus esse digni quam honorari. Sed non sunt contemptivi dei nec hominum nisi malorum et rerum suarum malitiarum. Superbi autem contra propter adipiscendos honores fictivos contempnunt virtutes deum et homines specialiter bonos viros et amplexantur adulatores quia magis volunt videri esse magni et honorari quam esse magni et honoribus digni. Magnanimi etiam volunt superexcellere in virtuosis operationibus. Superbi autem solum in honoribus. Item magnanimi volunt excellere et meritis suis secundum dignitatem et aliis benefaciendo. Superbi autem absque meritis et preter dignitatem alios opprimendo. Ad aliam dicendum est quod magnanimus non verecundatur proprie, sed verecundari dicitur ab eo solo quod habet modum quendam similem verecundie quod videlicet sicut iuvenis se retrahit a turpitudine propter verecundiam ita magnanimus reddit se tardum ad operationes minoris honestatis ut operetur excellentiores. Ideo cum benefaciare sit melius et virtuosius quam beneficiari quando magnanimus beneficiatus inde verecundatur quia in opere virtutis excellitur ab altero. Et ideo statim retribuit et etiam beneficiat. Qualiter autem verecundia conveniat bonis viris dicetur post. Ad aliam patet dicta quia Aristoteles non dicit quod magnanimus non habet in memoria a quibus bene passus est. Sed loquitur in futuro. Habet enim in memoria semper eos quibus beneficiat et non eos a quibus bene patiatur quia semper cupit beneficiare et non curat beneficiari. Vel dicendum quod non habet in memoria eos a quibus bene passus est ut iterum bene patiatur. Sed in memoria habet eos ut retribuat. Ad obiecta dicendum est quod magnanimus non est piger nec otiosus proprie sed habet quandam similitudinem. Nam ad maiores operationes intentus quasi videtur oblivisci minores que sepius occurrunt. Ideo videtur otiosus. Item non conatur operari magna ex impetu, ideo nichil operari videtur nisi mature et cum deliberatione propter quod videtur esse tardus et piger. Ad aliam dicendum est quod in veritate magnanimus optime vivit et ad se ipsum et ad alium. Sed videtur adulatoribus et multis iocos et solatia sensualia solum affectantibus quod ipse non possit vivere ad alium propter hoc quod ipse tardus est in iocis et maturus in seriosis et in verbis otiosis. Vel dicitur quod ipse non potest ad alium quemcumque vivere indifferenter quoniam ipse odit adulatores et contempnit vitiosos. Sed ad amicos et viros bonos ipse bene vivit.

Ad aliam dicendum quod magnanimus non est memor malorum seu iniuriarum sibi illatarum quo ad vindictam capiendam, quia scit se propter talia nichil ledi posse nec minorari quo ad bonum virtutis quod solum reputat vere bonum, sicut Seneca bene declarat libro suo ad Serenum. Ipse tamen est memor et malorum et bonorum preteritorum et hoc quantum memoria ipsorum valet ad melius operandum. Ad aliam dicendum est quod vulgari more Aristoteles vocat possessiones fructuosas que absque multo labore multam solent afluere pecuniam, infructuosas autem vocat ubi paucioribus pecuniis exeuntibus oportet magis laborare

Sic enim dicimus beneficium ecclesiasticum fructuosum ubi multa pecunia colligitur et non oportet deo servire. ubi autem oportet sepe divinis officiis intendere vel rei publice gratia laborare beneficium dicitur infructuosum et sterile. hoc autem dicitur quod vulgus plus reputat pecuniam quam virtutes per quas tamen solus verus acquiritur fructus humanus. Conceditur ergo quod magnanimus magis vult possidere infructuosa quam fructuosa vulgariter loquendo, eo quod illa vere sunt et simpliciter fructuosa. Ad aliud dicendum quod ipse non est humaniloquus in superhabundantia sed secundum quod oportet et secundum quod decet statum suum. Talem autem vulgus reputat non humaniloquum sed tamquam brutalem hominem. propter hoc quod plurimum delectantur in excessiva loquacitate in qua tamen non deest peccatum. Ad aliud dicendum est quod ipse non est laudativus adulator neque excessive nec quorumcumque contingentium sicut dicit aristoteles sed moderate laudat solum vere bonos tenens Senece documentum dicentis. parce lauda. unde dicit aristoteles magnanimus autem iuste contempnit et glorificat vere multi autem contingenter. Concedendum est etiam quod ipse non curat principaliter quod laudatur sed quod sit laude dignus. Ad aliud dicendum quod ipse est manifestus oditor reproborum ad quos veram amicitiam esse non potest. sicut dicetur infra. Ad aliud et ultimum dicendum potest quod yronia non opponitur veritati sed yronia sicut dicetur infra. yronia namque qua magnanimus utitur est ut aliqui dicunt veritatis occultatio vel assimulatio qua magnanimus utitur ad multos. scilicet ad miseros et viles ad quos non est dignum suam manifestare magnitudinem. Vel yronia sicut alii dicunt est reprehensio malorum sub verbis contrarium significantibus per modum indignationis habite de malitia ipsorum. verbi gratia. De quibus male operatur dicimus. Vide quomodo tu bene agis quasi diceremus. Tu es valde malus: qua yronia magnanimus utitur ad multos, quia multi sunt mali. Et hec sufficiant de questione.

Duodecimo queritur utrum pusillanimitas sit

Vitium peius quam chaymotes. Arguitur quod non sit vitium quoniam omnes vitiosi videntur esse mali. sed pusillanimus et chaymus dicit aristoteles quod non videntur esse mali. Item soli virtuosi sunt honoribus digni ut vult aristoteles sed pusillanimus est dignus honoribus ut apparet per eius descriptionem. Est enim pusillanimus qui quibus est dignus non se dignificat sicut dicit aristoteles qui sive magnis sive moderatis sive parvis dignus existens adhuc hiis minoribus seipsum dignificat. Arguitur etiam quod chaymotes non sit vitium. primo quia talis appetitus incitat nos ad opera virtutum cum non nisi propter virtutes et opera virtutum homo debeat honorari. appetitus autem fortis alicuius rei incitat ad operationes per quas illa res est nata attingi. modo appetitus non est malus qui nos incitat ad virtutes gratia. Item chaymus videtur esse qui appetit honores quibus ipse non est dignus, sed hoc non videtur esse contra rectam rationem quia vitiosus non est dignus honoribus. et tamen recta ratio videtur dicere quod honores appetat probo quia ipse debet appetere virtutes ad quas ex debito consequuntur honores. Sed si rationi appetere anb competit non videtur esse contra rationem appetere gnb io re. Item quod fit ex ignorantia non fit ex vitio aliter pueri fierent vitiosi. Etiam dictum fuit in 3° quod talia que scilicet ex ignorantia fiunt sunt involuntaria, et per consequens neque vitiosa neque virtuosa. Sed chaymus et pusillanimus ex ignorantia operantur. Nam de chaymo qui quibus non est dignus se dignificat dicit aristoteles quod ipse est insipiens. De pusillanimo autem dicit quod videtur ignorare se ipsum. Deinde arguitur quod chaymotes sit peius vitium quam pusillanimitas, quia chaymus declinat ad superbiam pusillanimus ad humilitatem et superbia est valde mala et humilitas bona. Etiam chaymotes declinat ad iniustitiam, quia nititur alios deprimere ut superexcellat in honoribus. Nec vult honorare maiores nec bonos viros sed potius invidet eis. Iniustitia autem est valde mala et similiter invidia. Item chaymus

est indignus et pusillanimus est dignus ut patet per descriptiones ipsorum indignus autem est deterior digno etc. Oppositum patet per aristotelem dicentem / Opponitur autem magnanimitati pusillanimitas magis quam caymotes et sic magis et deterius est // Dicendum est primo quod caymotes et pusillanimitas prout de eis loquitur aristoteles sunt vitia magnanimitati opposita. 2o videbitur quomodo pusillanimitas sit peius vitium caymote // primum quidem satis patet ex quodam precedente si supposuerimus nominum significationes. Visum enim fuit quod in appetendo honores et in dignificando se honoribus contingit excedere prave et deficere prave in medio modo se habere bene. Magnanimitas autem est habitus inclinans ad medium propter quod probatum fuit ipsam esse virtutem, habitus ergo inclinantes ad excessum et defectum erunt vitia magnanimitati opposita. Sed per caymotem intelligimus habitum inclinantem ad excessum et per pusillanimitatem habitum inclinantem ad defectum igitur etc. // Sed quantum ad secundum sciendum est quod sub caymote continetur ambitio et presumptio. Nam magnanimus primo quidem appetit honores specialiter acceptos sicut appetendi sunt videlicet non propter se sed reducendo eos in opera virtutum. 2o dignificat se officiis honorabilibus quibus ipse est dignus non quidem propter exteriores honores sed ut in hiis officiis excellentes exerceat operationes virtutum. Et secundum illa duo contingit dupliciter errare secundum excessum. primo quidem in appetendo honores specialiter acceptos plus quam oportet vel aliter quam oportet / videlicet si magis appetamus honores quam opera virtutum. Ad quod statim consequitur se preter dignitatem officiis honorabilibus dignificare non ad operandum secundum virtutes sed ad adipiscendos honores / et hoc est ambitio. Secundo errat secundum excessum dignificando se dignitatibus et officiis et honoribus preter dignitatem / non tamen propter honores exteriores adipiscendos principaliter sed magis operationes excellentiores in huiusmodi officiis exercere / et hoc est presumptio // Quod autem hoc sepe contingat apparet inductive. verbi gratia. Si medicus nudus expertus sufficienter medicinam regi sine aliorum magno consilio ministrare presumat. Aut si quis in theologia minimum fundatus intrat in predicationibus obscurissima declarare vel si miles iuvenis et inexercitatus assumat ordinandi regis exercitum. Aut omnino si quis assumat officium quod exercere non potest honorifice vel propter inexperientiam vel propter artis aut divitiarum aut amicorum aut alicuius huiusmodi defectum. huic autem duplici vitio secundum excessum correspondet duplex vitium secundum defectum / quorum utrumque sub pusillanimitate continetur. primum est quod ambitioni opponitur / si quis minus quam oportet appetat aut acceptet honores specialiter acceptos. Secundum est quod presumptioni opponitur / si quis ad officium quoddam honorabile exercendum ubi possit excellentes virtutum operationes exercere habeat sufficientiam in scientia in animis et divitiis et aliis ad hoc requisitis et non se dignificat illo officio quasi habens animum pigrum reputans se ad officii honorabilis substinenda non sufficere refutet officium. Videtur ergo primo quod caymus ambitiosus sit multum deterior pusillanimo sibi opposito quoniam sicut ait talis caymus declinat ad superbiam declinat ad invidiam / diligit adulatores / fit iniustus / ille pervertit ordinem morum et vere preferens virtutibus honores / et cum non nisi propter virtutes querendi sunt honores nec aliquid boni sed potius mali proveniunt nisi ordinentur in virtutes // Sed videtur quod caymus presumptuosus simplex quod scilicet ambitione careat minoris sit vitii quam pusillanimus sibi oppositus / quia talis pusillanimus non solum se privat honoribus exterioribus sed et operibus virtuosis que posset et teneretur exercere / quod est satis malum / presumptuosus sibi oppositus peccat quia intendit ad ea que suam facultatem excedunt / modo peius est a bono deficere quam ad bonum tendere quamvis inmoderate // Iste ambe conclusiones simul probari possunt quoniam vitium videtur esse peius ad quod magis in

clinamur ut patet 2° huius. Sed ad ambitionem magis inclinamur quam ad pusillanimitatem sibi oppositam, propter hoc quod honor est delectabilissimorum sicut dicitur primo rethoricorum; ad pusillanimitatem autem presumptioni simpliciter oppositam magis inclinamur quam ad presumptionem propter hoc quod dicitur primo rethoricorum: Desidie otia negligentia ludi requies et sompnus delectabiles sunt. Sollicitudines autem et studia et conatus tristes. Ad rationes. Ad primam dicitur quod vulgus solet vocare malos qui sunt aliquibus iniuriosi. Cathinus autem presumptuosus simpliciter et pusillanimis non sunt aliquibus iniuriosi sed vitium eius quod magnanimitati oppositum non submittat. Et ita aristoteles intellexit quod non sunt mali quod apparet per causam quam assignavit dicens. Non enim malefactores sunt ipsi. Tamen possunt dici mali loquendo largius, quia circa honores habent inordinatum appetitum. Ad aliam dicendum est quod pusillanimis scilicet ex necessitate non est honore dignus sive voluntate sic in ordinata manente sed potius vituperandus. Sed sic ypotetice debet intelligi quod sit honore dignus quia ipse sufficientiam habet in scientia in corporali potentia in divitiis in amicis ad officium aliquod honorabile optinendum et exercendum si vellet. Sed ille non se dignificat ob voluntatis defectum ideo est vitiosus. Ad aliam concedendum est quod appetitus honoris ordinatus incitare potest nos ad virtutes. Sed appetitus inordinatus quo scilicet honores secularibus acceptos preferimus virtutibus non incitat nos ad virtutes sed ad superbiam ad invidiam ad iniustitiam etc. sicut dictum fuit. Unde licet solum honores debeantur impendi bonis, tamen sepe impenduntur malis vel propter adulatores et lucrum fraudulentum intendentes illorum malorum vel etiam alii propter bonos viros propter timorem crudelitatis illorum malorum et potentie ipsorum in divitiis aut amicis. Sic ergo tales ambitiosi non per virtutes querunt honores sed per opera valde mala. Ad aliam concedendum est non esse malum quod quisque et ante comparationem virtutis appeteret virtutes et mediantibus virtutibus honores. Sed si aliter appetat quam mediantibus virtutibus et propter virtutes hoc erit preter rationem. Si etiam dignificat se honoribus antequam eis sit dignus ipse peccat. Ad aliam dicendum est quod ignorantia invincibilis excusat a peccato, sed non illa que provenit ex inordinato appetitu, ymo sic ignorat omnis malus ut dicitur in 3°. Ad aliam concedendum est quod Cathinus ambitiosus est deterior pusillanimo, sed non ille qui sine ambitione esset presumptuosus solum. Ad ultimam dictum fuit quod pusillanimis non est vere dignus honore sed esset si vellet. Unde concedendum est quod aliquis pusillanimis est sufficientior multo in scientia in potentia in divitiis in amicis ad operationes excellentiores virtutum exercendas quam Cathinus. Sed ipse magis deficit in interiori affectu ideo est deterior. Et hec sufficiant de questione.

Tertiodecimo queritur utrum

phylotomia sit virtus distincta a magnanimitate. De quo procedendum est sicut processum fuit de liberalitate et magnificentia in septima questione huius. Et quod notat aristoteles expresse in 2° huius dicens. Sicut autem diximus habere ad magnificentiam liberalitatem circa parva differentem ita habet quedam scilicet phylotomia ad magnanimitatem circa honorem existentem magnum. Idem etiam dicitur 4° huius. Sciendum tamen est sicut dicit aristoteles quod illa virtus que scilicet mediat circa parvos honores non habet nomen proprium sibi impositum. Sed alii vocamus eam phylotomiam id est amatorem honoris et alii vocamus eam aphylotomiam ab a quod est sine quasi non amativa honoris. Et hoc est quia medium comparatum vim extremorum videtur participare alterius extremi nomen. Vocamus ergo phylotomum aliquando illum qui rectam rationem excedit in appetitu honoris cum nos ipsum opponentes vitiosum vocamus eum aphylotomum. A

phylotomus autem proprie vocatur qui praeter rationem deficit ab appetitu honoris cui opponentes ipsum virtuosum vocamus cum phylotomum. Quia igitur contingit in honoris appetitu superabundantia defectus et medium manifestum est quod phylotomia proprie accepta et etiam aphylotomia sunt habitus viciosi. phylotomum enim sicut dicit aristoteles vituperamus ut magis quam oportet et unde non oportet. Similiter et non amatorem honoris hunc aphylotomum vituperamus ut neque in bonis eligentem honesta. Manifestum est etiam quod si phylotomia et aphylotomia capiantur minus proprie pro habitu illo quo honores appetimus quando oportet et quos oportet et quibus et sic de aliis circumstanciis et quo etiam honores non appetimus quando non oportet. etiam quod phylotomia vel quocumque nomine nominetur virtus erit moralis. Sic enim dicit aristoteles. Est autem quando amatorem laudis laudamus ut virilem et amatorem boni et non amatorem honoris ut moderatum et temperatum. Sed sicut de liberalitate et magnificentia dictum fuit quod non sunt diverse virtutes. Ita dicendum est quod phylotomia et magnanimitas non sunt diverse virtutes. ymo si per phylotomiam intelligimus habitum inclinantem ad medium tenendum racionis in honoribus ulitet sicut liberalitas inclinat ad medium tenendum in divitiis tunc magnanimitas est modus quidam phylotomie sicut dictum fuit quod magnificentia est modus quidam liberalitatis. Si vero dicatur quod phylotomia sit appropriate respiciat honores parvos sicut magnanimitas magnos tunc erit dicendum quod ipse sunt non diverse virtutes sed diversi modi eiusdem virtutis per quam enim virtutem enim homo primus status comparet circa minores honores sicut oportet per eandem virtutem ipse constitutus suis meritis exigentibus in maioribus dignitatibus operatur circa maiores honores sicut oportet et hoc satis patet.

Quartodecimo queritur utrum. Mansuetudo sit virtus moralis.

Arguitur quod non quia vel esset virtus specialis vel generalis. Non generalis quia illa est iusticia legalior. Nec specialis quia debet esse circa passionem specialem. Modo ira circa quam est mansuetudo non videtur passio specialis sed generalis. primo quia ipsa concupiscentia denominat generaliter totum appetitum sensitivum Omnis autem appetitus sensitivus dicitur concupiscibilis vel irascibilis. 2° quia ipsa ira includit in se delectationem et tristiciam ut patet 2° rethorice que quidem delectatio et tristicia sunt maxime generales passiones ut patet 2° huius. 3° quia omnis passio specialis habet aliam passionem sibi contrariam sicut amor odium delectatio tristicia et sic de aliis. Ira autem nullam videtur habere passionem sibi contrariam etc. Item si mansuetudo esset virtus vel ipsa esset virtus eadem cum clementia vel alia. Sed non alia quoniam virtutes eedem sunt quibus idem vitium opponitur sed mansuetudini et clementie idem vitium opponitur scilicet crudelitas. Etiam quia ambe sunt circa idem obiectum. ambe enim sunt circa iras circa punitiones et vindictas. Nec potest dici quod sit eadem virtus cum clementia quia mansuetudo spectat ad omnes quos irasci contingit. Clementia autem ut dicit Seneca ad Neronem non nisi superioris ad inferiorem etc. Item si mansuetudo esset ipsa esset circa iras ut vult aristoteles sed circa iras nulla videtur esse virtus moralis. probatur quoniam circa passionem illam non est virtus que secundum se tota est prava et penitus abiicienda cum circa eam nullum sit medium laudabile cum virtus sit medii coniecturatrix et electrix ut habetur in 2° sed ira est secundum se tota malitia et totaliter abiicienda. quod probatur multipliciter. primo quia ipsa uliter est in parte racionali quam innata est adversari et obviare rationi primo huius. 2° irati minus providet primo ellectorum. 3° quia impedit animum ne possit cernere verum ut ait Cato. Et in 7° huius dicit aristoteles quod ira

⁊ alie paſſiones iraſcibiles ligant mētes ut nō poſſit in actū rōis · vn̄ uir paſſionatꝰ aſſi
mulat dormienti uel inſanā patienti / ul' uinolēto // 4º qꝛ ira inq̄etat aiaꝫ q̄ nō ſit ſapiēs
nec prudens niſi quieſcendo 7º ph'oꝝ // 5º qꝛ ira mouet ad uindictā q̄ ē ꝯ cōtratōeꝫ poli^{ticā}
et ꝯ iꝰ diuinū q̄ dictant ut hec alijs faciamꝰ que nobis uellemꝰ · Nullā aūt uellemus
de nobis uindictā accipe ſꝫ veniā tribuere // 6º qꝛ oīs uindicta ē mala ſi nō ſit iuſta
iō motꝰ oīs ad uīdictā ē malꝰ ſi nō ſit ex zelo iuſtitie / ira aūt mouet ad uīdictā etiā
nō ex zelo iuſtitie cum ipā ſit in appetitu ſīſitiuo qui nō hꝫ iuſticiā pro obō // Itēꝫ ad pn̄
cipale arg̃ · qꝛ paſſio non eſt ꝯrā uirtuti ſed paſſio paſſioni · Ira aūt que ē paſſio ē ꝯrā mā
ſuetudini ſicut dicit arꝰ^{cus} 2º retho^{rice} ḡº manſuetudo ē paſſio ⁊ non uirtꝰ // Itē oīs
uirtꝰ in medio ꝯſiſtit neqꝫ ad deffectū declinās neqꝫ ad exceſſū / ſꝫ māſuetudinē
ſicut dīc arꝰ^{cus} ad mediū ſeruiꝰ ad deffectū declināteꝫ · vnde poſtea ſubdit peccare
magis ad deffectū // Oppoīm arg̃ auctē arꝰ^{lis} et alioꝝ moraliū phōꝝ · pº uidēdū ē
quō ira ē paſſio quedā ſpālis · 2º oſtendet' qd' aliā ſit bonū iraſci 3º ꝯcludet' qd' māſue
tudo ſit uirtꝰ moralis · 4º uidebit' quō ſe hāt ad clementiā // Quātū ḡº ad pⁱmū eſt
qd' ira 2º retho^{rice} ſic deſcribit' Ira ē appetꝰ cū t'ſticia punitōis apparentis ꝓ appa
renteꝫ paruipēſioneꝫ coꝝ q̄ in ipꝫ aut in ipꝰ aliqº nō ꝯueniēter · Ex qua deſcriptione ſta
tiꝫ manifeſtū ē qd' iraꝫ ꝯcomitat' t'ſticia ⁊ delectatio q̄daꝫ · Nā paruipēſio ſpecialꝫ hꝫ
rō triſticie factiua ē / vindicare aūt ſiue punire delectabile ē ſic dꝫ pº retho^{rice} qd' ꝓbat
arꝰ^{cus} tali medio · Cuiꝰ eīꝫ nō adeptio triſtabile illud adipiſci delectabile · Irati aūt triſ
tant' uehementer nō punientes / ḡ punire ē delectabile // Ex quo ulterꝰ ꝯſeqt' qd' ſpes uidic
te ſeu punitōis ſit delecta^{bilis} quia quāꝗ ꝑntia letificant et ſperantes ⁊ meorantes ut dr̄
pº retho^{rice} Ira aūt ſine ſpe uindicte non ē ꝓp hº eīꝫ dicit' in deſcriptōe ire / quia ipā ē
appetitꝰ punitōis apparentis · vn̄ dꝫ pº retho^{rice} qd' nullꝰ iraſcit' hijs qui multū ſup
ſe pn̄t · vꝫ grā · Si rex fore fecerat paupi uiro aliqd ille bn̄ triſtat' et odit regē / ſed
non iraſcit' ei quia nō ſperat uindictā · Sꝫ licet cū ira ſit delectatio et t'ſticia ꝑdic
te tamen ira nō ē delectaº formalit' neqꝫ t'ſticia · pⁱmo qdē manifeſtū ē qꝛ ipā nō ſit
triſticia ꝑꝑiā dcā / qm̄ triſticia illa q̄ nobis inſit ꝓꝑ paruipēſioꝫ ſepari pōt ab ira cū nō iraſ
camur ut dꝫ ē potentia ſupexcellentibꝫ · triſticiā tn̄ multā hn̄tes ꝓꝑ paruipēſioeꝫ ul'
iniuriā nob' illataꝫ ꝑ ipōs · 2º etiā patꝫ qꝛ ira nō ē delectaº qꝛ ex punitōe ul' ex ſpe pu
nitionis efficit' · et ſic pꝫ qd' illa delectaº in actuali punitōe uel ſpe punitōis efficit' / qm̄
illa delectaº in actuali punitione auget' · Ira aūt diminuit' · vn̄ dꝫ 4º hꝰ qꝛ punitio ꝗetat
impetū ire delectatōeꝫ ꝓ triſticiā inferēs · vn̄ ꝯcludi pōt qꝛ ira formalit' accepta ſit
paſſio ſpālis lꝫ ꝯcomitatiue plures includat paſſioēs // Qd' ulterꝰ ſciri pt' diſtiguēdo paſ
ſiones diuiſas appetꝰ · Nā ſi de ꝯcupiſcibili appe^{tiu} loquamꝰ dici pōt qd' ſicut grauis leue
pⁱmo dat formā leuitatis 2º motū ad locū · 3º ꝗetēꝫ in loco · Sic bonū appe^{titu} obiū pⁱmo
gnāt in appe^{titu} formā q̄ ē q̄daꝫ ꝯnālitas ipī appetitui ⁊ uocat' amor ul' ꝯplacētia · 2º
gnāt motū ſeu tendentiā in ipꝫ / et uocat' ꝯcupiſcentia uel deſideriū · 3º gnāt ꝗetēꝫ in ipō
adepto ⁊ uocat' uoluptas uel delectaº · Verꝫ ē tn̄ qd' memoria et ſpes ac ſi bonū eēt ꝑn̄t'

adeptum generant delectationem non ex eo quod ipsum est absens, sed quia species eius in fantasia manet aliqualiter ac si ipsum esset presens. propter quod dicit primo rethoricorum quod memorantes aut sperantes quasi sentire putant. Vel dicamus quod bonum simpliciter quod simpliciter apprehensum generat amorem vel complacentiam. Secundum autem quod habendum generat desiderium vel concupiscentiam sed non quod habitum generat delectationem et in fine voluntatem. Et contra malum primo generat odium vel displicentiam. 2° refutationem vel fugam. 3° dolorem vel tristitiam. Ex quo patet quod ira cum sit passio tendens ad vindictam magis formaliter potest dici desiderium sive concupiscentia quam delectatio vel tristitia. De appetitu irascibili etiam dici potest quod ipse sicut communiter dicitur versatur etiam circa bonum vel malum sub ratione cuiusdam arduitatis apprehensum, quam quidem arduitatem attendi potest vel quantum ad difficultatem vel quantum ad periculum. Si ergo sensus apprehendit periculum et non succumbat sed superet sic erit audacia. Si autem succumbat est timor. Si autem apprehendat difficultatem et non succumbat erit spes. Et si succumbat erit desperatio. Si non sensus non solum periculum vel difficultatem attulerit apprehendat si appetitus non succumbat sed tendit ad punitionem seu in vindictam et erit ira. Et si succumbat est contrarium ire propter quod manifestum est iterum quod ira est passio quedam specialis, et quod innata est habere motum distinctum ab aliis passionibus. Videmus enim iracundos sepe et maxime qui nituntur ad punitionem et vindictam cum potuerunt superare minime tamen volentes vel potentes dura vel difficilia sustinere. Et econverso videmus multos qui propter audaciam durissima et periculosissima non abhorrent mitissimi tamen fuerunt et cum superaverint minime puniunt.

Quantum autem ad secundum Seneca videtur esse aristoteli contrarius vult enim aristoteles quod irasci sit aliquod bonum quod sic probari potest. Omne illud est aliquod bonum quod innatum est adiuvare virtutem in suis operibus. ira autem est huiusmodi quod apparuit 2° huius. auctoritate. Homeri dicentis virtutem immitte furorem et virtutem et furorem erige. Unde dicit aristoteles fortes quidem ergo propter bonum operantur, furor autem cooperatur eis. Cum enim fortis bellabit propter bonum virtutis et graviter vulnerabit et mors imminebit tanta vis erit doloris impetus et timoris in sensu quod viribus sensitive etiam ratione adiuvante non sufficeret ad bellandum nisi ira calefaciens sanguinem diminuerit sensum doloris et abstulerit impetum timoris. Item si numquam irasci sit malum aliquod irasci est bonum sed numquam irasci est malum quod aristoteles declarat. 2° huius primo quia vitium est quod insipientis esse videtur sed numquam irasci videtur esse insipientis. Videtur enim quod talis non percipiat iniurias illatas sibi neque tristetur de eis. 2° quia vitium est numquam esse vindicativum, sed numquam irasci est numquam esse vindicativum cum ira sit appetitus vindicte [illegible] maior patet quia sicut oppositum in opposito et propositum in proposito. familiares autem despicere vitium est, ergo vitium est iniuriantem sustinere, quod faciunt qui numquam moventur ad vindictam. 2° patet illa maior quia stultitia evitanda est tanquam conditio vilis et in humana iniuria autem sustinere et numquam moveri ad vindictam stulte est. Unde 7° politicorum qui non periclitari [illegible] sunt invadentium servi. 3° maior predicta probatur quia malum est dare malis occasionem iniuriandi, sed qui numquam movetur ad iram dat malis occasionem iniuriandi quia sicut Seneca dicit in proverbiis qui peccantem non corrigit peccare imperat. Et 2° rethoricorum dicit quod homines iniusti faciunt [illegible]. Solitum enim est resistere iracundos. Non enim pugnant pro lucro et in eos quia multis iniusta passi sunt et non resilierunt. Et ideo sic ibidem dicit illi movent ad iniustum faciendum qui quamquam deceni putant non exsolvere penam.

aut minus dapnum esse quam sit eius lucrum. Item ad principale ar. sic. Deus et natura nichil faciunt frustra propter
celi sed ira a natura est pluribus enim speciebus aliis inest absque doctrina uel absque assuetudine pluribus
enim hominum inest ob eo prout sicut et alie passiones ergo frustra non fit quod autem frustra non fit ad finem
fit quecumque autem ad finem fiunt uel fiunt a fine optimo existente rerum bonum capitulo 10 etc. Sed contra
dictum aristotelis similiter Seneca librum quendam fecit de ira in quo nititur ostendere quod in nullo casu
prodesse possit uirtuosis. Et potest eius una ratio formari ad hoc talis. Aristoteles primo politicorum concedit nichil contrarium
esse bonum que sunt preter naturam. Ira autem preter ymo contra naturam hominis est quod Seneca sic declarat Quid
homine mitius dum in recto animi habitu est. Quid ira crudelius / homo in adiutorium mutuum genitus
est ira in exitium hic congregari uult illa discedere hic prodesse illa nocere etc. Ira auida pene
est cuius cupidinem inesse pacatissimo hominis pectori minime secundum eius naturam est. Beneficiis humana
uita constat et concordia non terrore sed in mutuo amore in fedus auxiliumque commune constringitur
Alia ratio formari potest sic. Vir bonus nullius pena gaudet sed si iudicio suo dapnat ipsum ab
impietate sua non reuocabilem hoc est non quia delectetur eius pena parcial enim est a sapiente tam
inhumana feritas sed ut documentum sit aliorum. Ira autem pene appetens est non ergo est conueniens
uiro bono. Alia ratio est. Si ira aliquando prodesset hoc esset ad uindictam malorum / sed numquam est bona uin
dicatio prout a castigatione distinguitur / et ira castigationi non conuenit ergo ira numquam prodesset. Mi
nor ex hoc patet quod ira formaliter est appetitus uindicte et quia super hoc una ratio supra adducta
fundabatur. Minor probatur primo quantum ad hoc quod uindicta non sit bona ut a castigatione distinguitur
dicunt enim sicut dicitur primo rethoricorum punitio et castigatio. Castigatio quidem enim patientis gratia est
sit ut melior efficiatur / Punitio autem seu uindicatio facientis gratia est / ut satietur / Constat autem
quod alteri penam inferre non honestum sed propter delectationis gratiam non est bonum. Et ex hoc ma
nifestum est quod ira castigationi non expediat. Non enim medicus irascitur patienti. ymo uidetur
quod ira neminem trahat ad iniuriam si punitioni castigatorie misceatur. Quanta enim pena sit
et qualis exigenda / ratio perfecte discernit / cui rationi si ira fuit admixta uel ipsa frustra erit
uel penam addet et ita fiet punitio ultra debitum rationis quod omnino repugnat epyekie id est naturali
equitati sicut apparet 5° ethicorum et primo rethoricorum capitulo de epyekia. Item ira non potest esse bona nisi regatur
ratione ut omnes concedunt sed ira non permittit se regi / accendit enim sanguinem ad quam accensionem
sequitur inordinatus motus spirituum. Unde causatur perturbatio sensuum et fantasie / sine quorum sta
tu non habemus usum rationis liberum sicut apparet in ebriosis et in egrotantibus et in amantibus. Sicut ergo bonum
est ebrietatem totaliter excludere / eo quod ipsa sensuum turbatiua existens se regere non permittit ita et
iram. Nam sicut dicit Seneca facilius est excludere perniciosa quam regere / et non admittere quam
admissa moderari. Nam cum se in possessione posuerunt potentiora rectore sunt / nec rendi se
minuique patiuntur. Neque enim se potius est animus et extrinsecus speculatur affectus ut illos non pa
ciatur ultra quam oportet procedere sed in affectum ipse mutatur. Item si ira prodesset hoc maxime uidetur
in bellicis rebus ut amens autem cooperetur uirtuti fortitudinis ut prius dicebatur. Sed
hoc etiam non uidetur esse uerum quia sicut dicit Seneca. Numquam uirtus uitio adiuuanda est
se contenta est. quotiens impetu opus est non irascitur sed exurget et in quantum putauit opus concitatur
et remittitur. Numquam assumet ratio in adiutorium improuidos et uiolentos impetus apud quos

ipsa nichil auctoritatis habet quos numquam comprimere possit nisi pares illis siles opposuerit ut ire metum, inherentem iram, timori cupiditatem. Absit hoc a virtute malum ut umquam ratio ad vitia confugiat. Sic non est virtutis sine timore quietum esse non posse. Ita nec activum esse non posse sine ira. An tu putas venatorem irasci feris cum impetuosissime effugientes persequitur, euenientes excipit. euenientes excipit. Gladiatores quos ars tuetur ira denudat. Item ira aut ira non est aut inutiles est. Si quis enim quia pene avidus penam exigat non exigit eam bene. Si quis autem penam exigit non ipsius pene avidus sed quia optimum non est annumerandus iratis. An tibi videtur lex irasci cum hiis quos non novit, quos non vidit, quos non futuros sperat? tamen penam constituit. Propterea utique sumendus est animus qui absque ira ponit quod bonum. Item ex eo videtur ira prodesse quia malos terret et contemptum effugit. Sed ob hoc ira nichil prodest. Primo quidem quia periculosius est timeri quam despici despicitur. Necesse enim est ut multos timeat quem multi timent. Et iterum si vir sapiens vires habuerit tunc absque ira recto iudicio rationis repellet malos, puniet et terrebit. Si autem ira sine viribus est magis exponitur contemptui et derisum non effugit. Seneca multas in dicto libro rationes alias adducit et alias exhortationes satis pulcras quas vide totum librum si volueris.

Tyrannorum miseria

opio bu:

Videtur michi quod si rationes Aristotelis et Senece sunt examinate bene quod ira numquam ad punitionem sumenda est nec ad iniurie repulsionem nisi illo casu quo in bello tristitia spiritus innata esset diminuere vires corporis aut turbare fantasiam. Sed tunc ira calefaciens sanguinem et sic tristitiam spiritus absorbens expediret valde. Forte etiam quod et si ira vires animi non fortificat tamen ipsa corporis vires augmentat quod est expediens in bello. Et iterum nature sagacitas adiutorium mittit ad illas partes quas videt cavere adiutorio indigere. Cum igitur ratio sentenciaverit in bello vires corporis et non ipsam fantasiam vel extimativam indigere ira in adiutorium assumpta vires membrorum augebit, spiritum dolores extinguet, nec adeo fantasiam tanget ut perturbet eam. Et iterum si quis bene dispositus fuerit in fortitudine sed nondum ad plenum perfectus ipse perturbari poterit in bello timore mortis imminente nisi iram in adiutorium assumpserit. In talibus enim ira firmat rectam rationem et electionem in executione iusti operis, sic enim videre videbatur ratio prima accepta ab Aristotele capitulo de fortitudine. Videtur ergo manifestum esse quod ira multis casibus non puto iram assumendam esse sed quanto possibile fuerit expellendam. Concedendum est tamen quia ire similitudo quandoque sumenda est quod et Seneca concedit. Numquam itaque ira admittenda est sed aliquando simulanda. Segnes enim audientium animi concitandi sunt. Sicut tarde consurgentes ad cursum equos stimulis facibus subditis excitamus. Aliquando incuciendus est hiis metus apud quos ratio non proficit. Sic ergo simile operandum est ei quod ira faceret non ire motu sed dictamine rationis. Et credo quod nichil plus concludant dicta Aristotelis capitulo de mansuetudine. Ad primam igitur rationem dicendum est quod ira non est conveniens humane nature nisi in casibus predictis in bello ubi non oportet hominem esse mitem neque inimici sui adiutorem. Ad aliam dicendum potest quod ira sibi derelicta gaudet pena. Sed per rationem in adiutorium accepta non gaudet nisi quo ratio gaudere dictat. Ad aliam similiter concedendum est quod ira sine regimine rationis relicta tendit in vindicationem crudelem et castigationem. Sed per rationem accepta non tendit nisi in iniurie repulsam vel in castigationem que vindicta large vocari potest. Ad aliam similiter dicendum quod ira per rationem accepta non extendit impetum suum in punitionem sed solum in virium corporis fortificationem et spiritualis tristitie.

diminutioẽ z minutorum superationẽ cũ ad aᵈ ro nõ accepissẽ eam. Et iterum melius ẽ tales cũ ira
punire quos nõ possibile ẽ nimis punire quã ob ire defectum succumberẽ uel q̃ eorum malitie resi
stere ĩpunitam. Ad aᵐ dđ q̃d sicut potus moderatus non perturbat sensum ita nec ira moderata
ymo sicut dictum fuit in cũ ira ptinet sensum qui oĩo turbaret z succumberet apud nimiũ dolo
ris impetum uel timoris. Ad aliã dđ ẽ q̃d uirtus ẽ p se sufficiens ad reddendum hoiẽ sp bo
num et bñ iudicantem et bene eligentem quãdiu huerit liberum usum roĩs. Sꝫ uirtus bñ indiget
multis ad detinẽdum sensum ut possit ministrare roĩ. v. g. cibo potu sopno et in casibus pdictis
z multis ita sicut uirtus eget bñ ad opus exterius exercendum videlꝫ mẽbris corporalibus z eorum uiribus
et aliñ aliis exterioribus instrumẽtis que oĩa sibi relicta nullius sunt prudentie sꝫ diriguntur
roẽ. Concedendum ẽ etiã q̃ uirtuosus eẽ pot actiuus sine ira sꝫ nõ sensu deficiente p dolo
re uel timore. Ad aᵐ ꝯcedendum ẽ q̃ si quis penã exigit non ipius pene amdus sꝫ quia
ꝯ ipẽ nõ ẽ admirandus iratus, quia ira nõ opatur principaliter sꝫ uel ro tm̃ opatur uel ira coho
patur. Ad aliã dđ ẽ q̃d bonũ ẽ terrere ĩnimicos & timeri ab eis sꝫ ad illos qui nõ in
bello graui z periculoso reflectendi sunt nõ ẽ utendum ira sꝫ ire similitudine. Nec roẽs bene
eẽ plus ꝯcludere uidentur. His uisis ꝯcludi pot quod mãsuetudo sit uirtus moral quia circa
omnẽ passionẽ et opationẽ ab illa passione ĩnatum procedere circa q̃ ꝯtingit excedere praue et de
ficere praue indigemus morali uirtute inclinante ad mediũ sicut ẽ sepe dcm̃ sꝫ ab ira et a
punitione ꝯtingit deficere praue cum dcm̃ sit q̃ sit bonũ aliñ irã uel ire similitudinẽ assumẽ
Silr circa irã excedẽ inculpabilis oĩs ꝯcedunt ergo circa iras indigemus morali uirtute eã
aũt uocamus mansuetudinẽ grece. Item si nũq̃ eẽt bonũ irasci cũ tñ appetitus ad hoc cõit
inclinetur nos indigemus hñ morali huiusmoi inclinatoẽ reprimente z ad oppositum inclinante
quẽ mãsuetudinẽ uocaremus. talis aũt habitus eẽt uirtus q̃ pficeret hñtem z redderet opus eius bonum
circa pprie passiones q̃ ĩnate sunt irã generare. Quãtum ad ultimũ ppositum sciendum ẽ q̃d aliq po
nunt clementiam distinctam eẽ uirtutem a mãsuetudine quia dicunt mansuetudinẽ eẽ moderatiam
passionis interioris puta ire. Clemẽtiam aũt dicunt moderatiam eẽ punitionis exterioris. Et
iterum q̃ clementia ẽ solum superioris ad inferiorẽ ut dicit Seneca ad Neronẽ. Mansuetudo
aũt ẽ circa iras quascũq̃ et maxime inter psonas equales ad inuicẽ ꝯuiuentes. Ego aũt puto
q̃d oĩs uirtus moralis sit circa opẽs exteriores et sit circa passiones interiores sicut ex pdictis
ris apparuit et iterum apparebit in 5º. Nam ppter reglare opationes ꝯ moderare passiones. non eñ in
digemus uirtute nisi ad tollendum rebellionẽ appetitus ad roẽ uel ad difficultatem q̃ ẽ in se
quendo iudiciũ roĩs hec aũt rebellio uel difficultas ortum non hẽt nisi ab obiectis circa
que debemus opari sm q̃d innata sunt inferre passiones appetitui ipm̃ inclinantes preter
uel ꝯ iuditiũ roĩs. Et loquor large de passionibus et appetitu put se extendunt ad ipsam
uoluntatem. ppter q̃d appꝫ primam drĩam quam aliqui posuerunt eẽ falsam. Scdã aũt drĩa ꝯcedenda
ẽ quantum ad hoc q̃d mansuetudo psonis omnibus debeat clemẽtia aũt solum superioribus ad quos
spectat defectus corrigere subditorum. Sꝫ hec ẽ modalis seu materialis drĩa z nõ specifica sicut dcm̃
fuit de liberalitate ad magnificentiã de magnanimitate ad phylotomiã de uirginitate ad so
brietatem de psimonia etiã ad temperantiam et sicut ĩ 5º dicetur de diuisis moĩs iustitie ad iustitiam

Unde Seneca in libro de clementia ad neronem dicit quod clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi
vel lenitas superioris adversus inferiorem. Vel inclinatio animi ad lenitatem in pena exigenda. Hec
autem omnia mansuetudo in superioribus ad inferiores operatur. // Ad rationes ergo dicendum. Ad primam quod mansue
tudo est virtus specialis eo quod ira sicut visum fuit est passio specialis et moris specialis. Si autem ira
et concupiscentia dividunt totum appetitum hoc est denominative prout appetitus denominatur a passionibus et a
manifestioribus et fortioris impetus quomodo ergo ira delectationem includit et tristitia dictum
fuit. Quod autem dicit iram non habere passionem oppositam sine contrariam non videtur esse verum. Nam 2o
rethoricorum ponit aristoteles mansuetudinem ei contrariam, et ita dici potest quod nomine mansuetudinis utimur
equivoce, quandoque pro passione contraria ire et quandoque pro virtute. Virtutibus enim innominatis existentibus nomen
illius passionis accepit que minus est innata adversari sibi // Alia soluta est in ultimo articulo
questionis. Ad aliam patet solutio per hoc quod iam dictum est philosophum uti nomine mansuetudinis equivoce // Ad
aliam dicendum est quod mansuetudo non inclinat circa iras ad medium rei sed ad minus eo quod hoc
est consonum rationi, et ita inclinat ad medium rationis quod omni virtuti rectum est etc.

Vintodecimo queritur utrum

iste mansuetus qui naturaliter inclinatur ad iracundiam sit melior mansueto qui naturaliter est inclinatus ad irascibilitatem supposito quod iracundia sit vitium peius quam irascibilitas, ita quod circa qualem virtutem possit illa questio formari scilicet de duobus eadem virtute virtuosis quis sit melior vel ille
qui est naturaliter inclinatus ad vitium peius vel ille qui est naturaliter inclinatus ad vitium minus ma
lum // Arguitur ergo quod mansuetus inclinatus ad iracundiam sit melior verbi gratia mansuetus colericus
quam mansuetus fleumaticus, quia non solum bonum est habere bonum, sed etiam bonum est vitare malum
illa ergo virtus est melior per quam evitamus magis malum ceteris paribus. Sed colericus per mansuetudinem
evitat magis malum quam fleumaticus quia ipse evitat iracundiam ad quam inclinabat, alter
non nisi irascibilitatem ergo mansuetudo est melior in colerico. Sed sic virtutem meliorem dicimus me
liorem habentes eam ergo etc. // Item illa aqua esset calidior que reduceret frigidiorem ad tepamentum
ergo similiter illa virtus est melior que peiorem facit bonum quam que minus malum facit bonum. Sed colericus
est peior flegmatico, quia inclinatio ad peius vitium est peior. Ergo mansuetudo faciens colericum bonum
est melior mansuetudine faciente flegmaticum bonum, ergo colericus mansuetus est melior cum habeat
virtutem meliorem. Item virtus est melior que est circa difficilius unde 2o ethicorum Circa autem difficilius
semper ars fit et virtus et enim bonum et melius in hoc. Sed virtus colerici est circa difficilius, quia ad repri
mendum iram que est impetuosa valde ideo etc. // Item patet laudamus senem de castitate qui non
est inclinatus ad luxuriam sed iuvenem castum magis laudamus quia magis inclinatus est ad lux
uriam, ergo illum magis laudare debemus si fiat bonus qui fortiorem habet inclinationem ad malum
Sed colericus inclinatus ad iram fortiorem habet inclinationem ad malum magis ergo laudandus est
si fiat mansuetus, sed melior est magis laudandus ergo etc. Item melior est qui ex maiori affec
tione fit bonus quam qui ex minori sed colericus ut fiat mansuetus indiget fortiori affectione
per quam a fortiori inclinatione retrahatur ergo etc. Et patet maior quia ex eo redditur opus bene
et male operatum quia voluntarium. Ideo quanto magis voluntarium tanto magis melius aut peius
Oppositum quia felicitas coniuncta cum minimo bonorum fit eligibilior primo ethicorum. Ideo etiam dicendum est eciam huius.

quia licet solus bonus secundum veritatem sit honorandus, tamen divites vel nobiles bono magis est hono-
randus; ergo similiter qui aeque virtute habet plus de alio bono est melior. Sed fleumaticus est huiusmodi quia cum
virtute mansuetudinis meliorem vel minus malam habet inclinationem naturalem, ergo etc. Item vitium redditur
peius quia minus sanabile, 10° capitulo de liberalitate dicitur illiberalis peior esse prodigo, ergo etc.
Similiter ille dicitur melior qui minus est labilis ad aegritudinem; sed fleumaticus est huiusmodi cum minorem
habeat inclinationem naturalem ad vitium, quae quidem inclinatio dat nobis lapsus occasionem, ergo etc.
Item virtus ita est ad animam sicut sanitas ad corpus; sed melius est dispositus secundum corpus qui est sanus et
formaliter et secundum naturalem inclinationem ad aegritudinem; ergo melior est secundum animam qui est formaliter
virtuosus et secundum naturalem inclinationem quam qui habet pravam naturalem inclinationem. Ista quaestio scru-
pulosa esse videtur, propter quod oportet distinguere modos diversos quibus ipsa possit intelligi. Videtur
autem michi quod non sit loquendum ad propositum nisi de virtutibus principalibus hominis secundum quod est homo; talis
autem virtus non videtur esse virtus manus aut pedis aut capitis aut cordis aut totius corpo-
ris, nec est virtus animae quo ad inferiorem partem scilicet quo ad sensum vel appetitum sensitivum, sed est virtus
animae quo ad superiorem partem scilicet quo ad intellectum et voluntatem; et hoc apparuit in primo libro et appa-
rebit in sequentibus. Et quia non de virtutibus intellectualibus hic agimus sed de moralibus quas
in primo libro voluntati attribuimus, ideo de his ad propositum dicamus. Videtur ergo mihi quod quaestio primo
modo formari potest utrum virtus ipsa mansuetudinis sit melior secundum se ipsam in colerico quam in fleu-
matico vel econverso. Ad quod respondeo quod ipsa virtus mansuetudinis in utroque est aeque bona si sit in utro-
que ad extremum possibilitatis perfecta. Quod sic patet: omnes concedere videntur quod intellectus et voluntas
cogi non possunt ad male aut etiam ad minus bene agendum per quascumque passiones vel inclinationes
corporales; et hoc aut ex dominio suae libertatis, aut quia sunt ab organis vel dispositionibus
corporalibus abstractae potentiae, aut quia sunt gradus superioris quam sint omnes potentiae corpora-
les vel aliqua de causa secundum quod diversi diversa loquuntur. Hoc autem concesso constat quod tam voluntas
in colerico quam in fleumatico, immo in quocumque non orbata sit potest uti ratione quacumque sit dispositione
corporali dispositus potest ad extremum bene eligere et aeque bene in uno sicut in alio. Si ergo virtus
ex multiplicatis electionibus generatur per se in ipsa voluntate et sic firmatur sicut in praecedentibus
apparuit, manifestum est quod in utroque potest generari virtus aeque perfecta et aeque firma. Concedendum
est tamen quod ante virtutis generationem difficilius est eligere bene illi in quo sensitivus appetitus magis rectae
rationi adversatur et rectae electioni, quia licet voluntas non necessitetur nec cogatur per appetitum sensitivum, tamen
propter quandam affectionem naturalem quam voluntas habet ad appetitum sensitivum sicut dominus ad subditum sibi
servum ipsa alliciatur ad illud ad quod tendit appetitus sensitivus. Et iterum quia dictum fuit in 3° libro quod si praesentetur
nobis obiectum sub duplici ratione boni et mali voluntas necessario quandam habet in eo complacentiam ratione boni
apparentis et displicentiam ratione mali, nec illud est in sua potestate; sed acceptare tamen ratione boni apparentis
et imperare ad prosecutionem vel refutare tamen ratione apparentis maliciae et imperare ad fugam vel
differre de huiusmodi acceptatione vel refutatione est in dominio voluntatis. Modo constat quod illud
in quo tendit appetitus sensitivus praesentatur nobis sub ratione alicuius boni apparentis, propter quod voluntas
habet necessario ad ipsum quandam complacentiam; modo difficilius est isti voluntati eligere bene secundum accep-
tationem vel refutationem contra id ad quod allicitur et in quo habet complacentiam quam si nullam haberet ad ipsam

oplacentiam · Et puto qd' ipe eandem cam plures cetis pibi requiret electiones recte ad uir
tutem generandam firmandam et pficiendam in illo qui magis habet appetitum sbitum ad oim ir
acundatum · Ex hus aut sequitur alia ronem qd' colericus magis laudandus e de acquisita
uirtute masuetudinis sibi qm flaticus / non qdem ppr eo uirtutem ee meliorem sed ppr bn egisse
plus et circa difficilius in huiusmoi uirtutis acquisitone · Si aut qo formet sic utrum masuetu
do sit melior ipi colerico qm ipi flatico · ddm qd' no positiue / qz mansuetudo reddit utrumqz
optimum optime operantem circa iras // Sz gcedi pt qd' quodammo priuatiue mansuetudo est
melior in colico qz · s retrahit et purgat eum a peiori uitio et a peioribus opationibus et peio
rem in eo reprimit inclinatoem // Si uero qo formet sic utrum mansuetus colericus sit me
lior mansueto flatico · pot dici qd' neuter e melior sz pte superioem cum eqz pfta sit uirtus in utroqz
Sz si fleuma sit circa iras melior corporalis dispo qm e colera eo qd' ad meliores uel ad
minus malas opationes inclinat · tunc gcedat qd' fleumaticus sz corpus eius e melior circa
iras · Sic go uirtus no e melior intensiue · pot tn gcedi qd' flaticus e melior extensiue ·
Pot etiam dici qd' neuter e melior alr moralr / qz utrqz pfectus e sedm mores Sz circa iras
flaticus tn uidetur melior nalr · Sic go gcedi pot qd' flaticus mansuetus sit aliquo mo me
lior circa iras · Ad roes go utriusqz ptis rndendum e · Ad pam pcedendum e qd' ipa bn pbat
qd' mansuetudo e melior seu expedientior colerico priuatiue mo supius declato / et nihil plus
gcludit · Ad am ddm e qd' ipa bn pbat qd' difficilior sit gnatio mansuetudis in colerico
et qd' pluribus indiget rectis opationibus qm in flatico ppr qd' de acqsitoe masuetudis magis
meret colericus et laudabilior reddit ut dcm e / et nichil gcludit plus · No enim uirtus facit hoiem
bonum effectiue sz opatoes generantes uirtutem p quam ho formalr e bonus // Ad am ddm est
qd' uirtus et ars sicut dcm fuit in 2o reddunt facilia illa q an artis aut uirtutis gnatoem
cent difficilia · Concedo go qd' ante mansuetudis gnatoem difficilius erat colico bn se hre
circa iras qm flatico · Sz post eius pfectam gnatioem non erat sibi difficilius · fo ro som gcludt
qz pluribus indigebat colericus bonis opoibus ad gnatoem masuetudis qm fleumaticus · uirtus
enim no corrupit nec reprimit inclinatoem prauam pse / sz opatioes gnatiue uirtutis · Vel ddm
qz uirtus eet melior que circa difficilius difficultate se tenente ex pte obiecti extrinseci red
dit hoiem bn se hntem Sz non oz hoc gcedere de difficultate puemente ex nra nali inclinatoe
nisi qd' de hac difficultate bn gce qd' uirtus circa difficilius e nobis expedientior priuatiue
supius modo declarato / Ad am ddm qd' ipa bn pbat qd' colericum magis laudare debemus
de acqsitoe mansuetudis qm flaticum sicut dcm fuit // Ad ultiam ddm e qd' mansuetudo i
colico no gnat ex opatoibus maioris affectionis uel magis uoluntariis · Sz forte minus uo
luntariis ppr gtriam affectioem · Sz gcedm e bn qd' ipa in colico indiget pluribus opatoibus
ad sui gnatioem · Ad pmam in oppoim ddm e qd' flaticus masuetus gcedit aliquo mo melior · s
uel sz corpus ul' nalr uel extensiue sicut dcm fuit // Ad aliam dici potest pfta uirtus incli
nari no pot nisi sm qd' dcm fuit i 2o Nec sequitur qd' uirtus sit minor uel minus bona
si magis inclinari possit a maiori motiuo · Sz eet minor si minori motiuo inclinaret · hec
etiam ro pbat qd' flaticus e melior extensiue · Ad am ddm e qd' in pposito non e sile de sanitate

cor^{le} 7 de uirtute quia egritudo 7 dispo uel inclinao ad sanitate ul' egritudine sut i eode sbo
p(ri)mo dispo ad sanitatē uidet' ee qdā p(ro)p(ri)as sanitatis et dispo ul' inclinao ad egritudine qdā p(ro)p(ri)as
egritudis. Io ex tali dispoe ul' inclinatoe sanitatis ul' egritudis intendi pt ul' remitti. Virtus aut 7 pra
ua inclinao nō sūt circa idem sbm. s3 uirtus in uolūtate et inclinao praua in appetitu sensitiuo. Io
uirtus p(er) illā inclinatioē neq3 intendit' in uirtute intrisece nec remittit'. Et hec de qone
Extodecimo querit' utrum.
// sufficiant 7c.

Affabilitas quā arl's uocat amiciciā sit uirtus moralis. Ar' q nō qr nō gnalis cu
non ponat' ee iusticia legalis nec spalis qr nō pot' 9 alias distingui. s3 uidet' ee ex obm 9ti
nens obiecta pluriū uirtutū. Est. n. ut dicit arl's in colloqis 9uiuere 7 smonib3 7 rebus
coicare. politicā aut' et yconoica nō circa aliud obiectuz ee uident'. 7 tn nō sūt spales
virtutes s3 recta ra oīū uirtutuz. Etiā iusticia tā 9mutatiua q distributiā 7 libalitas
sunt circa rez coicatoē. Silr' ueritas et eutrapelia sūt in huanis colloqis. Etiā dicit
arl's qd' affabilitas ē circa delectabile hec tn ē comune omi uirtuti ut dat3 ē in scdo
ul' maxie p(ro)p(ri)ū temp(er)anc' ut dicit in 3°. Etiā masuetudo requirit' ad bene delectabilit'
9uiuere ut dicit arl's iracudos ee difficiles ad 9uiuē. Silr' honores circa quos ē magna
nimitas multū faciūt ad oportunitatem huani 9uictus. Item nulla uirtute opam' ficte
sed affabilitate opamur ficte qn ea opamur ad silitudinē amici cu3 tamē amici non
sumus ut dicit arl's // Oppom ar' p(er) arl'm. p(ri)mo uidenduz qd' ad huanā uitaz utilis est
vmo etiā necessaria coicatio / qd' in p° politice declātuz ē satis. Nā cū que nihil facit
frustra dedit solis hoib3 sup aialia cetā smonē p(er) quē alys signficaret 9ferens 7 nociuū
iustū et iniustū qd' nō ē nisi p(ro)p(ter) coicatoē. Itē3 multis indiget hō ad uitaz saluandaz
7 pluribus ad bn' uiuēdaz eā que nā p(er)ficere nō poss3. S3 ut fiat et p(er)ficiat' ul' et p(er)fcā indi
gentib3 applicent' indigent artib3 huanis multiplicib3 7 huana indigen' quā circa oīa
non p' unus hō hre sed circa paucissima valde magnū ē cū hoi et difficile si sit bonus
textor ut ipē cū plimis sibi deficientib3 artib9 quaz excere non poss3. opa possit nos uestire
et alteri multū ē si domū sciat edificare 7 possit alteri nauigare aut capē pisces aly' fer
rum fabricare sciat 7 possit intendē et sic de diuersis et inūabilib3 artib3 indiui possi sine
quib3 hoiū indigētia nālis 9pleri nō poss3. Opportet g' q tanta sit hoiū coicatio tam
domestica q ciuilis qr hoiū indigētie nāles p(er) iuicē suppleant' p(ro)p(ter) hō in p° polic' dicit
arl's qd' hō nā ciuile aial ē / 7 qui ē n(on) ciuilis p(ro)p(ter) nāz 7 nō p(ro)p(ter) fortunā aut prauus
aut melior q hō. Scdō sciendū ē q smones et aly gestus extiores quib3 utim' ad
alios in huana coicatoe possunt tripl' 9siderari. Vno° s3 qd' deseruiūt ad actus serios, et
sic circa ipos ē affabilitas de qua qō hic mota fuit. Alio° s3 qd' deseruiūt maifesta
tioē alicuius interioris p(er)fectionis nec latētis et sic circa ipos ē uirtus q apud arl'm
uocat' ueritas. Tertio° sm qd' deseruiūt ad ludos 7 solacia iocosa / et sic ē circa ipos
eutrapelia. Sūt aut' act9 serosi idem qd' actus utiles ul' necii. s. oīs illi act9 ul' smo
nes q n° ad p(ro)p(ri)e p(er)fnois maifestatioē nec ad solacia iocosa. s3 ad aliqd nob' aut alys
p(ro)curanduz ul' p(ro)sequēduz ul' 9rariū fugiēduz ordinant'. Et nō dico qd' affabilitas sit circa

actus seriosos tamen circa proprium eius obiectum, quamvis illi actus sint et aliarum virtutum et omnium vel plurium
actuum humanorum. Sed est circa sermones et gestus quibus utimur in huiusmodi mori actibus seriosis ad de-
center ac delectabiliter convivendum. Contingit enim aliquem gestibus et verbis ad alium se habere decen-
ter et delectabiliter, alium autem reddere litigiose et indelectabiliter, licet non inde mutetur substantia se-
riosi actus ut venditionis vel emptionis dationis vel acceptionis. Sic ergo videtur Aristoteles dis-
tinguere tres dictas virtutes dicens. Sunt autem omnes circa sermonum quorundam et operum
communicationem, differunt autem quoniam hec quidem circa veritatem est, hec autem circa delectabile. Earum autem
que circa delectationem hec quidem in ludis, hec autem in hiis que secundum aliam vitam colloquiis. // 3o
notandum est quod discolia sive protervia qua convictibus ad omnia vel ad plurima contrariamur et conten-
dimus cuius quod est contristare neque quemquam curantes corruptiva est et turbativa conversationis huma-
ne, tum quia reddit homines litigiosos et hos segregat secundum Empedoclem, tum quia tollit pacem et ami-
citiam que tenet homines in communi congregatione, tum quia avertit hominis naturalem appetitum quem homo
habet ad conversationem. Homo quippe naturaliter appetit delectabile et fugit triste. Et ex hoc notabili
cum primo manifestum est quod homini discolia est prava et contra bonos mores. // 4o sciendum est quod
placiditas qua quis ita vult omnibus placere et nullum contristare quod ad nulla aliorum dicta
contendit, sed circa omnia etiam si turpia sint approbat et commendat, est infectiva conversationis, quod patet
tum quia vitium inde convivencium augetur. Sicut enim laudata virtus sic et laudatum viti-
um crescit, tum quia per hoc vitiorum participes efficimur. Et sic iterum patet quod contra bonos mores
est talis placiditas // Ex hiis autem concludemus ultimo quod in humana conversatione circa sermones
et gestus circa seriosos actus indigemus virtute morali, quia circa omnes passiones vel operationes
humanas indigemus virtute morali dirigente sive inclinante nos ad medium secundum rectam
rationem tenendum, circa quas contingit excedere vitiose et deficere prave. Nam circa talia me-
dium est semper laudabile et virtuosum, prout sepe diximus supra. Sed circa dictos sermones et gestus
tam in delectando quam in contristando contingit et excedere et deficere et utrobique prave sicut
dictum fuit grossius. Hec autem virtus ut dicit Aristoteles proprium nomen non habet, sed ei nomen attribuit
amicicie propter similitudinem eius ad veram amiciciam. Amici enim delectabiliter ad invicem vivunt. Ita
et secundum hanc virtutem homo debet se delectabiliter habere ad convictus secundum mores et gestus exteriores. Ab
aliis autem vocatur aliis nominibus. Homerus videtur eam vocare socialitatem. Unde maledicit homines
insociabiles id est discolum et tedio societatis turbatorem sicut recitat primo politicorum. Vocata etiam fuit
urbanitas ad differentiam rusticabilitatis quia viventes in urbe magis solent convivere et colloqui
gratiose quam rusticales. Et eadem occasione vocata fuit curialitas quia qui conversantur in
curiis solent pre ceteris gratiose convivere et colloqui quibuscumque. Unde cum aliquem vocamus curialem ipsum
intendimus de hac virtute laudare. Incurialem autem vocamus discolum et convictibus honerosum.
Ab aliquibus etiam vocatur iocunditas, non quia per eam huiusmodi formaliter intret iocunditatem et leti-
ciam, sed quia sibi colloquentes et convivientes reddit iocundos et letos. Antiquitus autem vocata
est facecia, et habentes eam faceti. Unde Boetius de disciplina scolarium Gallicos de illa
virtute quia maxime viget in eis commendans dicit se Parisius venire ad videndum facetos Gal-
lorum ritus. Et est idem facecia quod allegantia et decentia vel suavitas in verbis et dictis.

Unde metrificator quidam librum quem de pluribus ad hanc pertinentibus virtutem documentis composuit quem vocavit Facetum. Modernorum etiam aliqui affabilitatem vocaverunt eam. Affabilitas tamen sermoni comparatur. hec autem virtus ad sermones et alios se extendit gestus exteriores. quocumque tamen nomine vocetur probatum est quod sit moralis virtus. Extrema vero vitia sicut tactum fuit sunt discolia et placiditas. Sed discolia magis contraria virtuti si placiditati aliud vitium non subintret. Actus enim principalis huius virtutis est in complacendo cum convictibus et in reddendo convictorem iocundam et delectabilem sed tamen moderate. discolus autem peccat contra hanc virtutem placidus autem contra modum tamen in excessum plus et aliquando omnes et illos quos non oportet nititur delectare. Non est tamen difficile quod placiditas peior efficiatur si alteri vitio misceatur ut si non solum propter placere et propter iocundam reddere societatem aliquis placidus fiat sed gratia lucri vel ut possit aliquem convictorem defraudare. Ad rationes respondendum est quod ipsa specialis est virtus et actibus omnibus distincta, quamvis licet omnes virtutes morales requirantur ad perfectam conversationem hoc est secundum diversos actus et circa diversa obiecta. Et licet in omni conversatione locum habeat ista virtus ipsa tamen non respiciat secundum actum virorum sed solum sermones et gestus quibus utimur in exercitio singulorum virorum actuum seriosorum. Ad aliam dicendum quod si in aliquo assimilatur amico, non propter hoc fingimus nec dicimus nos esse amicos. Si enim equus et asinus in aliquo consimili opere naturaliter conveniunt non fingit propter hoc asinus si exercet illud opus sed ille fingit qui cum amicus non sit se dicit amicum et per opera vel verba que propria dicuntur esse solis amicis se amicum esse designat. Et hec de questione etc.

Decimo septimo queritur utrum veritas sit virtus moralis.

Arguitur quod non, quia opus partis intellective non est virtus moralis, tamen contrarium non est oppositum quia virtus moralis pertinet ad partem appetitivam. Sed verum et falsum sunt opus intellectus ut dicitur 6° huius. Et confirmatur quia ibidem dicitur quod in mente id est in parte intellectiva est affirmatio et negatio, in appetitu enim prosecutio et fuga. Modo verum et falsum in affirmatione et negatione sunt 6° metaphysice. Ergo pertinet ad intellectum non ad appetitum. Item yronia que veritati opponitur non est vitium ergo neque veritas est virtus. Antecedens patet per Aristotelem dicentem qui autem moderate utuntur yronia et circa que non valde prompta et manifesta yroniçant gratiosi videntur. Ideo et dicit laudabile esse et non minus a vero declinare ideo quia magnanimus ut dicitur capitulo de magnanimitate utitur yronia ad multos et nullus virtuosus utitur vitio. Ideo yronia non videtur esse vitium. Item veritas in extremo consistit quia semper in altero contradictionis extremo, morales autem virtutes non sunt in extremo. Item et confirmatur quia hic contingat deficere vitiose tamen excedere non contingit, sed homo quanto magis dicit verum omni subtracto mendacio tanto magis est verax et virtuosus. Unde Aristoteles dicit per se autem mendacium pravum fugiendum, verum autem et bonum et laudabile. Virtus autem moralis non est nisi ubi contingit et excedere et deficere et utrobique vitiose. Oppositum vult Aristoteles. Sciendum est quod veritas non capitur hic prout veritatem secundum quod ens et verum convertuntur, nec pro adequatione intellectus componentis et dividentis ad ea de quibus componit et dividit quia hec pertinet ad intellectum non ad appetitum. Nec capitur pro adequatione sermonis significantis in significando ad rem significatam de qua fit sermo, quia nec talis veritas in appetitu existit. Et ita satis patet quod veritas hic non sumitur proprie propter quod hanc virtutem dicit Aristoteles innominatam esse scilicet nomine sibi proprio, sed tamen in 2° huius vocavit eam veritatem attribuendo sibi illud nomen ab obiecto.

circa quod ipsa versatur. Vel magis dicendum videtur ab opere quod circa suum obiectum operatur. Sermones enim et alii actus exteriores secundum quod designativi sunt rerum dispositionis in humanis bonis ut puta in nobilitate amicorum in habundantia divitiarum in excellentia habituum in intellectu in bonitate virtutum corporalium aut in hiis vel circa quecumque iactantia locum habere potest sunt obiectum illius virtutis et oppositorum sibi viciorum et forte non hec sola ut videbitur post. Actus autem istius virtutis est veritas que est adequatio sermonis et operum significantium ad res quas designant. Actus autem oppositorum viciorum sunt falsitates huiusmodi sermonum vel operum que consistit in fingendo maiora quam sint aut minora. Ex hiis ergo manifestum esse potest quod veritas prout est virtus moralis est habitus inclinans ad veram rerum designationem per sermones et alios actus exteriores prout ratio recta dictat. Vitia autem opposita ei sunt iactantia et yronia. Iactantia autem consistit in significando nobis inesse gloriosa que non sunt in nobis aut maiora quam sint vel ultra in excedendo circa hoc limites recte rationis secundum quascumque circumstantias. Yronia autem consistit in deficiendo circa predicta ab eo quod ratio dictaret recta. Ex hiis autem visis manifestum est quod iactantia est vitium secundum excessum si declaratum fuit quod circa dicta contingit excedere limites recte rationis. Similiter manifestum est quod yronia est vitium secundum defectum si declaratum fuit quod circa predicta contingit deficere ab eo quod recta ratio dictaret vel iuberet. Hoc enim totum patet ex terminis secundum ea que de quod nominis istorum habituum predicta sunt. Quicquid enim dissonat recte rationi sive secundum excessum sive secundum defectum vitium est. Declaranda sunt ergo duo predicta primo sic: Mendacium per se est pravum et fugiendum verum autem et bonum et laudabile sicut dicit Aristoteles et recta ratio prohibet omne pravum et omne bonum precipit et hortatur. Sed iactancia contingit mentiri et secundum excessum fingendo de se gloriosa que non sunt vel maiora quam sint ergo etc. Item hoc specialiter patet de iactatore quia quod est honorosum convictibus est dissonum recte rationi sed iactantia est huiusmodi propter honorositates superhabundantias esse sic dicit Aristoteles. Statim enim cadit in mente audientium quod tales iactatores velint alios sine meritis suis superexcellere in honore et hoc naturaliter displicet audientibus. Unde Tullius in libro de officiis reprehendit tales dicens: Turpe est de se ipso predicare presertim falsa et cum derisione audientium imitari militem gloriosum. Et subdit: Qui se ipsum laudat cito derisorem invenit. Yrones non ita sunt honorosi quia non se supra alios exaltant propter quod graciosi secundum mores videntur ut dicit Aristoteles. Tamen nulli dubium est quam turpe sit aperte et amplissime mentiri de se ipso secundum defectum. Si enim dicat clericus in sacris approbatus et notus se nichil scire se ignorantiorem esse beciano vel si dicat miles fortissimus et athleta se nichil posse nichil valere hoc videtur esse trufa et derisio. Ex hiis dictis manifeste concludi potest primo quod veritas est virtus moralis. 2o quod iactantia est peius vitium quam yronia. Primum patet quia circa omnia agibilia humana circa que contingit operari bene et virtuose secundum medium rationis circa talia virtute indigemus inclinante et determinante nos ad medium tenendum sicut sepius ante dictum fuit. Sed dictum fuit quod circa sermones et actus exteriores ut sunt designativi rerum dispositionis errare contingit et secundum excessum et secundum defectum ergo circa ea indigemus morali virtute et illam vocamus veritatem ergo etc. Secundum patet primo ut dictum est iactantia est magis honorosa convictibus. 2o quia communiter provenit ex peiori motivo scilicet ex inordinato appetitu lucri vel honoris que superbie vel avaricie appropinquat. Yrones autem ut dicit Aristoteles magis sunt fugientes molestium et tumidum. 3o quia magis distat a vero, eo quod minus in maiori includitur non autem maius in minori. Unde sic dicitur post: alii yronizare contingit sine mendacio. 4o sicut dicit Albertus quod iactantia pluribus fit et magis difficulter convertitur. Innatum enim homini est ad

alta ascendere et magna de se presumere. Est tamen sciendum quod aliquem quando in moribus fingere contingit ad dolose decipiendum vel circa se astute et sagaciter extollendum propter condignum, et hec yronia iactantiam includit aut etiam aliam peiorem maliciam et peior est quam iactantia et ipsa vocatur ypocrisis. Et de hac dicit Aristoteles: Et etiam superhabundantius et valde defectus iactantium. Sed dubitatur utrum veritatem dicere contingat aliquem peccare contra illam virtutem. Ad quod breviter dicendum est quod multipliciter et sepe prave contingit veritatem enuntiare potest enim homo sepe nocere non solum malis sed etiam bonis. et exempla multa dari possent, sed non est vis quia ipse notum est unicuique. Etiam qui propria bona facta sepius et omnibus exclamaret reputaretur iactator. Nunquam ergo mendacia sunt dicenda nec quoque vera nisi cum debitarum observatione circumstantiarum scilicet quare et quando et ubi et quibus et quomodo et sic de aliis. verum enim in medio rei est Sed oportet servare medium rationis. Igitur dicendum est quod principales rationes. Ad primam apparuit in positione quod veritas proprie sumpta non erat virtus. Ad aliam dicendum est forte quod yronia dupliciter capi potest uno modo in dicendo non esse quod est aut non tantum esse quantum est et hec est mendacium et sic pravum. Alio modo in dicendo minus quam sit non tamen excludendo maius ut si vir multis insignitus amicis magnus dicat aliquos habeo magnos amicos et sic non est mendacium et de tali yronia potest exponi auctoritas allegata. Etiam dici potest de magnanimo quod Aristoteles dicit ipsum uti ad multos non yronia. sed yronia autem mendacium non excludit sicut dicetur post. sed yronia includit mendacium saltem secundum primum modum predictorum. Ad aliam dicendum est quod veritas est in medio duarum falsitatum scilicet eius qui dicit esse quod non est, et eius qui dicit non esse quod est. Sed adhuc dictum est quod circa ea contingit accipere medium rationis et extrema etc. Et hec de questione etc.

Decimo octavo queritur utrum in omni mendacio sit peccatum. Arguitur quod non quia poete boni morum intendentes sepe mentiuntur proferentes scienter fabulas falsas et tamen non peccant sed bene agunt et meritorie. Oppositum quia mendacium dicit Aristoteles non ipse pravum et ipse presupponit de omni primo posteriorum. Videndum est primo quid per mendacium intelligi debeat. Non enim omne falsum est mendacium. Sic enim omnes maxime philosophi et philosophiam profitentes censentur sepissime mendaces, quia sepe deficiunt in suis rationibus et asserunt falsum. Si namque duos quos credideris ut rectos esse sapientissimos considerabis, videbis eos in pluribus opinionibus oppositis, et ita multa dicit falsa saltem unus si non ambo. Nullos tamen ob hoc illos mendaces dicit. Ideo diffinit Augustinus mendacium quod est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. Forte tamen largius accipitur mendacium in proposito scilicet non solum sed quod in voce consistit sed in operibus dicente Aristotele de veridicis aut falsidicis dicamus similiter in sermonibus et operationibus et fictione sicut ostendit Eustachius. Mentiri contingit tam in verbis quam in factis fingendo que non sunt. Est ergo mendacium falsa significatio vocis vel operis cum intentione fallendi. Et verbum fallendi potest exponi dupliciter. Uno modo fallendi id est falsum dicendi et sic mentiri idem est quod contra mentem ire. Alio modo fallendi id est decipiendi et fraudandi eum vel eos quibus talia significamus. Mentiri ergo est idem quod dicere falsum in fraudem. et illud mentiri se habet ad precedens sicut inferius ad superius. Mendacium ergo communiter sumptum dividitur primo in simplex mendacium et periurium. Est autem periurium mendacium per iuramentum illatum. Et utrumque mendacium quatuor species habet. Est enim mendacium iocosum, et officiosum et mendosum et perniciosum. Iocosum quod fit causa dandi solacium. Officiosum quod fit in bonum alicuius et nulli potest nocere ut si iratus homo super amicum tuum innocentem tenens gladium in manu volens eum occidere dicat: est ne talis in camera tua. te autem mentiente dicente quod non. ille recedet et salvabitur amicus, te autem dicente quod sit aut etiam tacente franget ille cameram tuam et interficiens homicida interficiet amicum

tum. Tale autem mendacium esse officiosum. Mendacium autem mendosum est quod ex solo appetitu mentiendi fit et non alterius gratia. Mendacium autem perniciosum est quod fit in fraudem alterius. Ad hunc addit tertius modos aliqui duos apponunt mendaciorum modos scilicet yronicum et poeticum. Yronicum ut si pater filium de aliquo malefacto reprehendens dicat: O quam tu bene fecisti, tu es valde bonus puer, qui dicat: tu male fecisti, tu nihil vales. Poeticum ut quando poete fingunt bruta loqui vel inanimata. Sed putandum est quod illa non sunt mendacia. Nam yronicus sermo licet ex impositione verborum significaret aliud quam sit in re aut etiam quam aliud quod sit in mente proferentis, tamen ex modo proferendi et propter materiam subiectam significat oppositum, scilicet significat et sicut est in re et sicut est in mente proferentis. Unde si pater dicit: O quam tu bene fecisti, vult intelligi hoc significare quod male, et hoc etiam filius capit ex verbis patris. Ille autem sermo significat ut maneque cuius constituat intellectum. Sermo vero poeticus non exprimitur ad significandum quod ita sit, nec audientes credunt esse ita sicut sermo secundum propriam impositionem pretendit. Sed sermo poeticus exemplariter profertur ad facilius intelligendum id quod intendit asserere et docere, et hoc satis patet per Esopum in sua poetria dicentem. Et propter hanc causam utimur in docendo exemplis ut facilius intelligatur quod dicitur propter hoc quod in omnibus est demonstratio vel delectatio ymaginationis. Respiciet ergo anima perfectius propria secundum delectationem suam quam habet in exemplis. Licet autem dicti mendaciorum modi sint, multi dicentes etiam in simplici mendacio dicit quidam quod omne mendacium est pravum propter tria. Primo quia perversitatem includit. Secundo quia iniquitatem. Tertio quia inhumanitatem. Primum sic patet: uti re ad oppositum sui finis ad quem naturaliter et per quos divinitus ordinata est, pervertere est ordinem divinitus institutum. Sed hoc ita fit in omni mendacio, quia sermo datus est hominibus, sicut dicit Aristoteles primo rethorice, per naturam, quia nihil frustra facit, ad significandum veritatem de delectabili vel tristi, conferenti vel nocivo, iusto vel iniusto, et ubi bono vel malo. Abutimur ergo sermone et ordinem nature pervertimus si in falsum utimur eo. Secundum sic declaratur. Iniquitas dicitur ab in quod est non et equitas, quia non equitas ubi equalitas debet esse secundum rectum ordinem nature, licet inequalitas appareat in iustitie secundum nomen propter usum. Sed in mendacio est inequalitas sermonis significantis tam ad conceptum mentis quam ad rem de qua fit sermo, inter que tamen debet esse vera equitas tanquam inter signum et signatum. Voces enim naturaliter imposite sunt ut sint intellectus signa conceptuum et ut sic mediantibus conceptibus signa rerum. Unde primo perihermeneias: Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum note, id est signa. Anime autem passiones sunt rerum similitudines. Item quod penes eum videtur inequalitas est inter intellectum et voluntatem. Intellectus enim indicat unum et voluntas nititur ad exprimendum contrarium. Tertium vero sic patet. Inhumanum est proximum facere deteriorem. Sed qui mentitur facit audientes quantum in ipso est deteriores. Bonum enim hominis consistit in intellectu et voluntate. Bonum autem intellectus vel est veritas, ut apparet 6° ethicorum, propter quod falsitas est malum eius. Mentiens autem quantum in eo est audientis intellectum informat falsitate, ergo et cetera. Alii autem bene concedunt quod omne periurium est peccatum, quoniam si per deum iuramus aut per fidem nostram aut per sanctos, nos assumimus eos et invocamus in testimonium dicti nostri. Et si ita dictum nostrum fuit falsum, nos assumimus eos tanquam falsos testes, quod erit eis iniuriosum. Item si iuramus per corpus nostrum vel per animam nostram, sensus est quod ipsum vel ipsam obligamus si non est ita sicut asserimus, quod iterum est periculosum. Secundo etiam concedunt quod mendacium omne perniciosum est peccatum, quia iniustum est sicut de se patet. Tertio etiam concedunt mendacium mendosum esse peccatum, quia verum secundum se ipsum amabile et falsum odibile. Tamen verum sit bonum partis intellective, sicut dicitur in 6°, propter quod vitiosi est appetitus qui delectatur in falsitate secundum se ipsam et propter se ipsam. Adhuc etiam concedunt mendacium iocosum esse vitium, quia cum dictum sit quod verum secundum se ipsum sit laudabile, bonus simpliciter magis habet solatium in dictis veris iocosis quam in falsis. Solatia autem vitiosa sunt que in malis secundum suam maliciam existunt. Sed magis dubitatur de mendacio officioso

ut in exemplo predicto. Si enim tale mendacium sit vitiosum hoc non est quia noceat audienti, prodest enim sibi quoniam
per mendacium quod affert sibi modicum malum ipse evitat magnum malum secundum Horatium. De duobus autem malis minus
malum est eligendum quoniam minus causam boni est quo repellitur magis malum, nec videtur vitiosum quia perfectionem infirmat. Non
enim infirmat eam secundum intellectum quia secundum illum nec licet de re concepta. Nec infirmat appetitum quia in appetitu non est unum
neque falsum nec videtur vitiosum quia inequata sit vocis rei. Oppositum enim est causa. Erat enim intelligens amicum esse in
camera secundum voluntatis hoc vult, et dato quod hoc non vellet sed magis vellet eum esse in aliquo loco tutiori, aliquo
non propter hoc errat voluntas. Ratio est quia iudicat falsum esse. Dicendum quod voluntas hoc vult nec videtur vitiosum ex
eo quod non est adequatio vocis significantis ad conceptum vel ad rem. Hoc enim non est malum rei significate
si significatum est falsum. Nec est malum vocis cum ipsa secundum se non sit magis determinata ad hoc significandum quam ad eius oppositum
et sic non apparet realiter aliqua pravitas. Et si natura dedit nobis principaliter sermonem ad significandum veritatem
conceptus, tamen eo licet uti aliter in casu. Sicut equum quem dedit nobis natura ad equitandum possumus in mare
tempore periculi. Non ergo videtur magnum perditum nature si sermone nobis dato utamur ad id quod nobis utile
videtur. Adhuc autem si tale mendacium sit vitiosum hoc non videtur nisi ratione appetitus appetentis vel imperantis
sed appetitus non videtur prave appetere nec imperare, nisi id quod imperat vel appetit est natum inferre malum
aliquod aut anime aut alicui potentie eius aut corpori aut alicui alteri. Sed sermo falsus in casu predicto nulli
videtur esse malus ut inductum fuit igitur etc. Secundo in Aristoteles dicit 3° huius quod quandoque laudatur quis turpe vel triste
aliquid sustinet pro magis bonis. Non de vitio nullus est laudandus. Et si dicatur Aristoteles dicit quod mendacium
est per se pravum et fugiendum et per se supponit de omni post posteriorum. Potest dici quod per se in demonstrationibus
certissime dicit de quibus illo loco loquebatur Aristoteles supponit de omni. Sed in naturalibus demonstrationibus et magis
in moralibus sufficit quod sit in pluribus. Et contrarium ostendit bene 2° celi in fine quia accidentium naturalium quedam
sunt separabilia et quedam non. Et accidentia naturalia sunt accidentia per se etiam per naturam insunt quod est de substantia rei. Si
tamen nos concesserimus quod mendacium sit turpe per se ipsum ita quod ab ipso sit inseparabilis turpitudo propter deforme
esse per prius quod est sincera veritas ex quo videtur quod omne mendacium se ex opponit. Dicendum quod numquam erit
opportunitas mentiendi. Non enim mala facienda sunt ut eveniant bona propter quod Aristoteles 6° huius capitulo de
eubulia dicit quod in inquisitione consiliativa contingit non bene sillogizare ut propter sibi pravum assumere finem ut
propter medium esse pravum ad bonum propter quod non est eubulia ut dicit secundum quam quod oportet quidem adipiscatur non quidem
per quod oportuit. Et puto quod illa via est tutior et Aristoteles multum extollebat veritatem super amicitiam primo huius.
Et idem fecit Plato et alii plurimorum philosophorum. Quod autem dicit Aristoteles 3° huius quandoque laudantur qui turpe aliquid
operantur pro magnis bonis debet intelligi non de turpitudine vitiosa sed ignominiosa tamen ut si quis patitur
ipsius et amicorum suorum in modus maledictus portans integrum in manu emendam offerat inimicis. Nec valet inductio
facta superius quoniam licet talis sermo sit utilis multum audienti tamen ex eo infirmatur anima perfectio et quantum ad
partem rationalem iudicantem id oportere secundum mentiri quod numquam est. Et quantum ad appetitum eligentem medium pravum
ad finem bonum quod numquam est faciendum. Verum est tamen quod inter cetera mendacia minimum est mendacium officiosum et est
de hiis in quibus venia est et non laus. Et hic occurrit dubium utrum omne mendacium peccet contra virtutem illam
quam Aristoteles vocat veritatem. Ad quod dicendum communiter quod non. Sed mendacium iocosum contra eutrapeliam, mendacium perniciosum
contra iustitiam, mendacium amasiorum contra temperantiam, quoniam sicut dicitur 3° huius finis operis est quem sui habitum determinat eum
unumquodque fine propter quod et dicitur 4° huius quod qui dat non boni gratia sed propter quamdam aliam causam non liberalis sed aliquis
quis dicitur. Et in 5° huius dicitur Si hic quidem lucrandi gratia mechatur et accipiat. Hic autem apponens et

iacturam faciens propter concupiscentias iste quidem luxuriosus uidebitur utique magis esse quam auarus ille autem iniustus luxuriosus autem non est. Item aristoteles de illa uirtute determinans scilicet de ueritate et de uitiis oppositis excludit uerum quod spectat ad iusticiam dicens. Non enim de uidico in confessionibus dicimus neque quecumque ad iusticiam uel iniusticiam contendunt alterius enim huius erunt uirtutis. Sed in quibus nullo tali differente et in sermone et in uita uerum dicit eo quod talis est secundum habitum. Item illa uirtus est inter iactantiam et yroniam que non habent locum circa omnem materiam circa quam contingit et uerum dicere et mentiri, ergo non omne uerum spectat ad illam uirtutem nec omne mendacium oppositum. Alii autem dicunt oppositum primo quia aristoteles determinans de uitio quod spectat contra illam uirtutem in excessu ponit plures modos maiora autem existentibus fingens nullius gratia per uanum quidem assimilatur non enim utique gauderet mendacio uanus autem uidetur magis quam malus. Et hoc idem uidetur pertinere ad mendacium mendosum. Deinde dicit Si autem gratia alicuius quod quidem glorie uel honoris non ualde uituperabilis ut iactator. Ecce quod ille modus uidetur pertinere ad maliciam magnanimitatis uel phylotomie et uitiorum sibi oppositorum. Deinde addit quicumque argenti uel quecumque in argentum deformior, ecce quod ille modus spectare uidetur ad auariciam contra quam uidetur et malus. Item non possibile bene assignare contra quam uirtutem peccaret mendacium offitiosum ut in perius dictum est, quia non apparet contra quam aliquam uirtutem nisi contra illam quia neque iactantia est in tali mendatio neque yronia. Item mendacium mendosum potest esse de rebus extraneis que non sunt materia alicuius alterius uirtutis. Nec etiam spectat ad iactantiam et yroniam ergo non uidetur contra quam uirtutem peccaret tale mendatium. Item uirtutes sunt adinuicem connexe 6o huius. ergo non esset temperatus qui propter lucrum mecharet non ergo uidetur inconueniens in eodem opere plura concurrere uitia in diuersis uirtutibus opposita sed unum sit principalius gratia cuius alia concurrunt dicet ergo quod solum mendatium mendosum est illud quod per se spectat contra istam uirtutem. omnia autem alia mendatia sed quia mendatia sunt peccant contra istam uirtutem. Sed non in quantum sunt gratia alterius. peccant enim similiter et principalius circa aliquam aliam uirtutem unde dicit aristoteles de illo qui habet illam uirtutem. Videbitur autem utique ille moderatus esse amator ueri et in quibus non differt uerum dicens et in quibus differt adhuc magis. Nec uident concludere rationes ad oppositum adducte. Ad primam enim dicitur potest quod cum in eodem opere plura uitia concurrunt principalis denominatio est ab illo modo cuius gratia fit. hoc tamen non obstante alia sunt ab eo distincta formaliter. Ad aliam dicendum est quod aristoteles excludit uerum pertinens ad iusticiam non quia spectet ad illam sed quia principalius ad iusticiam. Ad aliam dicendum quod istam uirtutem posuit aristoteles iactantiae medietatem quia mendacia mendosa que precise peccant contra illam uirtutem sepius sunt circa materiam circa quam contingit iactantia et yronia quam circa aliam materiam. Non tamen excludere uolebat aliam materiam unde postea non solum sed excessum opposuit isti uirtuti iactantiam sed etiam mendatium quod nullius gratia fit et quod fit argenti gratia. Et hec de questione.

Decimo nono queritur utrum.

Eutrapelia sit uirtus Arguitur quod non quia est circa ludos circa quos nulla uidetur esse uirtus moralis propter plura quia omnis ars et uirtus sunt circa difficile 2o huius. Sed ludere non est difficile quia ludere sciunt et bruta et pueri Item omne opus uirtutis est felicitatis uel ad felicitatem ordinatur, ludere autem non est felicitatis ut notum est, nec ad felicitatem ordinatur quia dicitur 10o huius, quod actiones ludi non ordinantur in aliquid aliud. Item ludus est opus intemperati et mollis 7o huius hoc autem non est uirtutis. Item sequeretur quod magis esset uirtuosus qui melius sciret ludere, et sic ystriones essent ceteris uirtuosiores. Item uidetur dicere aristoteles quod ludi sunt decori forte ridiculo et cum uitio hec autem omnia sonant in malum Item circa illud non est uirtus moralis circa quod non contingit praue excedere et praue deficere cum uirtus in medio consistat duarum maliciarum

Sed primo videtur quod in ludo non sit pravus excessus quia histriones maxime superfluunt in ludo quia quasi totam ico con-
sumunt vitam suam et tamen non peccant in hoc probatio quia etiam homines peccarent qui eorum ministerio uterentur, aut ipsis
aliquid largirentur tamquam fautores peccati quod non videtur esse verum. Item ludus actu non videtur esse peccatum sed excessum
quod excusat a peccato. Unum enim peccatum non excusat alterum ergo quod dicitur est 3o huius peccantes ex ebrietate
esse dupla pena puniendos esse sed ludus excusat a peccato, quia multa si fiunt seriose graviter puniuntur
que facta in ludo etiam non reprehenduntur. Item videtur quod defectus ludi non sit vituperabilis quia ad operationem vir-
tutis non nocet immo requiritur mentis maturitas, que vel excludit ludum vel cum non requirit, cum ludus in
quadam mentis vacatione consistat. Oppositum ponit Aristoteles. Primo videndum est quod contingit defectum ludi esse
vitiosum. 2o quia etiam contingit excessum esse pravum. 3o ex hoc concluditur quod eutrapelia est moralis virtus
Primum sic patet quia sicut experimur post quam sit per longam et continuam operationem corporis exteriora membra laxantur
ergo quod indiget requie corporalis sensus autem nostri longe vigilie usu laxantur ergo quod indiget sompno quo
ab opere quiescant. Ita et secundum longam et studiosam actionem interiore virtutes interiores animales laxantur
ergo quod requies est eis necessaria. Nam sicut dicit Aristoteles in de sompno et vigilia, quorumcumque est aliquod opus sed nam
quanto excesserint tempus in quanto possunt aliquid facere vel aliquid eorum que possunt tempore facere necesse deficere. Huic
autem lassitudini que fit per attentionem studiosam remedium non est quies corporis, quoniam et quiescente corpore
talis potest aggravari lassitudo. Nec huic remedium est sompnus. Remediat enim sensibus exterioribus et non
quantumcumque interiori actione lassatis. Immo expertum est quod cum diligentia studere solet quod non statim possunt
uti bene sompno sive sompniis mirabilibus aliquando terribilibus propter ymaginative commotionem, oportet igitur tali laxitu-
dini remedium esse sibi conveniens. Sic igitur laxamentum per profundam mentis attentionem qua spiritus animales in
organis virtutum interiorum commovetur et resolvuntur. Ita oportet quod per mentis diffusam vagationem reducantur
mens autem interior maxime vacat circa ludos ergo quod ludi sunt utiles homini sic dicit Albertus ne sibi
mens efficiatur inutilis. Et hoc iterum patet quia deus et natura nichil faciunt frustra primo celi. Nam non dedis-
set nobis tantam inclinationem ad ludos nisi nobis in aliquo profuissent. Ex quibus manifeste apparet
quod aliquando pravum contingit deficere circa ludos, et nunquam patere potest quod quibusdam non est detestandum qui se
volunt esse quasi tristes sine solatio. Nonnumquam est cum eis facile conversari. De hoc satis loquitur Seneca in libro de
tranquillitate animi dicens. Sicut fertiles agros exhauriret numquam intermissa fecunditas. Ita animorum impetus
assiduus labor frangit. Vires recipient paululum resoluti et remissi. Nascitur enim ex assiduitate la-
borum animorum hebetatio quedam et languor. Nec ad hec tanta hominum cupiditas tenderet, nisi naturale quandam
voluptatem haberet ludus. Et addit. legum conditores festos instituerunt dies et ad hylaritatem homines pub-
lice congregerent tamquam necessarium laborantibus interponentes temperamentum. 3o potest videri quod excessus in
ludo est multipliciter vitiosus. Primo quidem sicut vigilia nobilior est sompno et finis eius Ita operationes serio-
se et attentiones studiose nobiliores sunt mentis vagatione et ludicris operationibus et sunt tamquam fines
earum. Igitur stare multum in ludo est tempus amittere, et operibus melioribus ludi finem debitum auferre, et per consequens
auferre quod bonum intentum erat hic. Nichil enim est bonum nisi propter causas finales contra 2o methaphysice. Unde Sene-
ca de tranquillitate animi dicit. Ludi totiens frequens usus omne animi pondus omnem quod vim eripiat. Nam
et sompnus refectioni necessarius est, tamen hunc si die noctique continues mors erit. Multum interest utrum re-
mittas aliquid aut solvas. Et Tullius de officiis primo. Ludo autem et ioco uti quidem licet sed sicut
sompno et quietibus corporis tunc videlicet cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus. Item etiam ludos

quidem relatio est ille conceptus respectiuus quo anima refert uel concipit hunc ad
illum. Et si hoc concedatur tunc est 3a opinio tota uera. Ista autem et quorum magis
uidentur insequi modum loquendi prime opinionis saltem in terminis illius quorum
cum ipsi sub nominibus abstractis concedant materiam esse potentiam et deum esse primum
et similiter materiam et formam esse naturam et materiam esse substantiam ipsam tamen esse principium et per

consequens ipsam esse potentiam aut activam aut passivam. Io etiam illum modum loquendi teneamus. Nunc autem iterum ab alio principio incipientes dicamus quod tam potentia activa quam passiva quandoque dicitur propinqua et quandoque remota. Dicitur autem propinqua quia sine qualitate media disponente ipsam ad agendum vel patiendum agit vel patitur. Remota autem est quando non agit vel patitur nisi mediante qualitate aliqua disponente ipsam ad agendum vel patiendum. Verbi gratia materia prima est in potentia propinqua ad illas formas substantiales quas immediate potest recipere. Sed ipsa non est in potentia propinqua ad illas quas non potest immediate recipere sed mediantibus prius dispositionibus ut ad formam carnis aut vini. Verum est tamen quod aggregatum ex materia et dispositionibus sufficientibus ad actualem forme receptionem dicitur in potentia propinqua ad illam formam sed non materia circumscriptis dispositionibus. Sic enim in agentibus intelligentia enim secundum aristotelem esset in potentia propinqua ad movendum celum. Ignis autem vel eius substantia per se acceptus non est in potentia propinqua ad calefaciendum sed mediante calore. Propter hoc ergo si actio et passio sic proprie agat et patiatur tamen ipse non solum dicuntur potentie active et passive sed etiam qualitates disponentes eas ad agendum vel patiendum dicuntur potentie et sic potentia est de secunda specie qualitatis. Notandum est tamen quod sicut in substantia tamen quantitas illa secundum rem illam absolutam dicitur potentia sed secundum illum respectum ad illam actionem vel passionem ad quam disponit. Possumus ergo dicere quod caliditas est potentia seu virtus ignis ad calefaciendum sicut dicimus quod substantia ignis est ad hoc potentia remota. Descendendo ergo ad propositum de anima. Sciendum est quod licet possit aliquas suarum operationum immediate exercere tamen non potest omnes. Verbi gratia si ponamus in homine solam formam substantialem scilicet animam intellectivam qua licet corpus humanum informetur tamen sic abstracta est quod est non educta de potentia materie seu subiecti nec extensa eius extensione propter quod etiam non indiget ullo organo corporeo ad suas operationes principales puta ad velle et intelligere tamen ipsa ad alias operationes exteriores indiget organo corporeo et etiam dispositionibus qualitativis organi. Indiget enim oculo ad videndum aure ad audiendum pedibus ad ambulandum et sic de aliis. Dico ergo primo quod preter qualitativas dispositiones mediantibus quibus anima suas exercet operationes nulle sunt anime potentie que sint res ab anima aut ab invicem distincte preter conceptus quas frustra poneretur sicut prius arguebat. Dico tamen secundo quod potest huiusmodi qualitativas dispositiones potentias vocare que attribuuntur anime in ordine ad quoscumque diversos actus ipsi sunt diverse secundum rationem quia potentia non intelligitur nisi ad actum propter quod necesse est ratione actus eadem in ratione potentie. Et hoc aristoteles expresse declarat nono methaphisice unde dicit quod potentiale diffinitur per hoc quod est contingere actum eius puto dico edificatorem potentem edificare et speculatorem potentem speculari et visibile potens videri. Eadem autem ratio et in aliis quia potentia ad alium et alium actum aliam et aliam habet diffinitionem licet quod

eadem res omnino secundum modum loquendi prime opinionis sit potentia vo
litiva et potentia intellectiva hoc est dictu Est intellectus et voluntas sicut ipsa anima
tamen secundum diversos conceptus dicitur intellectus et voluntas secundum diffinitio quidditativa
cum diffinitio debeat explicare conceptum sui diffiniti Est enim voluntas
qua volumus Et intellectus quo intelligimus propter quod voluntas et intellectus
idem sunt secundum rem et differunt secundum diffinitionem rationem Et est simile
ei quod de motu actione et passione dicitur 3° phisicorum Secundum quantum ad modum loquendi 2e
opinionis quod potentia volitiva et intellectiva sunt idem secundum se ipsa quantum ad
rem que est fundamentum relationum quas importat potentia volitiva sive vo-
luntas et potentia intellectiva sive intellectus utrobique enim fundamentum
est anima differunt tamen secundum rationem sive secundum diffinitionem quantum ad ipsas relatio
nes quia ille sunt in anima essentiales et realiter distincte Et sciendum est quod non
solum potentia intellectiva et volitiva circumscriptis qualitativis dispositionibus
ad volendum et intelligendum si alique sunt et circumscriptis conceptibus sunt
idem ymo etiam potentia intellectiva potentia sensitiva et potentia vegetativa
et iterum potentia visiva auditiva generativa nutritiva idem sunt isto modo et ad animam
et ut se habet ad operationes istarum potentiarum exercendas alie et alie
qualitative dispositiones exiguntur unde si oculus esset talis in pede qualis est in ca
pite quantum ad qualitativas dispositiones nos utique oculo pedis videre
mus sicut nunc videmus oculo capitis utrique enim per totum corpus est anima substantia que
innata est omnem suam operationem exercere ubi fuerint organice dispositiones
ad hoc requisite Si ergo potentias anime capiamus pro qualitativis dis-
positionibus quibus anima vel compositum ex anima et corpore disponitur ad cor
diversas operationes exercendas dicendum est quod in ultimo sic autem potentie que
absunt et ab anima sunt realiter distincte Quis enim dubitat quin
ille sint requisite dispositiones in oculo ad videndum in aure ad audiendum
quin etiam aliquae requirantur ad generandum vel ad augmentandum que non requirun
tur ad nutriendum propter quod homo nutritur et augetur antequam possit generare et nutritur
etiam postquam etiam augmentari amplius non possit Et sic intelligitur quod embrio primo
vivit vita plante quam vita animalis licet anima sit eadem secundum quam vivit ~~vita plante~~
ante et post sed quia primo habet qualitativas dispositiones requisitas ad nutritionem et
augmentationem quam habeat requisitas ad sensationem Sed ut magis distincte loquamur
videtur esse dicendum quod anima in suis principalibus operationibus non utitur organo
corporeo sed in velle et intelligere nisi ministrative In aliis autem indiget organo cor
poreo puta in sentire et appetere in vegetari et secundum locum moveri et huiusmodi Ubi
ergo anima organo corporeo indiget est satis manifestum quod ipsa non potest in opus sui
determinatis dispositionibus qualitativis Sed de velle et intelligere sive de compositione in
tellectus et voluntatis aliqui dicunt quod anima seipsa est potentia volitiva sive voluntas

pr ut tamen respectiue concipitur ad actum uolendi. Alii autem dicunt quod anima non
se ipsa in precise sicut informata est iudicio de bonitate uel malicia rei uolibilis potencia
uolitiua siue ipsa uoluntas. Et isti non sunt contrarii sed concordes. Et utrique uerum
dicunt. Sed primi loquuntur de uoluntate pro remota potencia ad uolendum. Se-
cundi autem intelligunt de uoluntate pro propinqua potencia ad uolendum. Sed contra hoc
aliqui obiciunt per hoc quod omnes communiter dixerunt uoluntatem non cognoscere sed cecam
esse quod non esset uerum si esset idem quod anima uel si esset idem quod anima cognitione et
iudicio informata. Ad hoc respondendum est breuiter quod uoluntas non dicitur quia non
sit idem quod anima potens cognoscere uel iudicio informata secundum racionem sed respectu
secundum quem anima dicitur uoluntas siue potencia uolitiua non est cognoscitiua sed ad
ulteriorem actum scilicet ad uelle. Eadem ergo est res que dicitur cognoscitiua et non uolitiua
secundum respectum ad actum cognoscendi. Et eadem est res que dicitur uolitiua et non
cognitiua secundum respectum ad actum uolendi. Alii autem de hoc alio modo opinan-
tur et dicunt quod omnes forme generabiles in ipsa materia preexistunt in ipsa materia in potencia et in actu
in primo motore sicut dicit commentator in xii metaphysice commento xviii. Putant ergo isti quod dicte for-
me sic in materia et in deo preexistentes habeant eandem distinctionem abinuicem ex natura rei preter
mentem omnem nostri intellectus operationem quam quidem distinctionem non dicunt esse realem
secundum quidditatiuam uel formalem. Et iste quidditates seu formalitates
in deo existentes sunt ille ydee quas plato posuit que sunt actiue omnium formarum
que in materia fiunt et exemplaria ipsarum rerum sensibiles nihil sunt nisi imperfectum
sunt quedam participate similitudines primi entis scilicet ydearum in ipso contentarum. Ita
etiam et in materia continentur quidditates omnium huiusmodi formarum non quidem actiue et
modo formali et perfectissimo sed passiue et modo potenciali et imperfectissimo. Et per huiusmodi
quidditates in materia existentes extrahuntur ab intrinseco de ipsa materia diuerse forme per
generationem. Et si non esset ita aduentus forme in materia esset creatio sicut aduentus
anime rationalis in corpore aut gratie in anima uel creatio. Dicunt enim plures istorum quod deus
sic intelligit istam infinita distincta quia in eo distinctionem habet dicto modo sed non realem. Et
hoc dicunt sensisse auctorem de causis cum dicit omnem intelligentiam esse plenam formis. Ad
idem etiam reducunt dictum aristotelis in libro de sensu et sensato cum dicit. Ad ea enim que generantur alta et
particularia alterum genus ad utrumque appropinquatur siquidem secundum similitudinem quidditatis
et proprietatem cognitiuo ipsius existit hoc enim non conueniens quoniam sicut forme corporales habent se
ad materiam et ad primum ita forme intellectuales ad intellectum possibilem et agentem. Istud autem est
magis difficile quam pertineat ad istam scientiam, ideo solum dicimus quod non oportet ita ponere si sufficit
sunt ad omnia saluanda quod forme materiales creantur ad illud esse quod habent in deo et
omnia predicata que deo attribuuntur sint idem penitus in deo et dicuntur apud nos
secundum rationem. Unde non oporteat derogare simplicitati diuine et fingere dis-
tinctionem preuenientem actum considerandi quam forte non audentes realem nominare
nominant formalem. Sed tamen ex natura rei melius esse uidetur tenere contrarium quantum ad istud in xii metaphysice

9[us] 3[o] dicentem sic in eis' autem que sunt forma non in ania' dispo' et dispositum redu
cuntur ad unum in ee' et duo in consideratione Et paruz post d[icit] Cum autem fuerint co
siderata dispositio et dispositum in reb[us] que non sunt in ani' tunc reducunt[ur] ad una'
intentione' omnib[us] modis et nullus modus est quo predicatum distinguat[ur]
a sub[iect]o et dispo[si]to esse intellectum s[ed] in essentia rei etc' Et subd[icit] q[uod] mag[is] d[icitu]r e[ss]e in[ter]
ea que dicu[n]t[ur] in ee' et intellectu tantum Et conclud[it] finali[ter] multiplicitas q[ue] no'
in deo e' nisi in intellectu d[icitu]r non ee' Et si non oportet in deo tale' ponere
fictiua' distinc[tionem] u[idetu]r q[uod] nec in ania' po[ss]um dicat q[ui]a tectum sine ea saluari licet
ibi Igitur uidet[ur] sat[is] ex dict[is] appare' quid d[icen]d[u]m sit ad r[ati]o[n]es in principio q[uestio]nis
adductas Prime enim r[ati]o[n]es arguu[n]t q[uod] potentia anime p[ro]p[ri]e no' sit p[re]ter
animam res alia a suo fundame[n]to Alie autem preter ultimam arguu[n]t de pot[enti]e
q[ua]s anime pro qualitatib[us] dispo[siti]onib[us] ad diuersas anime operationes Ad
ultimam p[otes]t dici q[uod] t[er]mi[n]os diuersorum p[re]dicator[um] non op[or]t[et] significare ad esse diuersas
res S[ed] sufficit conceptum tal[is] diuersitatis secundum quos t[er]minum diuersos h[abe]re
aut mo[dos] predicandi de s[u]b[iecti]s demonstrat[ur] Unde sicut consuetu[m] e' dice' q[uod]
essentie p[redica]tor[um] sunt p[ro]p[ri]e ue[l] quidditates & d[ici]mus intellig[er]e p[er] e[ss]entias
uel quidditates quidditatiuas r[ati]o[n]es Vel secundum aliud modum dice'
di dicer[et]ur q[uod] non omnia p[re]dica sunt res esse s[ed] aliqua p[ossu]nt significare in ania'
existentes possi[bi]l[iter] de rebus esse predicatum denominatiue etc' finis q[uestio]nis

Vndecimo queritur utrum sci
entificum quo anima speculatur n[ecessari]a et ro[ti]natiuum quo ipsa
ratiocinatur cir[ca] contingentia sint diuerse pote[n]tie seu partes
anime Arguitur q[uod] non sicut thomas arguit q[uia] p[hilosophus] in 3[o] de
anima distinguit intellectum in duo s[cilicet] in agens et po[ssibi]le et dicit q[uod] agens e'
quo e' omnia facere et po[ssibi]l[i]s e' quo e' omnia fieri utr[u]m[que] g[ito] ipsor[um] ad omnia se h[abe]t
Esset g[ito] contra r[ati]o[n]em utriusq[ue] intellectus si alia pars anime esset que intelli
geret n[ecessari]a et alia que intellig[er]et contingentia Preterea ue[rum] n[ecessariu]m et ue[rum] conti[n]
gens uidentur se h[abe]re sicut perfectum et imperfectum in genere ueri Eadem
aut[em] potentia cognoscim[us] perfecta et imp[er]fecta ut eodem uisu lucida et
tenebrosa multo g[ito] mag[is] eadem po[tentia] intellectiua cognosc[itu]r n[ecessari]a et conting[enti]a
Item ulterius se h[abe]t intellectus ad intelli[gibi]lia q[ua]m sensus ad sensi[bi]lia quanto enim aliq[ua]
uirtus e' altior tanto e' mag[is] unita Sensu aute' uisus percipit & incorrup
tibilia s[cilicet] celestia & corrup[tibi]lia s[cilicet] inferiora quib[us] p[ro]portionabili[ter] r[es]p[on]de' uidetur
n[ecessa]rium et contingens multo g[ito] magis eadem intellectiua po[tentia] contingentia
cognoscit & n[ecessari]a Item no' quecumq[ue] diuersitas generis in obiect[is] req[ui]r[i]t
diuersas potentias Alioqui non eadem po[tentia] uisiua uideremus plantas
et animalia s[ed] sola illa diuersitas que respic[it] r[ati]o[ne]m formalem obi[ecti] obiectu'

autem proprium intellectus est quod quid est quod est commune omnibus et substantiis et accidentibus licet
non eodem modo unde et eadem potentia intellectiva cognoscimus substantias et accidentia
propter quod ratione diversitatis generis necessariorum et contingentium non requirit diver-
sas intellectivas potentias. His autem visis communibus addit praeterea quod potentia cognoscens differentiam inter
aliqua est eadem potentia plurium illorum propter hoc enim aristoteles ponit quinque sensus exteriores
posuit sensum communem unam potentiam in secundo de anima. Sed per intellectum cognoscimus
differentiam inter contingentia et necessaria ergo est eadem potentia animae intellectivae respectu necessariorum
et contingentium. Item eadem est potentia contrariorum licet non videlicet huiusmodi
ut dicitur in quinto ethicorum sed contingens et necessarium sunt contraria quasi se-
cundum corruptibile et incorruptibile x° metaphysice. Oppositum dicit aristoteles sic et supponitur duo ra-
tiones huiusmodi unum quidem quo speculamur talia entium principia quorum non
contingit aliter se habere unum autem quo contingentia. Ad quod probandum adducit
aristoteles rationem dicens. Ea enim quae genere altera et animae particularum alterum genere ad
utrumque aptum natum. Si quidem secundum similitudinem quandam et proprietatem cognitio
ipsius existit. Ad istam quaestionem beatus thomas sic in his verbis. Haec autem dubitatio
de facili solvitur si quis consideret quod contingentia dupliciter cognosci possunt uno modo
secundum rationem universalem alio modo secundum quod sunt in particulari. Universales ergo
rationes contingentium immutabiles sunt et secundum hoc de his demonstra-
tiones dantur et ad scientias demonstrativas pertinet eorum cognitio. Non enim
scientia naturalis est solum de rebus necessariis et incorruptibilibus sed etiam de rebus corruptibilibus et
contingentibus. Unde patet quod contingentia sic considerata ad eandem partem animae
intellectivae pertinent ad quam et necessaria quam philosophus hic vocat scientificum. Et sic
procedunt rationes inductae. Alio modo possunt accipi contingentia secundum
quod sunt in particulari et sic variabilia sunt nec cadit super ea intellectus nisi
mediantibus potentiis sensitivis. Unde et inter partes animae sensitivas po-
nitur una potentia quae dicitur ratio particularis sive vis cogitativa quae est collativa
intentionum particularium. Sic autem accipit hic philosophus contingentia. Ista enim cadunt
sub consilio et operatione et propter hoc ad diversas animae rationales partes pertinere dicit
necessaria et contingentia sicut universalia speculabilia et particularia operabilia. Ubi igitur beatus tho-
mas intelligit per scientificum intellectum quae est potentia abstracta et per ratiocinativum
virtutem cogitativam quae est potentia organica una de potentiis sensitivis interioribus. Quod
videtur consonare commentatori 2° de anima et potentiis sensitivis interioribus 3° qui cognos-
citivam virtutem dicit esse quandam rationem quia cognoscit intentiones individuales
omnium sensatorum et componit eas et distinguit et ratiocinatur in eis. Hoc etiam videtur aristoteles sentire
in hoc 6°. Constat autem quod per ratiocinativum intendit illam partem vel potentiam animae in qua
prudentia consistit vel existit. Sed aristoteles eam ponere videtur in sensu qui est virtus cogitativa.
Dicit enim quod singularium est prudentia quae fiunt cognita experientia. Talis autem experientia ad
illam virtutem cognoscitivam pertinere videtur. Item expressius loquens aristoteles dicit quod prudentia

dentia est extremi id est ipsius singularis agibilis quod extimum ut dicit non est scientia sed sensus. Et omnis quis
sit ille sensus. dicit Non quidem propriorum sed equali sentimus quoniam in mathematicis extremum trigonum. Sed
ille magis sensus prudentia. ille autem alia species. Aristoteles autem in hoc libro videtur intelligere
virtutem cognoscitivam per sensum propriorum sensuum exteriores. per illum autem quo individu-
a cognoscimus in mathematicis videtur intelligere virtutem cognoscitivam quam et aliqui vocant ymagi-
nativam unde commentator 3o phisicorum dicit propositiones mathematicales esse in virtute propositionum ymaginabi-
lium. Et inde in primo magnorum moralium quod aristoteles expresse videtur inter consiliativum
et scientificum distinguere ex eo quod sensibile et intelligibile alterius sunt generis. Consiliativum
autem est circa sensibilia. Scientificum vero circa intelligibilia. hec autem opinio non
videtur quibusdam rationabilis primo quidem quoniam prudentia que est in illa parte quam
aristoteles ratiocinativum est habitus intellectualis ergo est in intellectu non ergo est in potentia
cognoscitiva. Et quia forte posset dici quod nomine intellectus aliquid extendimus ad cog-
noscitivam potentiam eo quod ipsa ratiocinatur et discurrit licet non nisi in singulari-
bus ideo ostenditur quod oportet prudentiam ponere in intellectu qui est potentia abstracta
quoniam prudentia non est singularium tantum sed universalium sicut postea videbitur
Oportet ergo eam attribuere tali parti anime que potest utrumque cognoscere. Talis autem
non est virtus cogitativa quoniam ipsa solum cognoscit singularia. Item cum voluntas
po sit scilicet potentia abstracta oportet quod eius actus scilicet electio sequatur similiter abstracte potentie. Sed
ipsam consequitur consiliativam ratiocinationem ergo illa ratiocinatio consiliativa
est abstracte potentie. patet ergo quod aristoteles per ratiocinativum non intendit virtutem cogi-
tativam secundum potentiam intellectivam abstractam. Item per ratiocinativum et
scientificum videtur hic aristoteles non aliud intendere quam intellectum practicum et specu-
lativum qui ambo sunt potentia abstracta una secundum subiectum sed differunt fine ut dicitur
3o de anima. Item nos possumus dicere inter contingentia multis et contingen-
tia in particulari ergo ea cognoscimus per eandem potentiam. Sic enim in 2o de anima
probat aristoteles unitatem et unitatem sensus communis. Quidam tamen predictam opinionem
ad sensum congruentem volentes reducere dicunt quod intentio beati thome
non erat quod prudentia poneretur in potentia cogitativa subiective sed in intellectu
non tamen quocumque modo sed ut copulato sensui seu ut habente reflexionem
ad ipsum sensum eo quod oporteat ipsam prudentiam esse circa singularia negotia que
intellectus non cognoscit per se sed mediante sensu ut dicit commentator 3o de anima
Aristoteles ergo potentiam intellectivam vocat ratiocinativam prout ipsa cognitiva est sen-
sibilium singularium aut etiam illorum secundum tamen applicationem ipsorum ad
singularia sensibilia. Eandem autem potentiam intellectivam aristoteles vocat scien-
tificam prout ipsa cognitiva est ipsorum illorum aut etiam singularium prout exci-
ditur cognitio illorum ratiocinativum ergo et scientificum sunt sicut practicus
intellectus et speculativus qui sic sine differunt quia practicus intellectus con-
siderationem suam sumit in singularibus operationibus ut ea vel circa ea opere

Speculatiuus autem facit suam consideratonem in uniuersalibus speculabilibus non ut ea
operetur sed contempletur hec igitur dicta sic exposita concedi potest dum ulterius conside
remus quod cum hic per ratiocinatiuum quod esse dicitur contingentium uideatur
idem intelligere quod consiliatiuum et consilium non sit de quibuscumque con
tingentibus sed solum de hiis que per nos operabilia sunt Ideo distinguendum est
de contingentibus quoniam uno modo possumus loqui de contingente simpliciter et
absolute Alio modo de contingente quo ad nos Primo autem modo pluuie et
grandines et tonitrua et opera plurima nature sunt contingentia de quibus
tamen est speculatiua scientia et ad que non se extendit practicus intellectus
Secundo autem modo illa dicuntur contingentia quorum est in nobis ut sic aut
non sic fiant Alia autem contingentia per comparationem ad nos seu ad
nostram facultatem reputantur tamquam necessaria cum per nos non sint transmutabilia
Hoc igitur secundo modo distinguendo necessaria contingentia manifestum esse
potest quod ratiocinatiuum seu consiliatiuum uel intellectus practicus seu operatiuus
intellectus et habitus practicus habent esse respectu contingentium non solum secun
dum singulares sed etiam secundum uniuersales proportiones rationes non tamen in
sistant in eorum contemplatione Sed ut totum conuertant et applicent ad sin
gularia operabilia quatenus ea uel circa ea operemur Scientificum siue uel
speculatiuus intellectus et speculatiuus habitus habent esse respectu necessariorum et contin
gentium preter contingentia dicto modo accepta distinguuntur talia namque conside
ramus non ut ipsa agamus sed solum ut ea cognoscamus Tamen atten
dendum est quod nullum est inconueniens aliquem practicum intellectum seu prac
ticum habitum ad naturalium et necessariorum cognitionem ascendere verbi gratia si rex
uadit ad prelium uel si agricola seminat blada sua necesse est ipsos ad motum
celi respicere ut temporis oportunitatem ad opus suum perficiendum accipiant
Et omnem medicum naturas hominis et herbarum cognoscere Tamen talia non conside
rat practicus intellectus aut practicus habitus principaliter et simpliciter sed usque
ad quid scilicet per quanto naturas rerum necessarium necesse est opera conformare Similiter
etiam speculatiuus intellectus uel speculatiuus habitus aliquando descendit ad ali
quam considerationem operabilium humanorum in quantum scilicet per similitudinem
seu proportionem artificialium ad naturalia possibile est ex artificialibus aliquam
accipere notitiam de naturalibus Item apparere potest ex dictis quando ratiocinatiuum
et scientificum distinguuntur Nam primo manifestum est quod non distinguuntur sicut
organica potentia et abstracta Sed utraque est abstracta potentia scilicet intellectus Secundo
manifestum est quod non distinguuntur per esse perceptiue hoc quidem respectu singularia et
hoc quidem respectu uniuersalia Tertio patet quod hoc quidem negotiatur circa contingentia
istud autem circa necessaria predicto modo Quarto patet quod hoc intendit ad opus fina
liter illud autem stat in scire Quinto patet quod circumscriptis anime dispositionibus

qualitatis

qualitatiuus ratiocinatiuum et scientificum sunt realiter idem Sed dicunt secundum rectam
hoc enim manifestum est ex precedenti questione 6° potest uideri quod quantum ad actus qua
litatiuas dispositiones quibus ipsa disponitur ad ratiocinandum de contingentibus
et ad inquirendum de necessariis ratiocinatiuum et scientificum realiter distinguuntur Spe
culatiua namque principia et practica altera sunt ab inuicem intellectus autem ut infor
matus practicis principiis dicitur ratiocinatiuus ut informatus speculatiuis dicitur scienti
ficum Et loquor nunc de utroque quo ad inuestigabiles conclusiones et forte
quod hec aristoteles intendebat cum dixit Ad ea que sunt altera genere altera esse
anime particulam siquidem secundum similitudinem et proprietatem cognitio ipsorum
existit Potest autem dici quod anima secundum se per proprietatem habet et determinatam proportionem ad
capiendum Prima principia propter quod dicuntur naturaliter cognita mediantibus
tibus autem dictis primis principiis ipsa fit apparata et proportionata ad cog
noscendum conclusiones ex hiis immediate ortum habentes et sic deinceps
Ita quod per alia et alia principia potest ad altius et altius conclusiones notitiam
peruenire Quidam tamen secundum opinionem narratam in alia questione dicunt
quod scientificum et ratiocinatiuum sunt potentie naturaliter distincte in ipsa anima
intellectiua non quidem realiter ut dicunt sed quidditatiue quam quidem distinc
tionem dicunt in anima etiam circumscriptis exterioribus omnibus preuenire omnem
actum nostrum intelligendi Hoc autem probare nituntur primo notandum
quod contrarietas sub diuersis generibus contente possunt habere eundem mo
dum opponendi uel alium uerbi gratia contrarietates contente sub colore
puta album et nigrum et sub sapore puta amarum et dulce habent eundem
modum utrobique enim potest fieri transitus a contrario in contrarium manente subiecto
Et par et impar sub numero non habent alium modum quia manente eodem numero
qui non est par impossibile est fieri transitum ab imparitate in paritatem Di
cunt ergo isti quod diuersitas contrarietatum eundem modum opponendi habentium
exigit pluralitatem sensuum qui sunt primo apprehensiui ipsorum ut patet 2°
de anima ubi sensus tactus est duo sensus ut habetur ibidem propter hoc quod apprehen
dit diuersas contrarietates primo Sed dicunt quod talis contrarietatum di
uersitas non exigit pluralitatem intellectuum uel uirium eius Sed ad
diuersitas contrarietatum secundum diuersos modos opponendi habentium uirtutum
exigit diuersitatem uirium in intellectu quia uis apprehensiua contrarietatis
est aliquo modo medium inter extrema contrarietatis idem autem omnino non
potest medium talium contrarietatum cum sint diuerse et secundum ge
nus et secundum modum Sed scientificum et ratiocinatiuum sunt potentie
apprehensiue diuersarum contrarietatum diuersos modos opponendi habentium
tium probatio quia scientificum apprehendit compositionem et diuisionem
necessarias inter quas non potest esse mutatio Si enim affirmatiua uera est uera

nunquam negativa erit vera. Rationativum autem apprehenditur compositione et divisione
contingentium uniter quas nemo potest mutatio possibilium enim est in contingentibus quod
modo sit vera affirmativa et alias negativa. Ergo scientificum et rationativum sunt unius na
turaliter distincte. Responsio illi arguunt sic: potentia determinabilis per plures actus
potest determinari per eos aut eodem modo aut alio et alio modo. Verbi gratia potentia superficiei
ad recipiendum colores determinatur uniformiter ad recipiendum omnes colo
res et includit quia quantum potest determinari per unum tantum per alterum. Sed potentia
qua fetus potest recipere masculinitatem et femininitatem et raritatem et densi
tatem non determinatur uniformiter quia per masculinitatem et femininitatem determinatur ad
speciem quia diu erit homo. Sed per raritatem et densitatem determinatur ad tempus non ad
speciem. Prima ergo diversitas actuum ut dicunt non exigit diversitatem potentiarum. Sed secunda
exigit diversitatem earum. Modo ergo ita est quod scientificum et rationativum alio et
alio modo determinantur per actus suos quia scientificum per actum suum determinatur ad
speciem et rationativum non, ideo etc. Puto tamen quod non sit ita dicendum quoniam sicut ens
est nomen transcendens ita res ut puto. Ideo quecumque non extrinseca denomi
natione sed intrinsece distincta sint puto ipsa esse diversa entia et diversas res. Quod
autem alii ponunt distinctiones intrinsecas rei naturae quidditativas vel
formales et non reales puto quod fictio sit nominum ad fugam aliarum difficulta
tum. Nulla enim necessaria ratio mihi videtur cogens ad ponendum tales distinctiones.
Ideo non sunt ponende si natura non facit per plura quod potest facere per pauciora.
Rationes autem ipsorum non valent. Cum enim dicitur quod diversitas contrarietatum non ha
bentium eundem ordinem opponendi exigit in intellectu diversas potentias,
Dicemus quod non est ita nisi loquimur de diversitate conceptuum vel de diversitate
que est secundum diversas dispositiones qualitativas modo prius concesso. Et tunc cum dicitur
quod vis apprehensiva alicuius contrarietatis est quodammodo medium inter extrema contra
rietatis, dico quod non oportet ipsam esse medium per participationem extremorum sed po
tius per negationem ipsorum modo quo exponitur auctoritas 3o de anima dicentis: Necesse
itaque quoniam omnia intelligit immixtum esse etc. Non intelligo tamen quod huiusmodi ne
formarum intelligibilium debeatur intellectui per diminutionem suo ne sicut
esset dicendum de materia prima. Sed per eius excellentiam et immaterialitatem et non
est impossibile hoc modo idem esse medium talium diversarum contrarietatum, ymo hoc est
necessarium. Sic enim visus cum sit perceptivus lucis potest omnes colores percipere quoniam
colores sunt quedam participate similitudines lucis. Ita etiam intellectus
sit perceptivus primi entis talis qualis est quod sit perceptivus omnium aliorum entium
eo quod omnia tam necessaria quam contingentia ex eo sunt, et entia quod sunt quedam parti
cipate similitudines primi entis. Et iterum si intellectus eadem potentia existens
non haberet sufficienter excellentiam et mediationem ad percipiendum omnia contraria, immo omnia
entia, non appareret quomodo possemus omnia simul comprehendere in uno conceptu, videlicet conceptu

consilio circa. Et iterum intellectus una potentia existens iudicat de veritate primi princi-
pii complexi et de falsitate sui oppositi, quod quidem principium et suum oppositum con-
similiter se habent ad contingentia et ad necessaria. Alia autem ipsorum ratio non concludit, quando omnis
scientificum per quemlibet actum suum determinetur ad semper, quod sic patet: ratiocinativum prout
hic ab aristotele distinguitur contra scientificum non habet locum in speculativis, sed solum secundum
scientificum, in quibus tamen saepe mutamus nostras opiniones. Et si dicatis quod opinio-
nem bene mutamus sed non scientiam. Dico quod primo bene sic quod ipsa nec necessario determinat in-
tellectum ad semper, homo enim potest multas oblivisci conclusiones, postea post oblivionem
si multa fuit per rationem sibi occurrentem potest opinari contrarium eius quod ante sciuit.
Et tunc de invitatione ante habuit. Et iterum verum est concedere quod potest sit diversa natu-
ra modo quam illi dicunt si per unum actum determinatur ad semper, per alterum ad tempus.
Multi enim posuerunt in caelo et in istis inferioribus materiam esse eiusdem rationis et tamen ip-
sam determinari per formam celi ad semper et per formas istorum inferiorum ad tempus. Ad
rationes ergo dicendum est ad primam quod intellectus possibilis idem realiter existens est possibilis
omnia fieri sed non immediate sed ordinate ut dictum est. Ad aliam dicendum quod per nos
operabilia et non per nos operabilia non distinguuntur secundum perfectum et imperfectum,
immo secundum distinctissimas rationes nos obiciuntur intellectui, haec quidem
praecise ut per nos scibilia, illa autem ut per nos operabilia. Propter quod in ratiocinando circa
ea sic dictum fuit necesse est intellectum valde varie se habere. Omnes etiam aliae rationes
satis concedi possunt quo ad hoc quod intellectus idem existens realiter possit cognoscere contingen-
tia et necessaria, non concludunt tamen quod distinguatur modis praedictis in quantum est
in actus negotiando circa ea. Tunc respondendum est ad ea quae videntur arguere quod
ratiocinativum in quo prudentia existit sit virtus cogitativa. Ad hoc enim quod
dicit commentator cogitativam rationem potest concedi, sed hoc est in singularibus tantum ratioci-
nativum, aut in quo prudentia existit ad universalia se extendit. Ad illud etiam
quod dicit aristoteles prudentiam esse singularium quae nota fiunt experientia concedendum
est quod prudentia sit singularium sensu primitus cognitorum sed postea tamen notorum per
intellectum. Ad aliud etiam quod dicit aristoteles prudentiam esse extremi cuius non est scientia
sed sensus, dicendum est quod singularium quorum est prudentia non est scientia quia scientia non
est nisi universalium. Sed ipsorum est sensus primitus antequam fiant nota intellectui. Sed
tamen oportet ipsa mediante sensu fieri nota intellectui in quo innata est esse prudentia. Ad
hoc autem quod dicit aristoteles illum sensum esse non qui propriorum est, dicendum est quod hoc pro
tanto dicit quod prudentia non solum est singularium quae per se sensibus exterio-
ribus apprehenduntur puta calida frigida album et nigrum, sed est multo magis eorum
singularium quae interiori virtute cognoscuntur scilicet virtute aestimativa seu cogita-
tiva quae ex sensatis sensu exteriori elicit intentiones non sensatas ut dicit commentator
6o naturalium verbi gratia intentionem odii vel amicitiae lucri vel damni, ho-
noris aut inhonorationis. Circa enim talia est magis prudentia quam circa album et

aut nigrum aut odorem aut sonum. Secundo non est aristotelis intentio quod sit statim in illa virtute. Sed oportet omnia tandem cognoscere per intellectum qui solus potest perfecte rationari et universales agibilium rationes singularibus agibilibus applicare. Ad illud autem quod dicitur in primo magnorum moralium et ad omnes consimiles auctoritates dicendum est quod prudentialem potentiam seu consiliativam non dicit aristoteles esse circa sensibilia ex eo quod sit potentia sensitiva sed quia est circa singularia que primo sensu percepta sunt sed nec illorum tantum sed est etiam quorundam universalium prout applicabilia sunt ad singularia operabilia etc. Et sic est finis questionis.

[Q]uinto queritur utrum intel-

lectus practicus determinetur ad verum per rectitudinem appetitus. Arguitur quod non quia oportet esse circulationem in huiusmodi determinationibus quoniam appetitus determinatur ad rectitudinem per veritatem intellectus practici. Ex eo enim intellectus dicitur rectus quia consonat recte voluntati propter quod. 2o huius virtus moralis que ponitur in appetitu diffinitur per hoc quod est in medio existens ratione determinata. Item intellectus est potentia nobilior quam appetitus. Nobilioris autem est determinare magis alterum quam a minus nobili determinari sicut dominum est subditum determinare secundo etc. Item ordinantis et persuadentis est determinare, ordinati autem et persuasi est determinari. Sed ipsius intellectus est ordinare et persuadere, appetitus autem ordinari et persuaderi quod patet primo huius ubi dicitur quod irrationabile a ratione aliqualiter suadetur et etiam quod appetitus in quo ponuntur virtutes morales est huiusmodi rationem non participans principaliter in se ipso sed quemadmodum a patre audibile aliquid et hoc est notabile quod non ipsius appetitus sed ipsius intellectus est sapere ut dicitur prohemio metaphysice. Non enim ordinari sed sapientem ordinare oportet etc. Oppositum videtur velle aristoteles dicens practici autem intellectus veritatem confessam habens appetitui recto propter quod videtur etiam dicere post quod prudentia non est habitus cum ratione solum sed simpliciter cum rectitudine appetitus. Ad quod confirmandum adducit signum dicens signum autem quoniam oblivio talis quidem habitus est qui cum ratione solum, prudentie autem non est. Etiam propter hoc videtur post hoc ostendere quod prudentia sit connexa virtutibus moralibus ita quod non est possibile esse bonum principaliter sine prudentia neque prudentem sine morali virtute. Item arguitur quod sicut rectitudo appetitus comparatur ad rectitudinem rationis sicut finis ad ea que sunt ad finem, ideo de virtute morali que pertinet ad appetitum et de prudentia que pertinet ad rationem dicit aristoteles quod hec quidem scilicet moralis finem facit rectum, hec autem scilicet prudentia que ad finem facit operari. Et ad eandem etiam intentionem dixerat ante virtus quidem intentionem facit rectam, prudentia autem que ad hanc. Sed ea que sunt ad finem determinantur per ipsum finem. Finis enim est principium in agibilibus, conclusiones autem determinantur per principia igitur etc. Item corruptio appetitus determinat intellectum ad mendacium circa principia practica unde dicit aristoteles

pueri enim mali et minus faciunt circa practica principia. Ergo per oppositum rectitudo appetitus determinat
ad veritatem circa principia practica et per consequens circa conclusiones a quibus definientur per principia. Istam questionem
intendit solvere beatus thomas secundum hunc modum: ubi appetitus est finis et eorum que sunt ad finem, finis autem determinatur homini
a natura ut in 3o libro est. Ea vero que sunt ad finem non sunt nobis determinata a natura sed per rationem investiganda. Sic
ergo manifestum est quod rectitudo appetitus per respectum ad finem est mensura veritatis in ratione practica et secundum hoc
determinatur veritas rationis practice secundum concordantiam ad appetitum rectum. Ipsa autem veritas rationis practice est regula
rectitudinis appetitus circa ea que sunt ad finem. Et ideo philosophus dicit appetitum rectum qui prosequitur que vera ratio dicit. Hec
autem opinio non placet quibusdam primo quia appetitus animalis vel humanus non fertur in incognitum sed oportet in quod
appetitus fertur apparere bonum. Ergo antequam appetitus recte feratur in finem oportet intellectum rectum
esse iudicium de bonitate finis. Ergo patet quod non solum respectu eorum que sunt ad finem rectitudo rationis determinat
rectitudinem appetitus sed respectu finis. Hoc item arguitur sic: sicut in appetitu ponitur duplex
actus unus respectu finis qui dicitur voluntas et alter respectu horum que sunt ad finem qui dicitur electio. Ita in intel-
lectu ponitur duplex actus unus respectu finis et ille est principium consilii. Arguemus ergo sic: sicut in appetitu se habet elec-
tio eorum que ad finem ad volitionem finis. Ita in intellectu se habet conclusio ad principium ergo per locum a commutata pro-
portione sicut se habet electio ad conclusionem ita volitio finis ad principium consilii sed electio determinatur per conclusionem
consilii ergo etc. Item contra illud quod ipse dicit finem esse determinatum bonum a natura videtur esse dubitatio quia
tunc omnes homines eundem statuerent sibi finem quod est falsum. Quidam enim felicitatem ponunt in di-
vitiis alii autem in honoribus et alii in delectationibus sicut apparet in primo libro. Item iterum videtur sibi contradicere
potest enim quod virtus determinat intellectum ad recte iudicandum de fine et malitia ad mentiendum et ita etiam
virtus iudicat in finem bonum et malitia in pravum sicut in 3o libro visum fuit quod in potestate nostra est finem
pravum aut bonum nobis statuere et verum dicere aut mentiri de fine. Sed per hoc non est nobis determinatum
a natura cum omnino est in potestate nostra. Ergo finis non videtur nobis determinatus a natura. Item nullum naturalium enim
aliter assuescit [illegible] alium et alium finem nobis statuendum assuescimus studiosi aut pravi
effecti propter quod dicitur in 3o: Qualis enim unusquisque est talis et finis videtur ei etc. Sed propter istas rationes non
est necessarium negare beatum thomam. Potest enim eius opinio bene vera intelligi si dicamus quod duplex
est finis in humanis actionibus scilicet finis ultimatus et principalis, alter medius et ad ulteriorem finem or-
dinatus. Igitur beatus thomas concederet quod fines medii non sunt nobis naturaliter determinati. Sed
iterum fine ultimo et principali puta felicitas humana potest dupliciter apprehendi: uno modo
secundum rationem communem scilicet quod est quid optimum et delectabilissimum. Alio modo secundum eius specialem rationem
scilicet considerando que sit illa res que dicitur felicitas que est optima et delectabilissima an scilicet
delectatio corporalis vel habundantia pecuniarum et honorum vel opus virtutis aut aliud quodcumque.
Et isto modo secundo consideratur humanus finis adhuc non est nobis naturaliter determinatus
sicut quando sepe propter affectiones pravas sensuales erramus circa ipsum. Sed si consideretur primo
modo sic est nobis naturaliter determinatus prout beatus thomas bene dicit. Sic intellectus noster
[illegible] ex naturali inclinatione bene iudicat [illegible] esse bonam vitam delectabilissimam et se velle [illegible] dicere
[illegible] tunc enim est [illegible] de placito et [illegible] dando sibi
principium per quod [illegible] valeat ad ipsum bonum [illegible] ipsam dedit hominibus principium per quod determinaret
[illegible] ad ipsum bonum prosequendum et attingendum ergo [illegible] non posset homo pervenire ad ipsum bonum eius nisi per

ratiocinatione. Unde Seneca epistola: Clamantur ad Lucillum: bonum nullum sine ratione est. Et Aristoteles
in epistola ad Alexandrum: Eos quidem qui rectitudinem [illegible] hanc voluit omnia agere tamquam existere bonos
et optimos laudamus, eos autem qui sine delectatione aliquid faciunt quasi [illegible] avidos et bestiales
odimus. Propter quod et ratio est in primo huius secundum eum ad optima deprecatur. [illegible] est contra [illegible] quod principium
ratiocinationis humane nobis naturaliter determinatur. Unde dicit Seneca epistola prius allegata:
Sequitur autem rationem naturam. Quid igitur ratio? nature est imitatio. Si igitur finis in agibilibus est
principium ratiocinationis et ipsum nobis est generaliter (naturaliter) determinatum. Item non valet ratio
beati Thome quod rectitudo appetitus respectu finis determinat intellectum ad recte iudi-
candum de eo quod est ad finem, sicut ymaginatur ille qui contra eum arguebat, sed quod rectitudo appetitus respectu
finis determinat intellectum ad recte iudicandum de ordinatis ad finem. Unde dicebat
sic secundo appetitus [illegible] ad finem est mensura veritatis in ratione, id est ratiocinatione practica [illegible]
[illegible] ad ipsum fieri et hoc totum est contra. Unde sciendum quod primo intellectus recte iudicat de fine
saltem quo ad [illegible] rationem [illegible] naturam absque ratiocinatione. Secundo hanc iudicii rectitudinem se-
quitur naturalis rectitudo appetitus respectu illius finis. Tertio ex hoc quod finem appetimus
intellectus movetur ad ratiocinandum ut inquirat ea que ad illum finem per appetitum valent.
Igitur finis determinat intellectum ad ratiocinandum. Quarto per huiusmodi ratiocinationem determinatur ad rectum
iudicium de ordinatis ad finem desideratum. Quinto hanc iudicii rectitudinem sequitur rectitudo appetitus
ordinatorum ad illum finem. Sexto per huiusmodi appetitum incipimus operari; hoc igitur modo [illegible]
se [illegible]. Ultimo [illegible] quod [illegible] obviare rationi quod appetitus iudicatus
ad [illegible] non permittit intellectum iudicare vere de fine quo ad [illegible] speciale [illegible] perfecte ratiocinari de aliis
[illegible] facta [illegible] sic [illegible] quod appetitus recte moveat [illegible]
non est ad iudicium [illegible] statim insequendum sed ad [illegible] iudicium rationis [illegible] non impedit
iudicium vel ratiocinationem sed potius ad perfecte iudicandum et ratiocinandum et per [illegible] ad [illegible] de
singulis agibilibus humanis [illegible] et [illegible] quod intellectus practicus determinatur ad verum per
rectitudinem appetitus de hiis [illegible] divina [illegible]. Ad rationes [illegible] igitur quod appetitus non ita determinat
intellectum quod prius recte appetamus quam per intellectum vere iudicemus secundum modum predictum, sed magis
rectificatus non plus [illegible] inclinat ad iudicandum et ratiocinandum perfecte. Et [illegible] questio.

Sexto queritur utrum omne scibile sit eternum. [illegible] quod [illegible] sequitur
quod omne scibile esset unum quod est falsum. Et probatur [illegible] per diffinitionem eternitatis quam
Boetius in libro de consolatione philosophie ponit dicens: eternitas est interminabilis vite tota simul
et perfecta possessio. Item scientia naturalis habetur de grandinibus et pluviis, de plantis et animalibus
et universaliter de generabilibus et corruptibilibus, que non sunt eterna; igitur [illegible]. Oppositum probatur per Aristotelem in libro sexto Ethicorum dicentem:
Scientia quidem igitur quid est hinc manifestum, si oportet certificare et non sequi similitudines. Omnes enim suspi-
camur quod scimus non contingere aliter se habere. Contingentia autem aliter cum extra speculari fiunt latet si sunt
vel non sunt. Ex necessitate igitur est scibile eternum igitur. Ex necessitate enim entia simpliciter omnia eterna, autem ingenerabilia
et incorruptibilia. Idem etiam habemus primo Posteriorum. Item scientia est firmus habitus et semper determinans ad verum ita quod
non potest verti in errorem nec ab intellectu removeri nisi forte per oblivionem. Hoc autem non esset vera
nisi scibile esset eternum, quia sicut dicitur in Predicamentis, scibile sublatum simul aufert scientiam, non si scibile

non sit ne͞c ē sciā Dicendū ē ꝙ̄ scibile pt capi dupli͞r vno mo͞ p c͞o͞e demrabili Alio° p
re significata uel re͞b° significat͞ p t͞nos c͞o͞is siue p qua uel p quib° ci c͞o͞is supponit h͞c ē c͞o
omīs hō ē risi͞l ē sci͞l ꝙ demra͞l et sciendo eā nos hēmo sciā de omīb° hoīb° et de oīb°
risi͞b° Si g° questio qrat de scibili pro c͞o͞ne demra͞li tūc iterū ē͞t distinguend͞ q͞a uł
c͞o° sumit͞ q͞ntum ad suā realitatē uel q͞ntū ad suā uitatē Si q͞ntū ad suā reali
tatē tunc nulla conclusio dz dici eterna uel nc͞ciā plus q͞ aut asini uel eq͞ aut colo
res uel sapores quia conclusiones de nouo formamus tā in scripto q͞ ī uoce uel ī
mēte et ita incipiūt ē͞e et desinūt ē͞e sicut colores aut sapores Si uero conclō capi
atur quo ad eius uitatē adhuc pt intelli dupli͞r ꝙ conclō sit eterna siue nc͞ciā ꝯpol
al͞r sc͞ lr͞e vno mō ꝙ conclusio sit semp̄ uera loque͞° cathegorice et simpli͞r Et iᵗᵒ
conclusio nō ē magꝫ nc͞ciā uel etna quo ad eius uitatē q͞ quo ad eius realitatē ꝙ q͞n
tumq; ipā non ē ipā nō est uera Alio mō ꝯpotentie ꝙ s͞ omīs talis conclō sit uera
q͞ntumq; ꝑformetur ita ꝙ non possit ē͞e fl͞a Et isto mō uel in equipollenti sensu
ꝑpones dicunt͞ nc͞ie ꝑpetue uel impo͞les al͞r sc͞ lr͞e et nō alio mō Siue sint ꝑp
ositiones scripte siue prolate uel apud mētem nrām formate hoc g° mō dicen
dū ē ꝙ omē scibile loquendo ꝑpe de sciā ē nc͞ciū etnū impo͞le al͞r sc͞ lr͞e inge
nitum & incorruptie Et hoc pt declarari per dr͞iam sciē ad sensū et opinionē
licet enī sensus et sciā iudicent de uitate & f͞litate adhuc ꝑpo͞m͞ tn͞ dicit ꝙ sensꝰ nō
iudicat certitudinal͞r nisi apud p͞n͞tiā sensibiliū sed ꝙ at p uitatē sciē iudicat
ue͞ ita in absentia sicut in p͞n͞tia intelliᵇⁱˡⁱᵘᵐ Scia autē dr͞ ab opinione ꝙ lz utraq; possit ue͞
iudicare in absentia rerū intelliᵇⁱˡⁱᵘᵐ tn͞ opio nō iudicat cū certitudine sꝫ cū formidine Scia
autē iudicat cū certitudine sine formidine Et hoc totū oz suponē ex quid noīs sciē
et opinionis Si ꝯstat ꝙ impo͞le ē de uitate ꝑponis iudicare cū certitudine ī ab
sentia rerū p t͞mos significatarū si ꝑpo pt ē͞e fl͞a Et i͞tꝫ rōe ī sc͞ debet adꝫ p illā lrā si oz certifi
care & nō seq oc͞s siliter cuius suspicarī qd sumꝰ nō contingere al͞r sc͞ lr͞e Contingeret
autē al͞r cū ex speculari fiant lateterere Et hec omia uidet͞ mihi nō per se Si autē lo
quamr̄ de scibili p re significata uel p reb° significat͞ per t͞mos conclōis seu p qua
uł p q͞b° ci c͞o͞is supponit sic de q͞oē ꝑpo͞ta sunt diuerse opiniones vna ē distinguens
inter ē͞e et essentiā videmꝰ eī ꝙ nota et diffinitiones sūt essentias rerū q͞ tn͞ nō sūt res
ē͞e nec nō ē͞e ut dicitur ī li° ꝑp͞m͞ pt aut hc͞ opio r͞s eternal͞r manē s͞ suas essentias siue s͞ suas
quidditates licet quantū ad ē͞e nō maneat Essentia eī rerū ut dicūt manē eedē acquirūt
ē͞e per generationē et p amittūt ē͞e p corruptionē Dicit g° isti ꝙ dicebus pt ē͞e
sciā dupli͞r vno mō quātū ad essentiā alio° quātū ad ē͞e uerbi gr͞a Cū diffi°nō dicat
n͞ essentiā et nō ē͞e uel nō ē͞e p ipām sciunt͞ res solū q͞ntū ad essentiā et ita ē etiam de sciā
demrātiā ubi pas° c͞o͞is per se essentiā rei demratur de rōe sub per ipiꝰ diffi°nē Si de-
monstra° terminās q͞oꝫ sic ē facit sciē rerū q͞ntū ad ē͞e dicūt igr̄ isti q͞ sic r͞s sūt scibiles
ita sūt etne Sicut enī sūt scibiles q͞ntū ad ē͞e rei oz ꝙ q͞ntū ad ē͞e rei sint etne Sic at
sūt sci͞les q͞ntū ad essentiā rei oz ꝙ ē͞e q͞ntū ad ē͞e rei sint eterne Ista opinio nō pꝫ

primo quia non puto quod esse et essentia distinguantur in ipsa re preter animam quod videtur dicere 4o metaphysice
Secundo quia periculosum mihi videtur in fide dicere aliquid realiter esse eternum quod non sit deus 3o quia mihi videtur implicare
contradictionem quod essentia maneat et non esse quia quod manet est et tale habet esse quare quia si essentia manens susciperet esse
et non esse non oporteret aliquid ponere materiam quia ipsa essentia posset deferre transmutationes de non esse in esse et non esse in
tamen ipsa maneat eadem Quinto quia videtur mihi quod hoc nomen esse non est nisi abstractum huius quod est ens
sicut entitas huius concreti ens et quidditas huius concreti quid et realitas huius concreti res
quo sicut res dicitur ab albedine alba ita ipsa dicitur esse ens ab esse et entitate ens et quidditate
quid vel aliquid Et alia multa inconvenientia possunt adduci contra istam opinionem
sed ego pertranseo eo quia hoc est in presenti negotio minus speculativum Egidius
autem super librum de generatione distinguit triplex esse scilicet in causa in suis causis
et in effectu seu in esse producto Dicit ergo quod scientia cum habeatur de rebus per suas causas
non habetur de rebus quantum ad suum esse in effectu sed quantum ad esse quod habent in suis
causis per quod ipse concedit res scibiles esse eternas per esse quod habent in suis causis licet non oportet esse
eternas per esse in suo effectu Sed nec iste placet mihi opinio quia nec est verum quod scientia non habeatur de rebus per esse in
suo effectu quia tunc effectus non sciretur per suas causas quia non esse quod effectus habet in causis prius dis
tinguitur ab esse in effectu non est incipere nisi esse causarum ideo non sciretur nisi causa Item scio per librum
metheororum quod tonitruus est sonus in nubibus et quod pluvia est aqua guttatim ex nubibus cadens
hec autem non scirem nisi quantum ad esse tonitrui et pluvie in effectu Item res per esse quod habent
in causis distinctum ab esse quod habent in effectu non habent esse nisi in potentia ergo res non sciretur nisi
ad suum esse actuale Item si res essent scibiles solum per esse quod habent in causis sufficientibus
vel in causis non sufficientibus Si non sufficientibus sequeretur quod non posset haberi scientia perfecta de his Si
sufficientibus tunc res essent eterne per esse in effectu quia posita causa sufficienti ponitur effec
tus Item forte est una causa et principalis causa ideo omnium rerum scibilium secundum istos esse eterna per esse quod habent
in causa formali quod non potest esse nisi causa formalis sit eterna Et tamen si ipsa est eterna effectus est eternus Il
la ergo opinio mihi videtur deficere Alii distinguunt inter universale et singulare non solum secundum conceptum sed
in re et tamen quod dicunt universale per rem est universale esse generabile nec corruptibile Singularia autem dicunt gene
rabilia esse et corruptibilia Dicunt ergo non de singularibus sed solum de universalibus esse scientiam
et ita scibilia dicunt esse perpetua licet eorum singularia sint corruptibilia Sed ego puto quod universale non
sit preter animam distinctum a singularibus quod ad presens suppono ex 7o metaphysice Et si esset
distinctum cum non esset ydea separata non posset manere omnibus eius singularibus corrup
tis similiter Et tamen notum est ut mihi videtur quod si omnes rose nunc essent corrupte sic quod nulla
modo esset vel si nulla modo fuit tonitrua vel nulle stelle comete vel nulle eclipses
solis et lune tamen nunc ob hoc non amitteretur scientia quam habet de rosa nec astrologus scientiam
quam habet de eclipsibus nec tu scientiam quam habes de libro metheororum de tonitruo et stellis
cometis quamvis non posses me docere scientiam libri metheororum sicut si essent 1000 tonitrua Io
talis distinctio de universali et singulari per rem si concederetur tamen non valeret ad propositum Alii autem po
nentes universalia per se distincta sunt a singularibus non nisi per operationem anime sicut ego
et contra et puto velle videntur Dicunt quod scibile per rem est sic dicitur esse eternum quod sit

sit aliquid, sit aliqua res vel sint supra aliqua vel pro quo vel pro quibus semper tamen oportet scilicet supponant ad quod non requiritur aliquid esse
res solum esse presentes. Sed postquam in individua eorundem specierum propterea sibi succedentia per generationem tamen quod ex completa de equis et
asinis numquam sit verum dicere illud est equus aut illud est asinus. Sed adhuc puto non esse unum quod sic dictum fuit statim non oportet
me esse autem in aliqua de rosa si nulla sit modo rosa. Recollige totam rosam si nulla sit statim scientia fuit. Credo igitur quod hoc falsum
quia tamen oportet supponere non oportet esse perpetuitatem aliquorum predicatorum. Modo est possibile esse talem scientiam et rosarum quod aliqua sunt vera dicere
quod nulla talis res est in genere. Crederem me veram habere scientiam de tonitruis et cometis licet nunc non essent tonitrua et nulle stelle comete.
Nam in equis in demonstratis dicitur quod omnis triangulus habet tres etc. ego probo non demonstrato non sed verbo scientiam de triangulis que sunt
fuerint et de presenti et futuris alias sequeretur quod si talis fieret novus triangulus non sciretur esse quod omnis triangulus habet tres etc. nisi in eiterata
demonstratio ostensa illum novum triangulum quod absurdum est. Ideo dico igitur quod per libros methaphysice haberemus scientiam de omnibus presentibus, futuris
et preteritis sive aliqua sint presentia et sive non sint presentia. Sed ergo haberemus scientiam de omnibus preteritis et futuris solum. Sed tunc oritur dubitatio
quomodo talis scientia consistit seu adequatio ad res scitas si talia existunt sed sunt necessaria et veritas consistit in adequatione intellectus ad
res. Sed tales cum autem est intellectus non erunt nunc erit de eis vel ad eas adequatio quod enim non est entium adequatio. Igitur de eis que non sunt scientia
haberi non potest. Ad hoc dicitur quod sive de rebus existentibus sive de non existentibus aut etiam impossibilibus existere contingit habere scientiam quia ad propo-
sitiones que de eis formantur possunt propter veritatem ... quod numquam possunt esse false. Dicitur igitur isto primo quod de hiis que non sunt pro
eo quod non esse possunt possunt formari propositiones propter veritatem kathegoricas sed non necessarias ut quod navis non est et ita sciam hoc de navi
necessaria in eius salvatur adequatio que ad veritatem propositionis requiritur. Non enim oportet quod aliquid res sit quod intellectus [illegible] sed hec equitur
quod talis non sit et sic intellectus intendit res esse et non esse in intellectu igitur est verus quod tunc illo navium non esse quia tunc res est quia
navium non est. Secundo dicitur quod de hiis que non sunt possunt formari propositiones propter veritatem affirmative sed non ypotetice ut si navis est navis est
locus vel si tonitruum est ipsum est sonus in nubibus et ita de non entibus potest formari scientia affirmativa in dictis enim propositionibus salvatur adequatio
intellectus ad res intelligibiles et veritatem quia intellectus non dicit quod navium sit locus sed quod esset locus si esset. Et ita hec est vera navium non sit
locus tamen in re navium esset locus si esset. Tertio dicitur quod de hiis que non sunt non possunt formari vera kathegorica et affirmativa saltem
de esse et de verbo presentis temporis. Si enim nunc sunt tonitrua tamen non dicere esse verum tonitruum est sonus in nubibus quia quod non est
non est sonus in nubibus et quod propositio affirmativa pro locutio veras ex eo est vera quod termini supponunt pro eodem quod autem non est nulli est idem.
Dicit igitur iterum quod in scientia de talibus rebus non debemus propositiones intelligere kathegorice sed kathegorice propositiones gerunt virtutem sed ypotetice ut igitur
in hoc methaphysica non debeo intelligere propositionem tonitruum est sonus in nubibus kathegorice intellectu quia non esset scibilis sed ypotetice
scilicet quod si est tonitruum est ipsum est sonum in nubibus. Et ego credo quod tanta fuit orta controversia inter opinantes ex defectu
logice unde enim in quo notandum quod cum res nullum consignificatio temporis determinatam significet indicitur res presentes preteritas et futuras
nos enim quia possumus intelligere rem nullum cointelligendo tempus determinatum unde possunt apud intellectum compo-
ni termini concepti vel et concepta quasi ita preteritum vel futurum sicut presens ut dicendo Cesar fuit Cesar erit et ita non est inconveniens
aliquem terminum supponere pro preteritis et futuris sicut pro presentibus. Duplex enim est secundum aliquos logicos terminus suppositio scilicet naturalis et accidentalis.
Accidentalis est quam terminus supponit solum pro supposito alicuius determinati temporis. Naturalis autem quam supponendo indifferenter pro omnibus suppositis sive sint presentia
sive preterita vel futura. Et hac suppositione utuntur in scientiis demonstrativis alias per demonstrationem omnis trianguli quod triangulus habet
tres etc. non haberemus scientiam de triangulis futuris quod est inconveniens ut dictum fuit. Et Aristoteles primo Priorum dat intelligere
propositionibus de omni ubi tamen innuit dictam suppositionem naturalem quod de omni homine dicitur animal quia si verum est quidem dicere hominem
verum est dicere animal et si nunc aliter et aliter hoc est dictum quod ista propositio homo est animal vel omnis homo est animal est de omni
secundum suppositionem naturalem scilicet quidquid est verum dicere hominem et quandoque est verum dicere hominem ipsum et tunc verum
sit dicere animal. Et ita hec est vera tonitruum est sonus in nubibus licet nunc non sint tonitrua quia quidquid est fuit
vel erit tonitruum. Et quandoque fuit vel erit tonitruum ipsum et tunc fuit vel erit sonus in nubibus existendo

singula singulis Sed statim dicetur aliquis dicere nos coincidere cum opinione predicta quam dicere propositionem solum nos assignatur sensum ypotheticum et ita alii concedebant de talibus propositiones ypotheticas esse veras et sensibiles Credo quod forte hec opinio erat eadem intendebat sicut dicunt secundum locutionem in modo loquendi primum enim concedunt in predictis rebus propositionem in cathegoricam in sensu cathegorico Ego autem concedo eam esse veram secundum suppositionem naturalem Nec obstat si sensus aliquarum propositionum declaratur per ypotheticam quod propter hoc illa propositio sit ypothetica Sic enim omnis propositio esset ypothetica illius enim propositionis homo currit sensus explicatur per istam ypotheticam sortes currit vel plato currit et sic de singulis Et sensus illius omnis homo currit explicatur per istam sortes currit et plato currit et sic de singulis Nec due rationes aliorum prius adducte concludunt Ad primam enim quando dicitur quod non est nunc sonus in nubibus maior et tonitruus est ergo tonitruum non est sonus in nubibus dicendum quod si illa sunt modo tonitrua maior et minor sunt vere quia terminus in utraque extenditur ad suppositionem accidentalem et pro suppositis presentibus solum virtute huius verbi est et adiacentis [illegible] multitudo quod in ea terminus supponat accidentaliter sicut in pluribus Sed non multitudo quod supponat naturaliter pro eo est falsa sicut dictum est ex variatione suppositionis Ad aliam quando dicitur quod in propositione affirmativa vera termini debent supponere pro eodem concedo pro eodem presenti preterito vel futuro Sicut enim est verum dicere quod aliquod animal fuit marcha noe Ego tamen concederem cum opinione predicta quod si termini propositionis vel alter eorum pro nullo supponeret nec presente nec futuro nec preterito propositio affirmativa cathegorica non posset esse vera verbi gratia hec est falsa vacuum est locus non repletus corpore si vacuum [illegible] significatur quia tunc termini non possunt supponere pro eodem quoniam ambo vel alter eorum pro nullo supponit predicta tamen propositio est concedenda si vacuum accipiatur secundum suppositionem naturalem et esset predicatum diffinitionis quid nominis dicti de diffinito Talis enim est diffinitio diffinitionis dicitur quid nominis et quid rei quoniam diffinitio dicens quid rei verificatur de termino diffinito personaliter ut homo est animal rationale mortale diffinitio non quid nominis significat de eo supponente naturaliter sub hoc sensu Vacuum est locus non repletus corpore id est hoc nomen vacuum significat locum non repletum corpore Et est propositio cathegorica affirmativa et vera et utroque terminorum pro vero ente supponit Hec autem omnia que quare non sunt necessaria dicta [illegible] potest explicari perscrutata si [illegible] in scriptis meis super summulas ubi tractatum est de suppositionibus Sed adhuc aliquis posset dubitare quomodo scientia potest ab arte et prudentia differre cum ipsa concedatur versari circa res contingentes sicut ars et prudentia Respondeo quod licet scientia sit de rebus contingentibus tamen est de conclusionibus et ex propositionibus non contingentibus aliter se habere modo predicto ars autem et prudentia sunt de conclusionibus et ex propositionibus contingentibus [illegible] quas contingit aliter vel aliter se esse falsas Credit [illegible] quod iste [illegible] non debebit [illegible] esset falsa [illegible] concludit [illegible] et dabit sibi [illegible] per [illegible] et circumstantiarum singularium quas oportet considerare artificem et prudentem non autem scientem vel sapientem Et inde cum hoc [illegible] dictum est declaratum fuit in questione [illegible] Ad rationes [illegible] quod si [illegible] accipiatur [illegible] solutio [illegible] modo predicto Alia ratio et alie rationes ad oppositum procedunt viis suis et sic patet ad questionem

Septimo queritur utrum

actio et factio constitutive distinguantur Et videtur quod non quia sequeretur quod facerent duo predicamenta quia eadem ratione actio esset unum predicamentum eadem ratione et factio et [illegible] Sed consequens est falsum quia essent plura predicamenta quam decem ergo etc Item agens et factivum non distinguuntur constitutive ergo nec actio et factio [illegible] patet quia si distinguerentur tunc essent plura genera quam [illegible] Item agibile et factibile non distinguuntur constitutive ergo nec actio et factio [illegible] quidem est agibile

& factibile & tamen factibilia sunt domus et lectus quia bona & ordinata ad finem. Item omnes operationes
virtutum sunt actiones cum spectent ad prudentiam & tamen ipse omnes sunt factiones quod dicit commentator
quod virtutis est benefacere. Et in primo magnorum moralium dicit quod contemplativa est post bonitatem vel opera meliora magis. Oppositum
arguitur. Aliud est actus & factio et in contrarium sunt immo actus et factio non est actus factio nec factio est actus est. Ergo
sunt diversi. Quia actus est actio (?) sicut actiones alterius est ab eo quod videtur esse factus sunt vel quod possunt sicut ergo
Ars & prudentia que sunt diversa distinguuntur secundum distinctionem operationum ex quibus sunt ut vult aristoteles quod ars est habitus factivus et prudentia
activus habitus est quod actus & factio distinguuntur. Solutio dicendum quod actio et factio quandoque sumuntur communiter pro actu sive extenditur ad omnem
motum vel mutationem et ita actio & factio sunt nomina synonima et sic fuit unum de antiquis. Sed actio et non loquendo de
his aristoteles in sexto libro actio sumitur proprie pro actione pro ut spectat ad prudentiam & factio ad artem et sic distinguuntur quia
tunc alia ars & prudentia non distinguuntur. Secundo dicendum pro quod distinguitur est dubitatio. Dicit enim aliter quod factio
est quae transit in materiam exteriorem ut edificatio fabricatio & similia. Actio autem est quae manet in agente ut intellectus &
volitio. Sed istud dictum videtur includere dubitationem primo quia omnis operatio pertinet ad prudentiam videtur dicendum actio
ut aristoteles vellet. Et iterum omnes virtutum moralium operationes pertinent ad prudentiam cum prudentia sit regulatrix
earum ideo et virtutis diffinitio quod est in medietate consistere determinatione sive per prudentiam quia omnes operationes
virtutum moralium sunt actiones quarum tamen multe transeunt in exteriorem materiam. Fortitudo namque operatur
circa timores temperantia circa cibos & potus & mulieres. Liberalitas circa pecunias et magnificentia
construit templa & magna edificia et ita sunt ergo multe operationes que transeunt in materiam exteriorem. Ideo quoniam
artis operationes deberent dici factiones et non actiones si ars & prudentia bene distinguuntur per hoc quod ars sit habitus
in factivus & prudentia habitus activus. Secundo dico aristoteles. Similiter operationes permanentes pertinent ad artes
sicut ad prudentiam que per intellectum & voluntatem ars operatur sicut & prudentia. Alii vero dicunt quod aristoteles in
sexto metaphysice et in phisica ethicorum et in primo magnorum moralium distinguit duas operationes has quia una quarum alterius ad
sit preter istam ut edificatio et contrario. Alias quarum non est aliquid aliud opus preter operationem ut visio vel
lectio primas ergo operationes vocat aristoteles primo magnorum moralium factiones aut quas dicit esse artem.
Alias autem vocat proprio nomine operationes id est actiones aut quas dicit esse prudentiam. Sed iterum est
hoc dictum multum pro qua ratio non valet in pluribus quod patet in sexto metaphysice per aristotelem dicentem. Quorum ergo
alterum est quod fit preter usum horum actus in facto ut edificatio in edificato et contrario in contexto.
Quorum vero non est aliquid aliud opus preter actus in ipsis existit actus & visio in videnti et speculatio in speculante ergo quoniam in ... sunt adducta que pertinent operationes preter et adducta
quarum. Item aristoteles primo magnorum moralium ponit citharizare inter operationes quarum non est aliud
aliud opus preter operationem & tamen citharizare non videtur esse actus sed factio cum magis videtur pertinere ad artem
quam ad prudentiam et non est dubium quod multe sint tales artes preter quarum operationes nihil manet ex operatione
pro ut aristoteles sentit in prohemio ethicorum. Non obstantibus tamen dictis obiectionibus forte quod opiniones
predicte non sunt ex toto abiciende. Puto enim quod si per actionem & factionem semper actibile & factibile
obiective volumus distinguere artem & prudentiam quod actio dicatur principaliter et primo de dictis electionibus
immediatis et ex consequenti semper per attributionem omnis operatio imperata ab electione sine qua dictum est protendit
et actio pro hoc enim dicit aristoteles sexto metaphysice quod actionum sunt principium est quae in agente pro hoc est electio
idem enim agibile et eligibile ut dicit aristoteles. Factio autem primo & principaliter dicitur operatio sive motus exterior qui ad
fit extra in materia. Secundo et per attributionem factio dicitur omnis operatio ad hominem facere exteriore finaliter ordinata

hec autem et principaliter persuadere potest primo quia praxis secundum se sumpta idem est quod actio que
communiter accepta extendat se ad factionem quam tamen describebat Eustratius dicens quod praxis est secundum hominem electionem
operatio. Et idem videtur sentire philosophus 2° physicorum ubi de fortuna quidem est et quod a fortuna est. Ubi
loquens expresse de actu et de praxi dicit fortuna quidem est et quod a fortuna est quibuscumque eius contingere
inesse et actio. Unde nec est inanimatum nec fortunam. Quare quibuscumque non
contingit agere nec a fortuna aliquid facere. Et propter hoc nec inanimatum nec infans nec bestia nec
facit a fortuna quia non habent propositum. Patet igitur quod actiones non inveniuntur proprie nisi in agentibus a proposito. Agere autem a proposito
est agere secundum electionem. Item iste operationes specificant artem et prudentiam secundum quas attenditur
bonitas artis et prudentie. Sed bonitas artis attenditur in bene se habendo ad factionem exterio-
rem et bonitas prudentie in bene se habendo ad operationem secundum electionem interio-
rem sicut apparuit in 2° ethicorum ubi dicebat aristoteles. Adhuc autem non simile est in artibus et virtu-
tibus sive moralibus que per prudentiam regulantur. Que autem in artibus fiunt bonum habent in se.
Sufficit ergo hec qualiter habentia fieri. Que autem secundum virtutes fiunt non si hec qualiter habent iusta vel temperata sunt
sed si operans qualiter habens operatur primum quidem si sciens deinde si eligens. Et parum post
subdit quod scire parum potest ad virtutes eligere autem non parum. Propter quod et dictum est in 3° libro quod electio
videtur esse proprium virtuti et magis electione mores iudicare quam operationibus. Nunc ergo e-
lectio interior et operatio exterior distinguunt artem et prudentiam propter hoc et quidem operatio
actio dicitur nomine proprio illa vero factio. Sed contra istum modum dicendi videtur esse dicendum quod
quamvis possent adduci fuerit primo quidem quod omnes operationes exteriores ad prudentiam videntur dici
actiones et tamen multe operationes exteriores spectant ad prudentiam ut omnes iustitie sunt. Secundo operationes spectantes ad
artes dicuntur dici factiones et tamen ad multas artes spectant interior electio. Tertio quia ars plus magis videtur et dicitur
zare dicitur esse operatio intelligentis ibi per operationem quod inveniuntur per actionem et tamen dicitur non est electio
interior. Item si non solum electio sed etiam operatio sed electionem precedens dicatur actio tunc consideratio
que ut est factio quedam dicitur actio tamen et speculatio dicitur actio quando ita quando eligimus speculari aut edificare
sicut fortiter bellare vel liberaliter dare et sic sequeretur quod operatio seu sit factio et sit speculatio
et sit actio quod non convenit. Ad evidentiam istorum sciendum est quod omnis humana et libera est opera-
tio intellectus sed dicitur quod omnis operatio intellectus ordinata finaliter ad dirigendum operationem
exteriorem ut ipsa vel res operata sit in se bona et perfecta dicitur factio seu operatio factiva et pertinet ad ar-
tem. Omnis autem operatio intellectus ordinata finaliter ad dirigendum electionem ut electio dicatur in se bona et ho-
nesta dicitur actio seu operatio activa et spectat ad prudentiam. Sed operatio intellectus que nec ad diri-
gendum electionem nec ad dirigendam operationem exteriorem finaliter ordinatur vel ad nullam aliam operationem
hominis finaliter ordinatur vel solum ad ulteriorem intellectus operationem dicitur speculatio sive operatio
speculativa et spectat ad habitus speculativos. Sciendum tamen quod operatio intellectus denominatur dirigere
electionem ... etiam propter hoc ad hoc quod denominetur scibilis ... non potest ut ad prudentiam simpliciter ... hone-
sta sed ad artem denominatur eo quod ... naturaliter ... exteriorem et ita huiusmodi operatio et electio non dicitur
actiones sed factiones sive factive operationes. Sic ergo dicimus quod omnis electio ... actio ... ponet ad prudentiam
quia ... est ad hoc quod electio proprie loquendo non est ipsius finis sed eorum que ad finem sunt finis ... 2° ... [illegible]
sit. Sed ipsius est voluntas ita quod finis secundum quod in [illegible] finis est volibilis et ordinata in fine ...

eligibilia propter volitum finem. Duplex autem est finis sicut in capitulo precedenti dictum fuit. Scilicet unus qui est
totalis et ultimatus finis omnium operationum humanorum et est humana felicitas. Alius est finis particularis ali-
quarum operationum et in ulteriorem finem ordinatur ut domus aut lectus. Finis autem totalis est ultimatus
qui est simpliciter et secundum se ipsum bonus et optimus. Ideo est simpliciter volibilis et ita omne ordinabile
in ipsum est simpliciter eligibile secundum quod ordinatur in ipsum. Propter quod et volitio ipsius finis et electio eorum
gratia ipsius dicuntur simpliciter volitio simpliciter et electio simpliciter et talis electio semper spectat ad prudentiam quia prudentia
simpliciter sibi statuit ultimum et totalem finem totius humane vite. Sic prudentia dicitur. Sed finis particularis quem ars sta-
tuit ut domus aut lectus cum non sit simpliciter et secundum se ipsum bonus, sed contingat ipso male uti, non est simpliciter
et secundum se ipsum volibilis et consimiliter nec ea que ad talem finem ordinantur sunt simpliciter eligibilia sed que ad talem finem or-
dinantur. Non enim sequitur est eligibile ad talem domum construendam firmam et pulchram, ergo eligibile
simpliciter, quia possibile est quod talem domum facere firmam et pulchram est valde malum propter circumstantias indecentes
ut si latrones et alia ut eam inhabitent et per consequens electio talium propter talem finem non est dicenda elec-
tio simpliciter. Dictum ergo quod electio simpliciter semper dicenda est actus simpliciter et pertinet ad prudentiam simpliciter. Electio autem
ad finem statutum particularem vel ad domum vel ad lectum faciendum non est actus simpliciter nec pertinet ad prudentiam
simpliciter sed ad prudentiam [illegible] secundum quam dicimus aliquos prudentes homines sicut prudentes edificatores
vel prudentes nautas. Alios autem prudentes secundum quod est simpliciter quedam circumstantie [illegible] dicuntur. Ideo et
tales electiones possunt dici actiones secundum quid tamen dicuntur simpliciter factiones. Videndum est de electione videamus
ad quem habitum pertinet statuendum quod ars et prudentia habent ista sibi opposita. Sicut enim ars est habitus cum ratione
vera factivus [illegible] sibi oppositum quem [illegible] vocat atechniam est habitus cum ratione falsa factivus. Et sic prudentia est
habitus cum ratione vera activus. Ita habet oppositum quem possumus vocare asuniam est habitus cum ratione falsa activus. Sicut
ergo asunia et atechnia male iudicant in ordinando ea secundum appetitum inepte et indiscrete eligit ad finem
sibi statutum sed differunt quia atechnia statuit sibi finem specialem scilicet domum vel lectum fiendum. Asunia autem
statuit sibi finem totalem totius humane vite scilicet humanam felicitatem sicut et prudentia. Et dicitur sibi asunia statuere
finem ipsam felicitatem non quodcumque modo sed accepta [illegible] ubi totius puta secundum quod est tantum optima delectabilis et per se
sufficientia. Sed [illegible] decipitur in iudicando quod sit illud quod sit optimum et propter quod multi credunt illam esse honores et divi-
tias et delectationes et tales statim volunt talia tamquam fines totius vite sue. Et sic asunia est totus [illegible]
prudentia pro illo statuit sibi finem a principio et fuit valde malus. Cum autem vere iudicat quod sit illud
quod vere est optimum delectabilius et per se sufficientissimum tales statuunt sibi esse illam [illegible] finem totius vite
sue ad quem ordinant omnes suas operationes. Longe quoque secundum alios in particularibus consiliatio deficiat sicut hoc
asunia non est totus [illegible] nec [illegible] non potest dici simpliciter prudentes et boni homines. Illud enim precognoscere
est valde difficile et propter hoc bene concludebat Aristoteles in primo libro de tali fine omnium humanarum opera-
tionum [illegible] ad vitam eius cognitio magnum habet incrementum. Visum ergo est ad rationes primo adductas. Ad
primam dicitur quod non est idem [illegible] ad agere et pati [illegible] et [illegible] et per consequens idem esse activum et factivum vel
actionem et factionem. Dicendum est factivum propter [illegible] ut est opus et consimiliter est factio [illegible] dicendum est actibilis secundum quod ordina-
bilis in humanam felicitatem et ita consimiliter est actio [illegible] ut [illegible] homo [illegible] et [illegible] operatur secundum artem secundum quam
precepit facere firmam et stabilem et pulchram et secundum prudentiam secundum quam ordinat eam in optimum finem et possibile est quod
operetur eam secundum artem et secundum asuniam ut si construat [illegible] ad malum finem et possibile est ut operetur eam secundum
prudentiam et non secundum artem et esse secundum atechniam et alius secundum asuniam et atechniam ut si male faciat construi [illegible]

ficiat per casum contingentem quia potest homo talem ordinare ipsum ad bonum finem uel ad aliquod malum et per idem etiam peruertit per quod fit declaratio ad secundum dictum. Ad tertium dicendum est quod omnis operatio potest tripliciter magnitudinem inueniri dicitur ex parte sui sed exigentiam prius dicitur. Ex illo enim loco hoc solum dicitur capi quod actus ipse et principium dictum est operatio immanens et non extra non fit aliquid alterum praeter operationem quod sit perfectio operantis uel illius operationis. Electio enim est talis operatio sed non conuertitur scilicet quod omnis talis operatio sit actus prudentiae ut actio spectat ad prudentiam cum uisio uel auditio uel ultimo omnis cognitio sit talis operatio. Debet etiam ex illo loco capi quod omnis operatio cuius est fit aliquid praeter operationem quod est in materia et perfectio illius operationis est factio. Sed nec est ob hoc dictum quod sola talis operatio sit factio prout factio spectat ad artem. Sed considerandum quod sicut aedificare sequitur ex factione pertinet ad artem sic domificare uel fabricare. Quod autem Aristoteles exemplificat de aedificare dicendum est quod per hoc non intendebat Aristoteles exemplificare de actione prout actio spectat ad prudentiam sed de operatione sibi et actione quae spectant ad prudentiam quae similiter superius sunt satis declarata. Vel dicendum quod exempla non ponuntur ut uera sint. Verum est quod propter talia dicta Aristotelis Eustratius et plures alii diuidunt artes in factiuas et actiuas uocantes illas factiuas ex quarum operationibus prouenit extra operationem praeter usum seu operationem ut ars fabrilis et domificatiua. Illas autem uocant actiuas ex quarum operationibus nihil prouenit extra praeter usum seu operationem ut ars fabrilis et domificatiua. Illas autem uocant actiuas ex quarum operationibus nihil prouenit extra praeter usum seu operationem ut ars equitandi seu cytharisandi. Et si quis ita uult dicere plus non quod uocaliter differunt ad plus. Tamen sic dicendo ars et prudentia non distinguerentur ultimo per esse habitum factiuum et habitum actiuum quod tamen intendit Aristoteles in hoc loco. Et quidquid dicatur de nominibus oportet ea quae predicta sunt intelligere si uolumus prudentiam ab arte perfecte distinguere. Ad quartum dicendum quod ratio non est quod non est talis domificatio quae est ipsa factio et spectat ad artem spectare etiam ad prudentiam sed alia ratione et posse dici actionem. Sed non proprie tamen sibi attribuitur. De speculatione dicendum est quod ipsa non est actus ipse prout sic actio spectat ad prudentiam. Nec spectat ad prudentiam tamquam actus prudentiae. Tamen concedi dicitur quod ipsa pertinet ad prudentiam sicut obiectum prudentiae eligitur per prudentiam uel sicut finis uolibilis quia prudentia praecipit eligere quae ad speculationem ordinantur. Speculatio ergo non est actus prudentiae sed sapientiae uel alicuius habitus speculatiui. Sed uelle speculari uel eligere studere quia ipsius speculationis est actus prudentiae. Speculatio enim quod est actus sapientiae et etiam actus prudentiae sicut finis eius quod ad finem. Propter quod dicit Aristoteles hoc quod prudentia praecipit sapientiae quia sed non illi. Praeter tamen concedi quod speculatio dicitur actio sed attribuitur quod ordinatur ad actum quod est actus prudentiae sicut eius obiectum uel eius finis et principium. Ad rationes principales dicendum est quod prima et secunda et forte aliae procedunt de actione et factione superius communiter sicut in principio capituli tamquam sumitur sicut dictum est. Et si tertia ratio concludat tamen eius solutio patet satis ex dictis. Et sic finitur quaestio.

Ctauo queritur utrum ars sit uirtus et arguitur quod non quia hoc dicitur quod uirtutes non sunt passiones nec sunt potentiae. Sed certo modo dicitur artes esse potentias. Dicitur enim aliquas potentias esse actiuas disciplinarum sed artes [illegible] dicitur prohibere an uirtus habentem perficiat et opus eius bonum reddat secundum hoc. Sed ars non reddit opus bonum sed bonum domificatorem et per artem domificatiuam fit domus in se bona et firma

qui tamen aliis valde male agit quia ad malum finem dirigit cum facit in quo peccat vel aliis dat eundem effectum sicut secundum artem
et contra prudentiam ideo etc. Arte enim utentes homines et secundum quod homo dicitur bonus homo ut patet 2° huius. Sed homo non dicitur secundum artem bonus homo quamvis multi arti-
fices sunt valde mali homines. Item virtutis non est virtus quia perfectio est in infinitum sed artis est virtus ut dicit auctor ideo etc.
Oppositum vult auctor. Dicendum sic tunc breviter ad questionem primo quod omnis ars est virtus quedam. Secundo quod nulla ars est virtus
hominis secundum quod homo. Primum quidem patet sic. virtus diffinitive vel descriptive est que habentem perficit et opus
eius bonum reddit ut 2° huius. Sed omnis ars est huiusmodi. probatio quia habens artem est ipse intellectus factivus qui perfectus est
factivus artes perficiunt ut notum est de se. Opus autem intellectus factivi est factum vel exterius et interius. Interius
est cognitio et iudicium de factibilibus. cuius operis bonitas est veritas ad quam secundum artes determinant intellectum factivum.
Operis autem exterius ab intellectu natum est regulari ideo et eius bonitas nata est esse tamen habere ex bonitate opera-
tionis interioris. quod autem ... quia ars reddit opus intellectus factivi bonum vel bene se habens. Item virtus attenditur secundum max-
imum et optimum opus in quod potest potentia. patet intellectus factivus secundum maximum et optimum opus in quod potest intellectus factivus
secundum quod est factivus est verum dicere circa factibilia et ad hoc ars determinat intellectum ergo etc. Secundum probatur sic. Illa non est
virtus hominis secundum quod homo que non reddit hominem bonum hominem simpliciter ut patet 2° huius. Sed ars non red-
dit hominem simpliciter bonum hominem quia multi sunt docti artifices et experti qui sunt mali homines puta intemperati
aut iniusti. Nec mirum quia per artem considerata tantum et secundum artis exigentiam potest domus fieri in se bona
et firma et pulchra propter malum finem sicut propter bonum et ita male habita malitia. Item virtus hominis
attenditur secundum opus maximum et optimum in quod homo potest. Sed opus optimum in quod homo potest non est circa factibilia circa que est ars
sed vel circa agibilia vel circa speculabilia cum circa ea enim nobilia debeat esse opus nobilius et melius ideo etc. Item virtus
alicuius non debet attendi penes eius partem inferiorem et viliorem sed vel secundum totum vel secundum eius
partem nobiliorem et excellentiorem a qua totum maxime natum est denominari. Sed intellectus factivus
est pars inferior quam sit intellectus activus vel speculativus ideo etc. Dicam ergo quod singulis partibus vel poten-
tiis in homine habentibus alias et alias operationes attribuende sunt alie et alie virtutes ipse determinantes eas ad
optima opera in que possunt. Alia enim est virtus oculi alia est virtus manus. Sed nulla virtus particularis
potentie principaliter dicitur virtus totius simpliciter nisi virtus partis seu potentie principalissime. Si tamen totum non habeat potentiam distinctam
a potentiis singularibus partium tunc non est inconveniens virtutem partis principalissime toti simpliciter attribuere quod sic dicitur
quod huius civitatis principalissimum esse videtur sic et homo et omnis alia congregatio. Ergo quelibet ars erit
virtus non hominis secundum quod homo sed intellectus factivi in ordine ad obiectum illius. erit autem virtus determinativa
intellectus factivi ... Ad rationes ergo intendendum est. Ad primam dicendum est quod virtus ... passio vel
est potentia ipse sed dispositio vel habitus potentie determinans potentiam ad optimum eius opus. Quandoque tamen vo-
catur largo nomine potentia extendendo ipsum ad habitus vel dispositiones ... potentiarum et ita artes
et omnes virtutes possunt dici potentie. Sicut dicit auctor primo rethorice quod virtus est quedam potentia acquisitiva
bonorum et conservativa et potentia benefactiva multorum etc. Vel dicendum quod virtutes et malitie sunt determinationes
potentiarum ad oppositum sed huiusmodi ars dicitur virtus magis determinat intellectum factivum ad verum iudicandum
circa factibilia. Sed quia in ordine ad opus exterius ars se habet ad opposita quia sicut per artem medicine
medicus potest sanare ita potest interficere ideo artes ut sic non ... potentie et indiget ad simpliciter bene operandum
alia virtute determinante eas videlicet prudentia aut morali virtute. Ideo eam bene dicit auctor quod aut erat vir-
tus. Ad aliud dicendum est quod nulle artes prohibent ea ratione qua sunt virtutes sed determinant intellectum ad
verum iudicandum sed ea ratione qua possunt eis uti male quo ad operationes exteriores preter virtutem

malicia. Non ergo per se prohibetur sed per accidens malicia ne eis utamur. Sevissima enim iniusticia habens arma primo politicorum. Ad aliud dicendum est quod ars reddit opus materiale intellectus factum bene se habens sed non determinat per se opus exterius nec ipsum appetitum ad finem bene se habere. Sed ad hoc indiget virtute ut dictum est. Alia ratio bene probat quod ars non sit virtus hominis secundum quod homo. Ad ultimam dicendum est quod ars non est virtus inquantum ipsa est virtus sed inquantum ipsa determinat intellectum ad verum iudicandum. Sed bene indiget virtute quo ad opus exterius ad hoc quod ordinetur in bonum finem quia sic erat oppositorum ex magis habebat sicut dictum fuit modo. Propter hoc questio vera est. Et sic est finis questionis.

Nono queritur utrum prudentia sit virtus intellectualis. Et videtur quod non quia virtutes intellectuales videntur posse amitti per oblivionem sed prudentie non est oblivio ut dicit aristoteles. Ideo etc. Item virtutes morales distinguuntur contra intellectuales ut habetur. Sed prudentia videtur esse virtus moralis. Auctor secundo quod sic determinat de prudentia cum temperantia fortitudine et iustitia. Ergo prudentia erit virtus moralis sicut et alie tres. Et confirmatur quia videtur quod ad moralem non pertineat primo determinare de virtutibus nisi de moralibus et quod si de aliis determinet hoc est intentione secundaria. Propter quod convenienter et duarum virtutum moralium ad alias virtutes in nobis virtutes morales sed omnes morales de prudentia determinaverunt. Ergo prudentia est virtus moralis. Item aristoteles volens ostendere quod suspicio et opinio non sint virtutes adducit hoc medium quia suspicione et opinione contingit falsum dicere. Sed habitu prudentie contingit falsum dicere vel per immobile aliquis circumstantie ignorantiam quod etiam ar de legislatoribus quia sicut prudentes leges ferre videntur et tamen leges aliquando ferunt [illegible] sicut dicit aristoteles in quarto huius. Et iterum quia habitu iudicamus de hiis que latent contingit falsum dicere. Prudentia autem sepe iudicat de hiis que latent quoniam prudentia est circa singularia et que ipsa iudicat. Constat autem quod non omnia singularia sunt in presentia sensus ut si prudentia consiliatur de invadendis aut repellendis non oportet inimicos esse presentes sed contingentia circa sunt extra sensum latent utrum sunt vel non sunt sicut dicit aristoteles in vi° huius et secundo methaphysice dicit aristoteles et quod singularia cum recedunt a sensu possunt corrumpi. Ideo non remanebit de hiis certa cognitio sed estimatio tantum. Ideo etc. Item opinio et suspicio non sunt virtutes ut dicit aristoteles. Sed prudentia secundum non transcendit certitudinem opinionis vel suspicionis quod patet quia iustus iudex nullum fert iudicium nisi per [illegible] certa per prudentiam et conclusum sic quod tamen iudex ad iudicium determinatur nullas habet nisi probabiles seu suspicabiles coniecturas solam opinionem vel suspicionem generantes. Ideo etc. Oppositum dicit aristoteles hic et in primo magnorum moralium. Dicendum est primo quod prudentia est virtus intellectualis. Secundo quod ipsa est virtus. Primum patet quia per prudentiam quantum ad quid nominis vel ad intelligimus quod habitum determinantem animam ad verum dicendum circa agibilia. Sed verum dicere spectat ad intellectum non ad appetitum seu aliam anime potentiam. Ideo etc. Secundo probatur quia omnis habitus determinans potentiam aliquam ad eius opus optimum est virtus illius potentie. Virtus enim actus est maximum in quod potentia potest ut dicitur primo celi et mundi et dicitur secundo physicorum quod virtus est dispositio perfecti ad optimum et ad optimum eius opus. Sed quedam anime potentia est intellectus practicus sive activus et prudentia determinat ipsum ad optimum eius opus scilicet ad recte consiliandum et verum dicendum de agibilibus. Propter hoc est probatum quod prudentia est virtus. Pro solutione premissarum rationum sciendum est quod de hoc oblivio circa quosdam intellectuales habitus contingere videtur quia tales habitus non sepe transeunt in actuale opus. Geometer enim non obliviscitur geometriam si sepe circa geometricalia speculetur. Possibile autem est ut habens aliquam speculativam scientiam vel aliquam artem non sepe consideret circa eas verbi gratia geometer vel tonsicator possibile est ut fiat mercator

et totum opus tenitorum et geometrie consideratori relinquat propter quod similiter in his accidit oblivio Si
prudentia connexa est virtutibus moralibus in tantum connexione sic dicatur per se et est actiua atque obligata cum
moralium virtutum propter quod necesse est prudentem operari continue secundum prudentiam practicam virtutum
nisi forte prohibeatur infirmitate tollente usum rationis Assunt enim nobis obiecta prudentie et mo
ralium virtutum atque exercere opera prudentie et virtutum Non est autem possibile virtuosum non
operari bene quantumque non si potest quia non esset virtuosus nec enim est ipsa virtus nisi quia ipsa operamur
quod oportet et quando oportet et quomodo et cum aliis circumstantiis patet ergo quod prudentie non est oblivio non ex eo quod
non sit habitus intellectualis sed ex eo quod necesse est prudentem continue secundum ipsam operari Hanc etiam causam
dicit auctor primo huius de permanentia virtutum et suarum operationum Sunt enim permanentiores uel disci
disciplinis et speculativis honorabilissime propter maxime et maxime continue vivere in ipsis beatos hoc
est assimulatur causa eius quod est non fieri circa ipsa oblivionem Ad secundam rationem dicendum quod pru
dentia non est virtus moralis per ea quia morales contra intellectuales distinguuntur et contra morales
secundum connexionem quod in moralibus una non est perfecta sine alia tamen concedi moralis dicatur quod dirigit omnes
virtutes morales in suis operationibus. Non enim dicuntur virtutes morales nisi inde quod prude
ntia determinatur propter quod de prudentia maxime declarare spectat ad moralem Ad aliam rationem Eustratius
duplicem assignat rationem secundum ... una est quod licet ars et prudentia quandoque declinant a vero propter obiectorum
contingentium variationem tamen ut in pluribus verum dicunt et ideo non sunt habitus viciosi sed boni Sed ista solutio
non videtur sufficiens quia non est opus esse nisi medium et esse ponenda ... quamvis ut in pluribus opinione verum dicimus
Item ista solutio videtur contra ... prudentiam quam omnis habitus verum dicentis quod autem ... veritatis dicens Si numquam quandoque verum di
cimus et numquam mentimur alius non contingentia vel esse contingentia alius hoc scientia et prudentia est et sapientia et intellectus
ideo alia ratio est quod ars et prudentia secundum de se sunt habitus veridici quod autem aliquando dicant falsum non est ex eis sed
ex instabilitate contingentium cum quod ... enim quod prudens semper recte se ... Etiam
excidit a fine multotiens que posuit a principio non ut ipse fallat dicens sed ut rebus ipsis commu
tatis Non ergo ille vituperandus est cum finem non potuit Sed laudandus quidem quam bene conat...
us est ... ergo prudentia habitus semper verorum ... Aliud autem quandoque non habitum instabi
litatis contingentium Sic autem non est de opinione non enim ... non ratione obiecti ... in ipsa quam
Aliud dicimus quod ex hoc ... quia ... habemus opiniones ... aliud scientie et ... deum
Tertia ratio solvitur per hoc quod ... prudentie ... operari ... operatur quod potest ... non simpliciter ... exigit obiecti et
circumstantiarum ... Nec ... oculi ... in discernendo colores in obscuro ... quando maior esset
virtus oculi qui posset in obscuro percipere colores confuse quam oculi qui discerneret colores in lucido Sic
non oportet dicere ... quia ... non producat ... quam inclinationis ... per quod maior sit virtus nature producentis
monstrum sed tamen ... producere non potest quia ab ... non attentio ... virtus nature in faciendo perfectum
sed in faciendo ex possibilibus quod melius est circumstantiis contingentibus attentis Sed ergo in ... acti
... attentio in semper iudicando vere quid sit melius aut peius simpliciter sed in vere iudicando quid sit melius
aut peius secundum quod est possibile ... magis et simpliciter his que cognoscere est in nostra potestate et eo modo quo ea
cognoscere est in nostra potestate et eo modo quo Si ergo ... prudentialis ... declinat
a vero propter ... aliquorum in facto consistentium ignorantiam hec non obstat quin prudentia
sit virtus ... Per hoc ... ad ultimam rationem Illa namque ... quo de agibilibus non

possem^q in amore h^c cognitionē q per probabiles aut suspicabiles coniecturas solū in nob' opinionē uel suspicionē generantes tū prudentia secundū talem notitiam conducēt hoc aut dicē agendum aut faciendum io nō ē inconueniens aliquas r̄ones solam suspicationē generantes spectare ad uirtutē actiuam intellectꝰ Sed tñ ea de quibus ē impetrare intellectus firmam et infallibilē h̄re notitiam demonstratiuā opinio uel suspicio uel aliud quodcumque istius quo contingit dicē falsum nō ē ē uirtus intellectus s; solum sciā intellectꝰ uel sapientia Et sic ē finis q̄onis

Sexto queritur utrum prudentia sit ab omni arte distincta Et uꝰ q non quia ille uirtutes sunt eedem que sunt circa idem obiectum et ꝓp eundem finē. Istius autem operatiuus maxime specificantur ex obiecto et fine et sic ē de arte et prudentia quia circa idem operatur in bello fortis qui p prudentiam operatur et miles qui p artē et ꝓp eundem finē scilicet ꝓp uictoriam Item dicit arꝰ l uj aut prudentis ē bene posse consiliari ipsa bona et conferentia nō s; partem puta qualia ad sanitatē uel fortitudinē s; ad bñ uiuē totū Ex quo uꝫ q posse bñ consiliari s; partē ptinet ad partem prudentie licet nō ad totam prudentiam quia ille nō pt bene consiliari ad totum uiuē qui nō pt consiliari ad totum uiuere qualꝫ ptē Sed constat q militarium actiuum ē bene consiliari secundū partē in arte militari de hiis que ad bellum spectant ad uictoriā obtinendam et nauigatoria de hiis que ad nauigandū ergo ista talēs artes sunt partes prudentie Oppositum ponit arꝰ et probat quia prudentia et ars circa distincta obiecta uersantur hoc quidem actibile illa factibile q neutrū sunt nec supponuntur continentur Neque enim factio ē actio neque actio factio ē ut dicit arꝰ Dicendum ē q ars et prudentia totaliter distinguntur sic q nec prudentia ē pars artis nec aliqua ars ē pars prudentie Istarum autem differentie multiplices assignantur Una ē ex parte obiectorum quamuis enim circa idem obiectum materialiter suppositum ars aliquando et prudentia operentur tamen circa obiecta formalia semper distinguntur Est enim obiectum artis factibile secundum quod factibile obiectum autem prudentie ē actibile s; inquantum actibile habet enim eadem res sit actibilis et factibilis tamen hoc ē secundum diuersas r̄ones sic de ea fuit prius Domus enim ē factibilis secundum r̄onē factionē que ē motus transiens in exteriorē materiam quo domus ē producta ipsa enim ē actibilis s; actus que ē interior electio faciendi domum ꝓp honestum fieri aut turpē et ꝓp media turpia aut honesta Ex hac autem differentia sequitur 2a q ars ē directiua factionis ut res facta sit in se bona et perfecta prudentia autem ē directiua actionis s; electionis interioris ut sit media mediorum honestorum et ad honestum finem Sequitur etiam 3a differentia ex parte finis finis enim prudentie ē honestum finis autem artis ē utile Omne enim quod arte factum ē nō ꝓp seipsum factum ē s; gratia alterius Et hoc ē quod dicit arꝰ factionis quod enim alterum finis actionis enim nō ꝓp est cui ipsi eupraxia finis Ex hoc autem uerum sequitur 4a differentia quam ponit arꝰ q artis quidem ē uirtus prudentie autem nō ē Ars enim nō respicit finē suum ipsius gratia quesitum io uirtute ulteriori indigemus ordinante artificium in debitum finē et talis uirtus ē prudentia s; prudentia finē respicit finē quesitum sui gratia honestum enim ē quod sua ui nos trahit et sua dignitate nos allicit ut dicit Tullius Sequitur etiam 5a differentia q prudentia uirtus operatiua ē uirtutibus moralibus Ars autem nō Quamuis enim ex parte r̄onalis concedatur utramque pars sensitiua uel etiam tota appetitiua tamen nō ē possibile dicere ipsum subditum dirigere si subditus fuit rebellis et malus ymo malitia appetitus ē innata corrumpere r̄onem sicut dictum enim fuit et postea magis dicetur puerit enim malus sicut

dicit Aristoteles sexto Ethicorum mentiri facit circa practica principia. Ideo enim dicit Aristoteles quod bonum practicum est veritas consona
habens appetitum rectum. Et si queras quare malitia non corrumpit artem sicut et prudentiam, dicendum est quod malitia appetitus est in hoc quod statuit sibi finem turpem vel quod in finem statutum tendit
per media inhonesta; prudentia autem est que honestum et turpe scrutatur, ars autem non. Ex quibus
sequitur tertia differentia quam ponit Aristoteles, quod in arte quidem volens peccans est eligibilior, in prudentia
autem minus peccans aut volens peccat secundum malitiam, vel cum quod ars scire potest, prudentia autem non. Secun-
da autem ars excusatur de peccato involuntario. Si enim peccat et non ex parte voluntatis, ut si ac-
cidit quod peccat ex defectu artis, prudentia autem de involuntario excusatur. Prudens enim numquam deficit
sicut ex defectu voluntatis, sed deficere potest propter vitium abilitatis aliquis et circumstantias in suo consilio et
ignorantiam. Est ergo quarta differentia quod semper operandum est secundum prudentie dictamen, non autem semper sicut ars docet.
Prudentia enim semper intendit honestum, quod est simpliciter bonum; ars autem non, sed intendit id quod possibile est et ad
bonum et ad malum. Si ergo velit tyrannus aliquis construere ad impugnandum iniuste
populum innocentem, non illud faciendum sed ab illo opere fugiendum; vel si latomus ad hoc faciendum
cogatur, tamen prout eius est possibile faciendum est id debile ac pigritate et tarde, cuius
oppositum ars docet. Et ob hoc etiam dictum fuit quod ars est virtus, prudentia autem non. Octava
differentia est quod artes speciales plures sunt, non habentes ad invicem connexionem, immo nulla est una continens
artes omnes factibilium. Ars autem domificatoria perfecte haberi potest absque arte coriaria et ceteris. Sed
virtutes et etiam solam certe prudentiam omnium agibilium sicut inde debet inferri. Nona differentia est quod ars
et aliam partem anime perficiunt ars et prudentia. Hec quidem mentem activam, illa vero fac-
tivam. Huiusmodi ad primam rationem respondendum est: sicut visum fuit quod ars et prudentia necessari-
um idem obiectum formale sumptum non habent eundem proprium finem. Ars enim per arte militie intendit
finaliter victoriam et operatur ad eam in bello secundum quod rei fuerit extra et ex terrori factione et
non curat ad quem ulteriorem finem victoria ordinetur an ad bonum vel ad malum. Eodem
enim modo militaret pro tyranno et contra tyrannum. Fortis autem non intendit finaliter victoriam se-
cundum pacem vel salutem populi vel ad tale per se bonum et honestum, unde nec umquam bel-
laret pro tyranno vel ad impugnandum innocentes. Semper enim statuit sibi finem bonum
simpliciter et intendit in ipsum quantum potest per honestiora media pervenire. Ad aliud dicendum est quod unus est
humane vite finis ultimus et principalis in quem omnes tenent ordinate omnes hominis operatio-
nes vel propinque vel remote, si recte erunt bone. Et si non non sic dictum fuit in primo libro quod non est
bonum nisi per causas finales ut dicitur secundo Metaphysice. Ille ergo finis quodammodo virtualiter complectitur
in se omne humanum bonum. Cum ergo omnia hominis opera secundum quod huiusmodi ad bonum simpliciter ordinatur ad
illum finem manifestum est quod qui potest bene consiliari de hiis que conferunt homini ad bene vivendum to-
tum, talis autem est prudens, quia prudens est finem simpliciter bonum sibi statuens, nihil autem est simpliciter bonum
nisi ille finis ultimatus vel quidquid aliud inquantum ordinatur in ipsum sicut dictum est.
Patet ergo quomodo prudentis est posse bene consiliari ad bene vivendum totum. Si quis dicat quod ad hoc scilicet quod ad
ipsum spectat posse bene consiliari sed contra prout dictum est quod ulterius contra sed quod quilibet talis potest in illum ultimum finem
ordinatur. Si tamen quis consideret sicut se absque eius virtute in ultimum finem non posse bene consiliari ad talem per eo
quod esse prudens, sed potest esse ars sicut dictum fuit. Navigator enim consiliatur quomodo pertingat trans mare

sine corpore et diminutione periculo. prudentis autem est posse bene consiliari utrum sit simpliciter bonum
et honestum transire mare et per que media possibile sit hoc honeste fieri. patet ergo quod aliud et aliud spectat
ad artem et prudentiam posse consiliari bene secundum partem propter quod ratio non concludit. Sic quod istud.

Undecimo queritur utrum intellectus sit virtus. Et arguitur quod non quia intel-
lectus est una potentia anime. Et virtus non est pars in potentia ut dicitur 2° huius. Et si dicatur
quod ibi equivocatur de intellectu quia intellectus aliquando capitur pro potentia intellectiva aliquando
pro habitu principiorum per se notorum et indemonstrabilium primo ergo modo non est virtus sed secundo. Contra
quia potentia per se determinata sufficiens ad actum non indiget habitu sibi superaddito circa illius ac-
tus. Sed potentia intellectiva est per se determinata sufficiens ad dicendum verum circa prima principia in tan-
tum quod circa ea mentiri non potest ut 4° methaphisice et 2° unde dicitur philosophus in foribus quis delinquet. Item virtus
difficile est omnis artis et virtutis 2° huius. Sed verum dicere circa principia prima non est difficile cum sint per se
nota. ergo intellectus quo dicimus verum circa principia non est virtus. Item nulla virtus est nobis a natura
2° huius. Sed intellectus quo verum dicitur a natura circa principia innatus est nobis a natura. Unde commentator 2° methaphisice dicit
quod principia sunt nobis naturaliter cognita et 1° physicorum dicitur quod innata est nobis via ex notioribus nobis in
notiora nature. hec autem via non aliud est quam nobis innata est quod habitus principiorum. Item omnis virtus est
circa id circa quod contingit diligere et errare. Ad hoc enim ponitur virtus ne potentia erret circa
obiectum suum. Si igitur non posset errare non indigeret virtute sed circa prima principia non contingit errare
ut dictum est. Oppositum dicit aristoteles. Sciendum quod omnis demonstrationis oportet aliquando esse principia prima indemonstrabilia
que tamen oportet esse scita et credita magis quam conclusiones sicut dictum est primo posteriorum. Et non oportet dicere sicut aliqui
dicunt quod talia principia que simpliciter indemonstrabilia sint sit unum tantum aut duo aut pauca sed illa que
posita sunt in 4° methaphisice primo cum oportet esse principia indemonstrabilia vel plura quot sunt conclusiones demonstra-
biles saltem quarum una non demonstratur per aliam. Quod sic patet sint due conclusiones a et b
quarum una per aliam non demonstratur oportet quamlibet esse demonstratam per duas premissas. Eedem autem pre-
misse eandem inferunt conclusionem ut 1° methaphisice nisi forte fuerit transpositio. Si autem fuerit transpositio tunc conclusiones erunt
solum differentes sicut propositio convertens et conversa premisse ergo demonstrantes a vel erunt ambe eedem premisse
demonstrantibus b vel ambe diverse vel una eadem et alia diversa. Si ambe sint eedem tunc erit ea-
dem conclusio a et b sicut dictum est quod autem est contra positum. Si vero ambe fuerint diverse vel altera
earum tunc habeo quod a et b demonstrabuntur per quatuor premissas vel saltem per duas ab invicem diversas que si sint indemonstrabiles
habebitur propositum scilicet quod tantum duarum conclusionum erunt indemonstrabilia principia tria autem si autem fuerint demonstrabiles procedetur
de demonstrationibus earum sicut prius et habebitur intentum. Oportet ergo quod unde quamlibet nobis habere non
indemonstrabilia principia. Secundo videbitur an circa verum dicendum circa ea procedens sit habitus in intellectu distinctus ab in-
tellectu potentia. 3° videbitur an talis habitus sit virtus. Quantum ad primum sciendum est quod loquendo large de demonstratione
prout demonstratio se extendit ad particulares vel actuum operationes quibus concludimus hoc singulare esse
faciendum aut non faciendum aut prosequendum vel non prosequendum vel faciendum in isto loco vel in illo
et nunc vel tunc principia demonstrationum indemonstrabilia non solum sunt universalia sed singularia. Non enim est possibile ex pre-
missis universalibus conclusionem singularem sillogistice fieri concludere. Si enim scio quod omnis homo est rationalis non te
concludam quod hoc demonstratum est rationale nisi sciero quod hoc demonstratum sit homo propter quod dicitur primo huius quod ratio-
nes de universalibus et exclusive in actibus humanis singularibus existentibus. Actiones enim et generationes sunt

tamen singularia

aut singularia ut dictum est prohemio metaphysice. Sunt ergo principiorum indemonstrabilium quedam singularia quedam
universalia. Singularia autem communiter non fiunt nobis aut sensu aut memoria aut experimento verbi gratia sensu sit nobis notum
hunc hominem moveri hunc ignem esse calidum multa esse que sunt memoria non notum est nobis hunc hominem tunc
curatum esse ignem fuisse calidum illum hominem tunc comedisse reubarbarum ipsum tunc fuisse a colera pur-
gatum. Experimento autem fit nobis manifestum quod iste ignis quem nunc sentimus est calidus quod hoc
reubarbarum est colere purgativum. Quod enim vidimus in multis singularibus de quibus memoriam
habemus hoc experimentali virtute cognoscimus esse vel fore in aliis consimilibus singularibus. Tunc autem
intellectus formans universalem conceptum in multis huiusmodi singularibus assumit sibi universale principium certum
tum ut quod omnis ignis est calidus quod omne reubarbarum evacuat coleram et cetera. Et si queras quot
oportet esse perceptiones memorias et experientias ad tale principium esse creditum et notum. Ad hoc
respondet commentator 1o physicorum commento 20 dicens quod iudicium universale non acquiritur in pluribus rebus nisi post
maximam considerationem de pluribus individuis. Et dicit quod hec diversificantur secundum magis
et minus secundum naturam principii et naturam considerantis. Propter quorum evidentiam est movenda sunt dubia
aliquorum circa predicta. Videtur enim quibusdam nullum tale universale videlicet quod sit nobis notum
per experientiam esse principium indemonstrabile. Primo quidem non est principium quod non est per se manifestum.
Secundo non est indemonstrabile quia non sillogistice tamen inductive demonstratur ut dicit commentator 1o physicorum commento 20 ubi
supra quod alius est modus inductionis demonstrativus etc. Item quia non inducuntur omnia particularia quam aliquam
acquirimus nobis universalem certificationem ex consideratione multorum singularium numquam complectentur
omnia singularia. Et dicit quod si hoc inductio habet universalem in terminatione hoc autem non videtur esse ve-
rum quod universalis propositio nobis fiat non per experientiam in multis singularibus. Item ex hoc videtur differre
principia quorum est intellectus a conclusionibus quarum est scientia ars vel prudentia quod principia sunt
nobis naturaliter cognita conclusiones autem nobis ex precognitis innotescunt. Cum ergo id universale quod nobis fit
cognitum per sensum memoriam aut experientiam vel inductionem non sit nobis naturaliter cognitum sed ex pre-
cognitis acquisitum videtur quod nullum tale debeat dici principium cuius est intellectus sed scientia arte vel
prudentia. Item de principiis singularibus dubitatur utrum sint in sensu vel intellectu nam si di-
camus quod in sensu tunc ipsorum non est intellectualis habitus de quo querebamus propter quod videtur esse
ad propositum nec est sufficienter ea esse in sensu cum non sensus sed intellectus sit ille qui scientiam artem vel
prudentiam format ex principiis. Si autem dicas quod sint in intellectu sed tamen eorum cognitio a sensu
accepta est tunc non videtur quod eorum cognitio vel habitus cognoscitivus debeat dici intellectus quoniam non ex alio vi-
detur alia cognitio vel habitus dici intellectus nisi quia sunt ab ipsis intellectus nam non ab alio causatur.
Et iterum cum intellectus sublimior sit et potentior sensu non videtur quod intellectus ex certitudine sensus
debeat sibi certitudinem assumere sed potius econtra propter quod sepe videmus quod errorem sensus corrigit intellectus.
Ad hec autem et omnia huiusmodi dubia dicendum est secundum Eustratium quod sensus seu sensibilis inductio vel experientia non
constituunt talem intellectualem cognitionem nec eius causa sed solum ministerialiter representando sensibilium
species ipsi intellectui intellectu autem agente et quod fiunt de potentia intellectis actu intellecta ut dicit commentator 3o de anima
quem intellectum agentem videtur invenisse primo post notare verum doctorem qui mentes nostras illuminat et
veritatem docet. Sic ergo quecumque nobis credita fiunt apud intellectum per sensum aut sensibilem inductionem aut
per experientiam absque alio ex principiis aliis prioribus intellectualem cognitionem debent dici intel-

lectualia principia et incredibilia quorum cognitio uel habitus dicitur intellectus quia cognita non sunt et credita principaliter nisi ex lumine naturali intellectus. Nec obstat quod talia principia inductione sensibili cognoscantur quoniam inductio gratia forme non de necessitate concludit nunquam enim per inductionem complexionum potest omnia singularia cum sint infinita. Unde si tu sic arguas iste ignis calefacit et iste et sic de singulis igitur omnis ignis calefacit oportet quod tu dicas quoniam tu scivisti quod sic est de singulis quoniam antecedens accipis in premissis tu non potes quod per sensum quod singulos nunquam sensisti. Et iterum si ita novisti de singulis aut tu cognovisti eos omnes secundum eorum rationes singulares et proprias quod est impossibile uel secundum eorum communem rationem et tunc idem esset cognoscere quod omnis ignis calefacit et ita consequens accipitur in premissis. Ergo patet quod inductio non de necessitate concludit gratia forme. Sed intellectus percipiens in multis singularibus ita esse et nullam videns rationem propter quam non deberet ita esse in aliis. Cogitur ex eius inclinatione naturali ad verum concedere quod ita sit in aliis et sic tandem in illis principiis credulitate firmatur. Dico ergo esse intelligendum quod inductio licet inveniendi in venatione non quia certificat simpliciter sed manifestative sicut dictum fuit. Utrum autem tale principium sic per inductionem acceptum uel per experientiam debeat dici per se notum uel non dici potest quod non sunt complexa principia per se manifesta per privationem omnis prime notitie tam incomplexe quam complexe quoniam licet per primam intellectus operationem terminos simplices apprehendit prius quam per secundam operationem eos componendo uel dividendo. Sed complexorum principiorum quedam sunt quorum terminis ratione ad rationes dictas quid nominis se manifeste includunt ita quod ipsis notis statim appareat intellectui quod supponunt pro eodem uel etiam se manifeste excludunt ita quod ipsis notis statim appareat quod non supponunt pro eodem. Et talia principia sunt intellectui nota terminis per se manifesta per privationem cuiuslibet prime notitie complexe sive in sensu sive in intellectu nisi forte illa complexa notitia requiratur ad notitiam dictam quid nominis terminorum huiusmodi forte principia essent ens est ens substantia est ens albedo est color homo est animal uel etiam albedo non est nigredo totale non est in toto mortuum non est vivum. Non contingit idem simul esse et non esse. Necesse est quodlibet esse uel non esse et sic de multis aliis principiis tam cum aliis quam separatibus. Alia autem sunt complexa principia quorum terminorum quam ad rationem dicentem quid nominis nec manifeste se includunt nec manifeste se excludunt oportet tamen medium per quod tale principium possit ex manifestioribus necessario concludi. Dicam ergo quod talia principia ad hoc quod in sua veritate fiant intellectui manifesta indigent quod in sensu fiat uel fuerit notitia prima complexionis terminorum et istorum principiorum quedam sunt statim intellectui credita ex una sensatione prima. Alia vero ex paucis. Alia autem indigent multis primis sensationibus et memoriis et experientiis sicut dictum fuit. Ista tamen principia dicuntur per se manifesta per privationem principiorum complexorum priorum per que possunt de necessitate concludi et huiusmodi forte principia sunt tam singularia quam universalia ut quod iste ignis est calidus iste homo currit ille asinus currit omnis ignis est calidus omne reubarbarum sanat coleram et sic de multis. Et hoc sit dictum de primo articulo.

Quantum ad secundum articulum rememorandum est quod principiorum quedam sunt quorum rationes dicentes quid nominis terminorum sic manifeste se includunt uel excludunt quod notis terminis intellectus necessario veritati assentit et non potest dissentire. Alia autem sunt quorum rationes terminorum non sic manifeste se includunt uel excludunt propter quod cum talia principia primo offeruntur intellectui intellectus non necessario assentit veritati ipsorum sed potest dissentire propter quod circa primum modum principiorum non contingit errare

nota terminis. Circa secundum autem modum contingit [illegible]. Igitur quantum ad secundum modum principiorum non videtur esse dubium quin ad
prompte faciliter et firmiter dicendum verum indigeamus habitu acquisito superaddito intellectui possibili quia potentia videtur ea nec
ipsa est innata dirigere et errare non est seipsa sine habitu superaddito determinata sufficienter ad firmiter prompte et
faciliter dirigere et nunquam errare. Dicendum quantum ad primum modum principiorum dicunt aliqui quod in intellectu
praeter potentiam intellectivam nullus ponendus est habitus superadditus nisi propter alterum duorum quorum primum
est ut potentia se habens ad opposita determinetur per habitum ad unum oppositorum quemadmodum appetitus per forti
tudinem determinatur ad sustinendum et expectandum pericula sicut oportet per timiditatem ad ipsa fugien
dum. Secundum est ut potentia ad unum certum opus determinata transeat in opus illud firmiter
et perfecte prompte et faciliter. Intellectus autem propter neutrum istorum videtur circa principia indigere
habitu superaddito quia statim a principio quod talia principia sibi occurrunt nobis terminis notis ipse per
seipsum sic est determinatus ad dicendum firmiter verum prompte et faciliter quod statim assentit eis et non
potest eis dissentire. Alii autem dicte rationi assentientes dicunt in intellectu nullum esse ponendum acqui
situm habitum ad dicendum verum circa huiusmodi principia. Concedunt tamen in eo ponendum esse habitum non acquisitum
sed naturalem insitum intellectum quem quidam vocant intellectum agentem. Alii autem vocant
ipsum intellectuale lumen quod in anima humana simul creatum est ab ipsa anima ab intellectu divino. Quemadmodum gravitas
et levitas simul cum formis corporum elementorum creantur [illegible] principiorum quod dans formam dat
omnia consequentia formam. Alii autem eidem rationi assentientes concedunt in intellectu habitum esse ponendum acquisitum ad dicendum verum circa ista
principia. Sed illum habitum nihil aliud esse dicunt quam notitiam vel actualem vel habitualem ipsorum terminorum principiorum. De his autem opi
nionibus hoc concedi oportet quod ad notitiam intellectualem principiorum complexorum [illegible] intellectum agentem [illegible] et requirit
notitiam praeviam. De lumine autem intellectuali huic superaddito possum dicere quod nulla videtur nos cogere necessitas ad ponendum
praeter intellectum agentem cum huiusmodi intellectus sit agens ut dicitur 3° de anima sicut lux quod enim alia luce vel lumine
indigeat. Sed nunc hoc omnino nihil vel parum facit ad propositum. Nos enim in presenti de tali habitu non inqui
rimus sed querimus an ex actuali notitia principiorum derelinquatur in intellectu aliquis habitus qui non erat ante
huiusmodi actualem notitiam quemadmodum ex operibus fortis fit habitus in appetitu inclinans ipsum ad operandum
fortia et quemadmodum ex actibus citharizandi derelinquitur in manu corporalis habitus quo manus redditur et
habilior redditur ad citharizandum prout dictum est in 2° libro quod habitus ex qualibus operationibus
generantur ad similes inclinant. Non ergo quaerimus utrum ad dicendum verum circa principia requiratur notitia praevia
terminorum sed quaerimus utrum ex dicendo semel vel pluries verum circa principia generetur habitus in intellectu
inclinans sive firmans vel habilitans ipsum ad dicendum verum circa ipsa principia. Et forte non obstan
te ratione superius inducta non est irrationabile dicere quod ex actuali notitia principiorum praedictorum generetur habitus inclinans in
clinans aut firmans intellectum ad assentiendum illis principiis. Sciendum tamen quod non dico quod talis habitus sit
necessarius ad dicendum verum circa ista principia quemadmodum etiam non oportet quod habitus scientificus sit necessarius ad
assentiendum conclusionibus et dicendum verum circa eas nec habitus iustitiae ad operandum iusta sed talis habitus ut ap
paruit in 2° generatur ex pluribus operationibus. Manifestum est enim quod quando aliqua primo nobis dicuntur
nos absque habitu primo ad hoc nos inclinante vel determinante cogimur per notitiam praemissarum syllogismi
debito modo ordinatarum ad assentiendum conclusioni et ad concedendum eam esse veram. Ita ergo et si non sint nobis termini
multorum principiorum complexorum nos ex naturali inclinatione intellectus cogimur absque habitu primo concedere ipsa principia esse vera.
Tamen sicut videbis circa conclusiones ita oportet ymaginari circa principia. Cum enim quando fuerit determinatum in propositione sophistica ad opp

occurrentes forte ubi insolubiles assensus seu adhesio quam virtute demonstrationis habes ad
illam conclusionem debilitabitur licet tamen non posses contra conclusionem dissentire. Mens enim ligata non potest
ita firma esse sicut si esset libera ab omni ligamento. Semper enim ad ligamentum aspiciens formidat
nisi assuetudo tollat formidinem. Sicut enim assuetudo sustinendi terribilia frangit formidinem
vel timorem quem circa terribilia innata sunt inferre, sic assuetudo aspiciendi demonstrationem et assen-
tiendi conclusioni firmat adhesionem et tollit formidinem quam innate sunt inferre sophistica-
tiones in oppositum occurrentes. Verum autem est in hiis. Immo nos videmus si quis per modicam exhor-
tationem vel solum forte per audire diu consuescit alicui dicto assentire, licet falso, tamen firmata
est eius adhesio quod frangi non patitur etiam si sibi oppositum demonstraretur. Unde secundo metaphysice dicitur
quantam vim habeat quod consuetum est leges ostendunt in quibus fabularia et puerilia magis quidem va-
lent cognitione de hiis propter consuetudinem. Propter quod etiam dicitur a Commentatore in prologo tertii physicorum quod ideo fides vulgi
est fortior quam fides philosophorum, quia vulgus non assuevit audire aliquid plus audire multa. Si ergo est opinan-
dum quod cum nobis proponuntur principia firmissima licet intellectus noster eis assentiat et non possit eis dissentire, tamen
aliquando propter sophisticationes in oppositum occurrentes contingit adhesionem debilitari et quandam formidinem ge-
nerari. Et hoc expertus sum de pluribus principiis vel multis. Quesivi enim a pluribus vetulis in pluribus viris utrum
crederent quod ipsi possent simul comedere et non comedere. Et statim respondebant quod non. Tunc ego sicut ar-
guebam eis: vos scitis quod deus est omnipotens, ipse potest totum mundum annihilare. Creditis ergo necne quod
deus posset facere quod vos simul comederetis et non comederetis. Et videbatur michi illas in hoc concede-
dum est ergo quod ex frequenti consideratione et adhesione circa prima principia omnino notissima fir-
mantur assensus et adhesio sic ut non adveniat formido. Sed non firmatur hec adhesio nisi per
habitum ex frequenti consideratione et adhesione derelictam in intellectu quo habitu intellectus inclinatur
et si non ad assentiendum simpliciter, dicitur principiis tamen ad firmiter assentiendum et non formidandum
per quascumque apparentias obviantes. De tertio autem articulo dictum est quod habitus predictus quo intellectus firma-
tur ad dicendum verum circa principia est virtus licet virtus posterius alteri sit operi perfectissimo quod potest. Sed dicitur habitus
dictat intellectum ad opus perfectissimum in quod ipse potest in ordine ad principia in eminentia quia dictat ipsum ad
firmam adhesionem veritatis tamen esset in posse ad infirmam adhesionem. Ergo talis habitus est virtus ipsius
intellectus in ordine ad indemnitatem principii. Tunc ergo ad rationes dicendum est. Ad primam quod si intellectus sit determinatus
ad dicendum verum circa principia aliquando tamen non est determinatus ad dicendum verum firmiter et sine quacumque formidine. Ad aliud dicendum est
quod si non est difficile dicere verum tamen difficile est esse firmum sine formidine. Ad aliud dicitur post quod a natura determinati su-
mus ad dicendum verum circa aliqua principia tamen non firmiter determinati a natura ad firmiter dicendum verum et sine formidine.
Ad ultimam dicendum est quod si circa aliqua principia non contingit errare negamus, ea tamen quantum est ex se non omnino firmiter assen-
tire etc. Et sic est finis presentis questionis.

UNDECIMO QUERITUR UTRUM sapientia sit intellectus et scientia. Et quod non quia
una habitus intellectualis non est duo habitus intellectuales. Sed sapientia est unus habitus
intellectualis. Intellectus autem et scientia sunt duo habitus intellectuales. Aliter non essent quinque
habitus intellectuales sed quatuor, cuius contrarium dicitur. Item compositum non est partes ex quibus componitur. Sed sapientia com-
ponitur ex intellectu et scientia, ut dicitur circa principium in fine sexti metaphysice et in fine octavi. Hec enim sillaba
ba non est b et a, nec idem est ut ibi dicitur. Amplius Aristotiles primo magnorum moralium expresse. Item secundo

quod phisica uel mathematica possit ita dici sapientia sicut methaphisica quoniam est similiter ut patet per prohemium methaphisice quoniam patet quod sicut methaphisica considerat et continet principia per que demonstrat et conclusiones quas demonstrat ita mathematica et phisica et omnes alie scientie. Item si sapientia claudat in se ratione intellectum et scientiam tamen non potest esse formaliter utrumque sed uel intellectus tantum uel scientia simpliciter. Ideo non debet dici scientia uel scientia tantum et tamen non debet dici intellectus nec scientia. Oppositum scribit aristoteles et probat dicens: Oportet ergo sapientem non solum que ex principiis scire sed et circa principia uerum dicere quare utique erit sapientia intellectus et scientia. Causa ergo sunt modi distinguendi sapientiam ab intellectu et scientia. Quidam enim dicunt quod in demonstratione scientifica et demonstrante propter quid oportet esse principia prius nota et eorum notitia pertinet ad habitum qui dicitur intellectus et oportet ibi esse conclusionem demonstratam uel demonstrandam cuius notitia pertinet ad scientiam. Sed nec iste notitie sufficiunt sed oportet ibi esse connexionem principiorum ad conclusionem scilicet oportet cognoscere non solum quod principia sint uera et quod uera sequitur quod quod est uera per uirtutem principiorum. Et hec tertia notitia pertinet ad sapientiam. Licet enim hee tres notitie concurrant in eadem demonstratione tamen formaliter distinguuntur. Aliud enim est cognoscere quod terra interposita est inter solem et lunam et aliud quod luna eclipsatur et aliud quod ipsa eclipsatur propter dictam terre interpositionem. Et illam tertiam notitiam uocat aristoteles in diffinitione ipsius scire primo posteriorum cum dicit Et quoniam illius causa. Contra istum modum dicendi arguitur quia sequitur quod omnis scientia demonstratiua propter quid quantumcumque esset de entibus infimis et uilibus diceretur sapientia sicut et ipsa methaphisica. Cuius oppositum patet apparet primo methaphisice et ethicorum 6° ubi dicit aristoteles: Sapientiam esse honorabilissimorum. Sed ad hoc respondendo patet quod sicut in homine ponimus uirtutem secundum quid et uirtutem simpliciter. Dico uirtutem secundum quid que perficit hominem non secundum totum nec secundum partem eius principalissimam sicut sunt artes que solum perficiunt hominem secundum intellectum factiuum. Dico autem uirtutem simpliciter que perficit hominem simpliciter secundum totum uel secundum partem principalissimam a qua totum uirtutem est simpliciter denominatum. Et sicut in homine est dare prudentiam secundum quid et prudentiam simpliciter. Et dico prudentiam secundum quid secundum quam homo non dicitur simpliciter prudens homo sed prudens miles prudens nauta. Et dico prudentiam simpliciter secundum quam dicimus hominem simpliciter prudentem hominem de qua prudentia simpliciter locutus est aristoteles dicens uidetur autem prudentis esse posse bene consiliari circa ipsi bona et conferentia non secundum partem sed ad bene uiuere totum. De prudentia autem secundum quid locutus est cum subdit Signum autem quia et circa aliquid prudentes dicimus cum ad finem aliquem studiosum bene ratiocinabuntur quorum non est ars. Ita dicimus in homine aliam esse sapientiam secundum quid secundum quam homo dicitur sapiens mathematicus aut sapiens medicus. Aliam autem sapientiam simpliciter secundum quam dicimus hominem simpliciter sapientem hominem. Et est illa que conuenit homini secundum eius partem et potentiam excellentissimam et circa obiectum excellentissimum. De sapientia ergo secundum quid loquitur aristoteles prohemio methaphisice cum dicit artifices sapientiores esse expertis et architectores sapientiores manu artificibus. De sapientia autem simpliciter loquitur scilicet dicens eam esse circa primas causas et propter hoc non esse actiuam sed speculatiuam et ipsam solam esse liberam et diuinam et honorabilissimam. Similiter in 6° huius loquitur de sapientia secundum quid cum dicit sapientiam autem in artibus certissimis secundum artem assignamus Fidiam lathomum polikaton statuificem. Deinde subdit de sapiente simpliciter dicens Esse autem quosdam sapientes existimamus totaliter etc. Dicetur ergo quod ita in processu phisico aut methaphisico aut ubicumque contingit effectum demonstrare simpliciter per causam est dare sapientiam totaliter distinctam ab intellectu et scientia sicut in methaphisica sed sapientia in processu methaphisico propter excellentiam debeat dici magis simpliciter sapientia. Sed paulum

me ceteros suo animus simpliciter aptum. Et tunc in quantum hoc possit rationabiliter sustineri dicetur ergo quod sapientia non
est formaliter intellectus et scientia sed quidam materialiter et suppositive quia secundum notitiam principiorum ut secundum notitiam conclusionum
dicitur sapientia formaliter sed secundum notitiam causarum quam cognosco non solum esse hoc et ideo sed hoc esse propter quid
aliquis potest dici quod sola metaphysica potest dici sapientia si loquamur solum de habitibus intellectualibus nobis
humanitus acquisitis prout de his loquitur aristoteles. Ipsa enim metaphysica differt ab aliis scientiis quia considerat
et tamen prima principia complexa doctrine communissima ut ait quarto metaphysice et tamen prima principia complexa sic tamen de-
um et intelligentias. Alie autem scientie considerant tamen principia speculativa non prima principia doctrine communissima tamen sed
latitudines quod quando negat ea ipse negans concedit aliquid ex quo potest esse arguere contra eum du-
cendo ad redargutionem. Sed autem non est de principiis specialibus propter quod metaphysica et logica habent
viam contra negantes sua principia et non alie scientie sicut dicitur primo physicorum et tamen quarto metaphysice. Nec
credas quod talis modus procedendi sit sophisticus sicut aliqui putant immo est verus processus non tamen
ad probandum simpliciter sed ad redarguendum negantem ideo talem processum notat aristoteles elen-
chum. Elenchus enim non est sillogismus sophisticus sed est verus sillogismus contradictionis id est ducens ad
inconveniens contradictionis quod potest accipere tamen vera ea que respondens concedit et sunt falsissima. Ex quibus
patet quod metaphysica duobus modis se habet ad principia: uno modo per modum intellectus et habitus qui concedit ea sine probatione ex
sola naturali inclinatione intellectus ad ipsum verum. Alio modo per modum scientie inquantum habet viam ad redar-
guendum de ipsis clarificate negantes. Ideo sapientia simul dicitur intellectus et scientia. Sed quamvis ista
sententia videatur esse vera tamen non satisfacit dicto aristotelis. Nam aristoteles non solum vult quod sapientia sit intellec-
tus et scientia tamen prima principia doctrine sed tamen prima principia complexa que sunt deus et intelligentie. Unde dicit quod sapientia
est intellectus et scientia honorabilissimorum natura et ista honorabilissima dicit esse multum homine diviniora
sed natura puta principia manifestissima ex quibus mundus constat. Et ideo dicit sapientiam esse tamen admirabilium et diffi-
cilium et divinorum et talia sunt deus et intelligentie ut etiam patet prohemio metaphysice propter quod. Alii subtilius
intuentes dicunt quod cum omnis nostra cognitio intellectiva dependeat aliquo modo ex sensitiva nos non pos-
sumus nisi ex sensibilibus ascendere ad notitiam separatorum tamen que sapientia principaliter versatur quod cum
sensibilia valde sunt improportionata substantiis illis separatis ipsa non sunt sufficientia media ad ducendum
in sufficientem notitiam illarum nisi intellectus noster ex proprio lumine naturali esset capax amplioris notitie de ipsis
substantiis quam esset illa que possit haberi de eis virtute sensitivorum immo dicunt ipsi quod illud lumen nostri intellectus
propter nimium aspectum ad ista sensibilia obumbratur ut sapiens possit [illegible] abstractorum propter quod oportet
in appetitu sedari passiones sensibiles ut non habeat intellectus aspectum ad sensibilia quibus sedatis depura-
tur eius lumen et possumus intueri clare substantias separatas illa claritate que est humana nec potest haberi
nisi ob quod dicitur est in fine primi magnorum moralium quod prudentia sit preparatrix sapientie que coercens
passiones et temporans preparat locum sapientie ut ab ipsis non impedita possit in proprium opus. Dicetur
ergo quod metaphysica que secundum aristotelem proprie dicitur sapientia in quantum versatur circa substantias separatas habet se ad huiusmodi substantias primo
per modum scientie inquantum non potest nisi per sensibilia venire in notitiam earum. Secundo per modum intellectus inquantum
ultra sensibilium exigentiam intellectus proprium lumen sapit naturas earum. Et forte quod omnes predicti dicunt ideo non
opponuntur adinvicem. Ad rationes ergo principales dicendum sed prima innuit quod sapientia non est formaliter intellectus et scientia
sed materialiter modo predicto. Vel dicendum est iuxta secundam viam quod proprie sapientia intellectus et scientia sub-
stantie distincti sapientia non est intellectus et scientia. Secundo modo et quam virtute luminis intellectus et sue

Nam intellectus est habitus principiorum specualium per se notorum. Scientia autem est habitus conclusionum ex se dubiarum per prius et posterius demonstratarum. Sapientia autem est habitus principiorum primorum et certissimorum que modum habent intellectus inquantum concedit ea per se et scientie inquantum potest arguere de eis contra negantes. Vel dicendum est breviter quod utroque modo consimili sicut sapientia non est formaliter intellectus nec scientia sed est habitus cer[illegible] alia que nos nec ex se tamen nos sabilia sed nobis non tamen virtute mediorum per que et nos ducamur in notitia ipsorum. Sed secundum utrumque modum simul [illegible] quod simul participat modum seu virtutem intellectus et scientie. Et sic patet ista questio.

Tercio decimo queritur utrum prudentia sit una tantum circa obiecta omnium moralium virtutum. Et arguitur quod non quia vel ipsa obiecta sunt realiter distincta vel non. Si dicatis quod sic ergo circa ea erit distincte prudentie cum habitus distinguantur per obiecta. Si autem dicatis quod non videtur falsum quia tunc sequeretur quod virtutes morales non erunt distincte sed una tantum quod est falsum. Item non minus distinguuntur ea circa que prudentia versatur quam ea circa que operantur artes factive. Sed propter distinctionem factibilium artes sunt plures ergo propter distinctionem agibilium prudentie erunt plures. Item dicit Aristoteles quod ratione et eadem dicuntur per prudentiam et appetitum prosequi sicut per morales virtutes. Ergo sicut oportet plures ponere virtutes morales propter diversa prosequibilia ita oportet ponere plures potentias propter diversa [illegible]. Oppositum dicit Aristoteles in fine huius sexti libri qui per hoc intendit probare virtutes morales non posse separari quia connectuntur prudentie uni existenti. Dicendum est cum philosopho quod prudentia est una tantum circa obiecta omnium virtutum moralium. Et ista conclusio patet primo per convenientiam prudentie ad metaphysicam. Metaphysica enim statuit sibi prima principia et sibi propria scilicet quod est omnium entium principium scilicet ipsum deum. Ita quod omnia que considerat ipsa considerat secundum reductionem ad ipsum vel mediate vel immediate ubi gratia reducendo accidentia in substantias et substantias materiales in substantias abstractas et omnes abstractas in deum. Et propter hoc metaphysica una existens est omnium entium considerativa secundum eorum reductionem in primum principium quod deus est. Alie autem scientie que non resolvunt considerata in primum principium omnium entium sed in specialia principia sunt plures et distincte secundum distinctionem ipsorum principiorum. Naturalis enim est considerativa [illegible] entis secundum [illegible] assignatas [illegible] specialiter [illegible] sic [illegible] mathematice. Verbi gratia naturalis sibi naturam assumit tanquam primum principium et omnia que considerat considerat in habitudine ad naturam et ea ultimate resolvit in ipsam. Ideo quia natura non est principium omnium entium ipsa non considerat ens universaliter et ita est de mathematica et aliis specialibus [illegible]. Et hoc est [illegible] quia sic terminatur [illegible] in metaphysica. Scientie [illegible] suam ab unitate accipiunt originaliter ex distinctione suorum primorum principiorum in que omnia resolvunt. Et hanc sententiam satis videtur Aristoteles exprimere sexto metaphysice dicens: Si quidem ergo non est aliqua altera substantia [illegible] hec prior et philosophia prima et universalis sic quia prima et de ente inquantum ens huius utique erit speculari. Ergo consimiliter ille habitus est unus circa omnia operabilia humana qui sibi primum et proprium principium statuit id quod est principium omnium operabilium humanorum et qui omnia que considerat considerat secundum habitudinem et reductionem in ipsum. Sed prudentia est talis habitus quod patet quia in operabilibus finis operationis est principium in quod omnia considerata debent reduci qui secundum exigentiam finis omnia cetera moderantur. Ultimatus ergo finis omnium operum et operabilium humanorum est primum principium considerationis omnium ipsorum. Tale autem finem

statuit sibi prudentia quod patet primo quia sicut dictum fuit in prioribus questionibus prudentia
semper intendit honestum quod est simpliciter bonum ergo eius intentio est quod intendat ultimum finem omnium operum humanorum
qui probatur quod autem unus sit omnium operum finis humanorum sicut in primo apparuit et finis sit quoddam
optimum secundum se in tantum quod continet in virtute omnium aliorum bonitates propter quod dicitur octavo 2° metaphysice quod nullum est
bonum nisi propter causas finales. Manifestum est quod omne id est bonum et honestum quod valet et ordinatur
ad illum ultimatum et totum finem adipiscendum et omne id est simpliciter malum et inhonestum quod
est ex adeptionis illius finis impeditivum ergo impossibile est discere preter quod est simpliciter bonum et honestum et
quod non nisi per respectum ad illum finem. Hoc autem discernere prudentis est. Cum ipse semper ut dictum est
intendat honestum et simpliciter bonum prosequendum et oppositum repulsandum ergo sequitur quod prudentia primum principium
sibi statuit finem omnium operum et operabilium humanorum. Item 2° sic patet 6° ethicorum quod prudentis est bene posse
consiliari circa ipsa bona et conferentia non secundum partem sed ad bene vivere totum. Constat autem quod bene vivere
totum est felicitas sive bene vivere. Unde Boetius dicit quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.
Igitur prudentis est posse bene consiliari ad beatitudinem. Et hoc etiam expresse probat Seneca ad Lucillum
epistola subinde dicens Quotiens quid fugiendum sit aut quid petendum voles scire ad summum
bonum et propositum totius vite tue respice. Illi enim consentire debet quicquid agimus unde exemplar
totam sibi pretulit. Prudens ergo finem sibi statuit beatitudinem que est finis omnium operum et operabilium humanorum.
Ex quo sequitur quod prudentia una existens est omnium operum et operabilium humanorum consiliativa sed quod est
directiva scilicet in beatitudinem et ad bene vivendum ordinativa. Et hec sit prima ratio ad primam questionem propositam de-
terminanda. 2° non est eadem talis sicut est in habitibus speculativis ita quod necesse est ut imperet sed respectiuis
dicitur 4° metaphysice quod non solum eorum que sunt unum dicuntur est una scientia speculativa sed et dicitur ad unam naturam ergo
similiter unus habitus practicus non est solum ea operabilia considerare que unum dicuntur sed et ad ea que
ad unum dicuntur. Constat autem quod omnia humana opera et operabilia ad unum finem resultant et reducenda sunt
ad beatitudinem sicut dictum fuit in primo huius ergo de omnibus humanis operabilibus debet esse unus habitus practicus sed ratione
sed quam reductiva sunt in illum finem talis autem habitus non est nisi prudentia ergo etc. 3° ratio ad idem est talis
sicut aristoteles dicit 2° de anima quod sensus communis unus est sensibilium diversorum sensuum exteriorum propter hoc
quod operatur inter ea ponendo differentiam et comparationem ita est habitum sed quod operatur circa plura adiuvantia se invicem illorum
plurium unum est sed prudentia comparatur omnia obiecta omnium virtutum moralium et omnes ipsarum circum-
stantias adinvicem et ideo dicit Tullius ad Herennium ad ...iii Venerunt etiam tibi duo cum dicerent
dicimus discordiam hominum fuit nobis iustitia vel oportebat nos bellare adversum ... valde famosi
et siti et lucri cibum et potum presentes. Sic ergo obiecta virtutum tibi ostendunt scilicet fortitudinis
iustitie et temperantie Augustinus comedes et bibes vel facies illi iustitiam aut statim ibis ebrius in
vinum. Constat quod prudentia dubia hec omnia considerans et omnes hinc inde circumstantias atten-
dens et comparans adinvicem dicit tibi quid oporteat agere. Sequitur ergo quod necesse est unam esse pru-
dentiam considerativam et collativam omnium operum et operabilium humanorum. Tunc secundus est ad
rationes in oppositum ad primam dicendum est quod omnia opera humana sunt obiecta prudentie secundum unam formalem
rationem scilicet quod sunt in beatitudinem ordinabilia sed non sunt obiecta virtutum moralium secundum eandem rationem nec
eam ordinare habent morales virtutes sed inclinare tantum quia per prudentiam ordinatio est. Secundo
est ergo quod virtutes morales in appetitu ponende sunt ad refrenandum impetum passionum vel

ad tenendum appetitum ne trahatur uel ab obediendo rationem impediatur impetibus passionum Ad hoc
enim statim consequitur quod appetitus perfecte obediat rationi inquantum est ei obedire et non est eam inobediens in
si quia passiones innate sunt inclinare ipsum in contrarium ergo operabilia humana sunt obiecta uirtutum
moralium secundum quod sunt inclinantia appetitum per passiones quas innata sunt ei inferre propter quod formales
eorum rationes prout sunt obiecta uirtutum moralium distinguuntur secundum quod sunt illativa passionum generaliter diuer
sarum Ex quo patet quod cum habitus morales sint plures prudentia tamen manet una Ad aliam rationem dicendum
est quod artes non statuunt sibi fines aut finem ultimum et ideo cum operum humanorum sunt fines speciales in ultimo
et fine ordinabiles sicut apparet in a(lia) questione propter quod sicut scientie speculatiue speciales nulle considerant totum ens sed
determinatum sunt Ita nulle artes considerant totum opus humanum sed omnis obsumit sibi aliquam partem opera
bilium humanorum Ideo licet plurime sint artes prudentia autem una tantum sicut plures sunt scientie sapientia
uero una tantum sicut plures sunt scientie sapientia uero una tantum Ad ultimum ratio dicta sic dicitur fuit ad propositum

Vartodecimo in ordine queritur vtrum prudentia monastica et
prudentia yconomica et prudentia ciuilis siue regnatiua habitus sint diuersi Arguitur quod diuisi specie
habitus sint diuersi quod autem tunc distinguuntur sicut prudentia monastica et prudentia yconomica et
prudentia ciuilis contra tunc distinguuntur per aristotelem in vi ethicorum ergo etc Item scientia monastica que traditur in libro ethicorum
et scientia yconomica que traditur in libro yconomice et scientia politica que traditur in libro politicorum sunt diuerse scientie ergo
similiter et tres prudentie monastica yconomica et politica ergo etc Item habitus qui habent obiecta formaliter distincta sunt distincti sed ob
iecta dictarum prudentiarum sunt formaliter distincta quia obiectum monastice uidetur esse homo obiectum uero yconomice
domus et obiectum politice ciuitas hec autem obiecta formaliter siue secundum speciem distinguuntur non solum
multitudine et paucitate sicut dicitur in primo politicorum igitur etc Item habitus illi operatiui sunt distincti
quorum fines sunt distincti quia in eis finis se habet sicut principium moderandi Et quia finis in practicis est sicut principia
in speculatiuis Speculatiue autem scientie distincte habent originaliter ex distinctione suorum principiorum propriorum
sicut dicitur in decimo metaphysice ergo similiter practice scientie ex distinctione suorum finium distinguuntur Sed fines
dictarum prudentiarum alij sunt scilicet bonum proprium scilicet bonum commune domus et bonum commune ciuitatis Item sicut potentie
sic et habitus distinguuntur per actus Sed alij sunt actus quibus proprium bonum dirigitur et alij quibus
dirigitur commune bonum ciuitatis Item hoc confirmatur auctoritate Eustratij dicentis quod hee pruden
tie differunt secundum speciem quia in specie differunt que unum proprie coniungunt et que domum et que ciuitatem Item
et idem ipse ad hoc in vi a(lia) ratione apponens scilicet quod habitus prudentie nobis per experientiam innascuntur ut habetur
ibi Sed iste prudentie indigent et experientijs diuersis secundum speciem ut dicit Eustratius propter quod et
oportet eas specie differre Oppositum arguitur quia sicut est de uirtute boni uiri et ciuis et studiosi ita
est de prudentia boni uiri ciuis et studiosi ut probatur in iii politicorum ergo et prudentia eorum est eadem pruden
tia tamen boni uiri dicitur prudentia monastica quia aristoteles dicit tale nomen huic prudentie autem boni
yconomi dicitur prudentia yconomica et prudentia boni ciuis dicitur prudentia politica ergo etc Item in questione
huius uisum fuit quod uirtutes morales non ex eo distinguuntur quod sunt circa proprium bonum et commune ergo similiter
nec prudentie Item non solum eorum que secundum unum dicuntur sed et eorum que dicuntur ad unum est pru
dentia sicut est dictum in alia questione Sed bonum proprium ad bonum commune reducitur sicut pars in suum totum
et posterius in suum prius ut patet primo politicorum ergo prudentia est eadem circa bonum proprium et commune Item hic ratio
nes uel argumenta rationibus adducta ad probandum oppositum in a(lia) questione que uidentur posse deueni-

ad propositum applicari. De ista questione tantum dicit Aristoteles quod eedem quidem habitu esse autem
non idem ipsis. Diversimode autem opinantes hanc auctoritatem diversimode exponunt. Quidam enim
dicunt quod dicte prudentie sunt idem habitus per substantiam et ex eo quod in eodem subiecto recipiuntur, scilicet in intellectu practico. Addunt
etiam quod sunt in illo subiecto idem per inseparabilem connexionem. Sic quod prudentia monastica non est perfecta sine yconomica et politica
nec econtra. Homo enim bonum proprium non adipiscitur perfecte sine communi bono domus et civitatis, ut est manifestum, bonum proprium ei qui
ignorat bonum commune domus et civitatis. Hec autem dicit Aristoteles dicens: ut in hiis verbis. Quamvis forte non est hoc ipsius
yconomica et sine urbanitate. Adhuc autem quomodo ipsum oportet disponere inmanifestum. Unde autem dicit Aristoteles esse autem non esse ipsis
dicunt istum sensum esse quod dicte prudentie sunt in eodem subiecto distincte essentialiter. Idem enim sunt esse et essentia sicut dicitur in metaphysica.
Et quod dicunt ponit idem esse essentiam rei seu rem rei entitatem et ipsum esse. Ideo dicunt quod dicte prudentie sunt distincte realiter sicut
due res, quemadmodum dulcedo et albedo in lacte sunt diverse. Ex quo sequitur ut ipsi dicunt quod sunt distincte secundum
speciem, quamvis in eodem subiecto non sunt sicut duo accidentia solo numero differentia sicut accipitur in quinto metaphysice. Alii autem opinantur
quod dicte prudentie sunt idem habitus realiter ita quod non sunt diverse res. Ad quod probandum movemur ad hoc ad-
ducunt quod si essent diverse res possent separari. Sed non possunt sicut statim allatum fuit ab Aristotele [illegible]. Quamquam tamen sit
de virtutibus quod istud non est efficax, quia prudentia et aliis a virtutibus moralibus in tantum eis invicem connexione vel
forte inseparabiliter se habent non sequitur quod si dicte prudentie invicem habent connexionem quod sint eadem res. Hec autem opinio
ponens dictas prudentias non esse diversas res videtur tenere in exponendo eius quod Aristoteles distinguit. Esse autem non idem
ipsis. Propter hoc enim quidam intelligunt quod dicte prudentie non sunt eedem secundum formales et quidditativas rationes. Ideo dicunt quod
specie distinguuntur. Dicunt enim quod distinctio specierum non sumitur ex eo quod res sint plures, sed sumitur ex distinctione formalium
rationum. Ideo quinto metaphysice dicit Aristoteles quod eadem specie sunt quorum ratio est una. Dicunt etiam quod tamen formales rationes possunt esse specie
vel etiam genere diverse, quamvis contingit quod subiectum et passio sint eedem res vel etiam relatio et fundamentum sicut vel
actio et passio que tamen genere distinguuntur. Unde quod Aristoteles dicit quinto metaphysice quod quecumque sunt unum in numero sunt unum in
specie, non est intelligendum de omnibus que sunt unum in numero quocumque modo, sed de hiis que sunt unum in numero
secundum diffinitionem. Alii autem dicunt quod cum dicatur esse autem non idem ipsis non debet intelligi de esse essentie, nec
de ratione quidditativa sed de esse sive de ratione accidentali. Dicunt enim quod eodem habitu prudentie nomina-
tur homo de bono ipsius, sed quod est pars civitatis vel domestice vel civilis. Tamen per differentias inter hominem
et domum et civitatem prudentia secundum rationem ad hec tria diversificatur accidentaliter, ac si diceremus quod
forum quod est in foro est aliud a se ipso ut est in theatro. Vel forte magis proprie exemplificando sicut nos dicimus
esse alterum et alterum intellectum dei quo intelligit se et quo intelligit creaturas, non quod sit in se alterum, sed quod sunt tunc
altera que intelliguntur, scilicet deus et creatura. Sic enim secundum eundem habitum prudentie prudens movetur eodem actu pro-
lunt autem ... et uiciis iudicant esse facienda Quod autem dicitur quod multi sunt boni et
per consequens prudentes qui numquam audierunt doctores dictos libros forte ... quod possunt esse boni uirtuo-
si et prudentes Sed non perfecte uirtuosi et prudentes sicut declaratum fuit in sexta questione 2 libri
etc. Et sic patet questio

Circa octauo queritur utrum Eubulia Synesis et Gnome sint
uirtutes abinuicem et a prudentia distincte Arguitur quod sint uirtutes quia habitus perficientes
intellectum practicum et operis eius bonum reddentes quia ad practicum intellectum spectat consiliari
de his que ad finem et iudicare de his que per consilium inuenta sunt Eubulia autem reddit consi-
liationem bonam et rectam Synesis autem et gnome rectificant iudicium et reddunt ipsum bonum Cum
ergo uirtus diffinitur sit quod habentem perficit et opus eius bonum reddit .2. huius sequitur quod dicti habitus sunt uirtutes Sed arguitur
quod sint uirtutes distincte abinuicem quia habent proprios actus distinctos uidelicet Eubulia consiliari inquirere
Synesis autem et gnome de inquisitis iudicare Arguitur etiam quod sint uirtutes distincte a prudentia quia
cum prudentia sit una omnium agibilium ut aristoteles dicit et unius fiunt prius si essent eedem sibi sequerentur
quod essent inter se eedem Cuius oppositum arguitur est Item aucthoritas aristotelis dicit Non autem idem synesis et
prudentia Cuius rationem assignat quia illi habitus non sunt circa quorum actus proprii seu fines proprii
sunt diuersi sed sic est de prudentia et synesi quia sicut dicit aristoteles prudentia quidem enim preceptiua est
quid enim oportet agere uel non finis ipsius est Synesis autem iudicatiua solum est Oppositum arguitur

primo quod non sint virtutes quia virtutes intellectuales sunt quibus verum dicit anima affirmando vel negando
ut habetur in hoc 6° Eubulia autem non est huiusmodi quia ipsa est quod est cum inquisitione ut dicit aristoteles Item
consilium cum sit operatio quedam non est virtus eubulia autem consilium quoddam est ut dicit aristoteles Item virtutes
non insunt nobis a natura ut 2° huius Sed synesis et gnome insunt nobis a natura ut dicit aristoteles circa finem huius 6° etc. Etiam arguitur quod non
sunt virtutes distincte a prudentia quia non sunt virtutes morales sed virtutes intellectuales alie a pru-
dentia non sunt nisi quatuor videlicet scientia sapientia intellectus et ars nulla autem istarum est eubulia vel
synesis igitur etc. Item virtutes non sunt distincte que sunt circa eadem obiecta hec autem et prudentia sunt circa idem obiectum
scilicet circa humana agibilia Item ad eundem habitum in speculativis spectat inquirere veritatem et de veri-
tate inventa iudicare scilicet ad scientiam igitur ita erit in agibilibus Propter ista hic inde titubant tenentes multi quod
eubulia et synesis sunt virtutes abinvicem et a prudentia distincte Sed non principales sed annexe pru-
dentie Alii autem dicunt quod non sunt virtutes proprie sed per quendam modum dicuntur scilicet prudentie Ut autem de hoc possit magis
apparere veritas videndum est quid sit eubulia quid synesis quid gnome Dicamus igitur quod eubulia dicitur ab eu
quod est bonum et bulesis quod est consilium quasi bona consiliativa Est enim Eubulia habitus inclinans ad bene consili-
andum Kakobulia sibi contraria habitus inclinans ad prave consiliandum Actus igitur proprius eubulie
est bona consiliatio non tamen prout consiliatio claudit in se inventionem de mediis invenienda ad finem
inveniendum Sed prout capiendo consiliationem pro consiliativa inquisitione mediorum congruorum ad finem statutum
Ex his iam manifestum est quod eubulia non est scientia quia non inquirimus que iam scimus vel scimus Item Eubulia non est
eustochia ut dicit aristoteles vel solertia quoniam Eustochia vel solertia est circa promptam scilicet sine inquisitione inventionem ratio-
nem mediorum ad finem statutum sive ad conclusionem propositam Eubulia autem consistit in ratiocinativa inquisitione mediorum
quam oportet aliquando esse tardam et maturam circa agibilia ne propter circumstantiarum varietatem incidat ignorantia
Et est sciendum quod eustochia et solertia dicuntur ut supra et infra Solertia enim generaliter est eustochie extensio
cum se ad speculabilia et agibilia Eustochia enim extenditur se solum circa agibilia et dicitur ab eu quod est bonum et stochos
quod est coniecturatio quasi bona et prompta mediorum coniecturatio Item ut dicit aristoteles non est opinio quia se convertitur
et est determinate enuntiativa utriusque partis contradictionis Eubulia est inquisitiva
et nondum est enuntiativa Dicamus igitur secundum aristotelem quod eubulia est rectitudo consilii seu habitus inclinans ad
recte consiliandum ad optimum finem attingendum per propria media que et quanto tempore oportet et
sic est de aliarum observatione circumstantiarum dico autem quod est rectitudo consilii quia sicut male consili-
ans est peccatum et distorte consilians Ita bene consilians est recte consilians Eubulia enim ex proprietate
nominis importat bonitatem consilii vel ad optimum finem attingendum quia tenditur ad malum finem dicitur tamen consilium et
licet non est bonum consilium id non spectat ad eubuliam Dico autem quod per propria media quia ut contingit in specu-
lativis ex falsis concludere verum ita contingit ex parte bonum finem sortiri per mala media Ad solum autem bonum consilium non solum
spectat bonitas finis statuti sed etiam inventio mediorum honestorum dico et que et quanto tempore oportet etc. quia quando oportet longo tempore
consiliari ne interveniat ignorantia ut dixi prius Aliquando autem parum ne ydoneitas attingendi finem evanescat
propter procrastinationem propter hoc vero alii non vocant eubuliam sed eustochiam solum Ultimo addo 2° de aliarum observationibus circumstan-
tiarum ut enim ad bene consiliandum oportet videre quanto tempore sit consiliandum Ita oportet videre ubi et cum quibus sit consiliandum et sic de aliis circumstantiis
De synesi autem sciendum quod synesis dicitur a syn quod est con et nesis quod est mens quasi mens congregata ad iudicandum
Eusynesis autem dicitur ab eu quod est bonum et synesis quasi mens congregata ad bene iudicandum Asynesis vero dicitur
ab a quod est sine et synesis quasi mens iudicis sine carens iudicio propter quod vel asini translatum est ad significandum

quandam speciem illiberalitatis per rusticitatem. Et licet eusinesis addat super synesim tamen communiter nos utimur
his nominibus tamquam synonimis trahendo significationem simplicium ad partem meliorem quemadmodum homines eufortunatos
et non homines infortunatos dicimus simpliciter fortunatos. Ut ergo eubulia se habet ad inquisitionem et inventionem
mediorum, ita synesis vel eusinesis se habet ad iudicandum de mediis inventis que sunt necessaria
et ad finem attingendum congrua. Unde synesis describitur potest dici recta iudicativa vel habitus iudicativus ad
recte iudicandum de mediis per eubuliam inventis. Gnome id est sententia. Unde eugnome dicitur ab eu quod est
bonum et gnome quod est sententia quasi bona sententia. Syngnome dicitur a syn quod est cum et gnome quod est sententia quasi con-
gregata sententia. Iste autem nominibus gnome eugnome et syngnome utimur communiter tamquam synonimis ut dictum fuit de
synesi et eusinesi. Gnome autem non quamlibet sententiam designat sed appropriate designat sententiam pertinentem ad iustitiam
epyekes ad iustum simpliciter et ut epyekia ad iustitiam. Est ergo gnome potentia designativa habitum habitum indicativus
ad recte iudicandum de mediis inventis per eubuliam pertinentibus ad iustitiam epyekes. Est ergo sciendum ut dicit aristoteles quilibet
ex predictis preceptiva synesis. Gnome spectat ad prudentiam preceptive execucionem eorum que per eubuliam inventa et per synesim
sunt iudicata sunt. Et ut in textu dicitur prudentia est motiva quid oportet agere et quid non et quomodo et
quando non et talis circumstantias. Ad hoc enim si non talis inceptus imperare et virtus eius continue exequi et prius imperare nisi ad
est in intellectu concludente velle. Sic quod prudentia dicitur esse factiva. Non ad hoc velle motiva ac statim exequi quod hec
id ad actum imperativum per actum execucio. Finis ergo sciendum eubulia per inquisitionem consiliativam ingreditur media optima per que
finis attingi possit. Synesis autem que media inventorum sunt honesta et congrua iudicat quo iudicante prudentia
adhuc relinquitur dicere quod hoc est faciendum. Dato ergo quod hoc medium inter cetera sit optimum ad finem attingen-
dum nondum tamen dictum est quod hoc sit faciendum et hoc ultimum dictum vocat aristoteles preceptum quod dicit prudentiam esse precepti-
vam. Et hec omnia videbantur aristoteli satis innuere sed cum dicit prudentia quid preceptiva est quid oportet agere vel non
finis ipsius est. Synesis autem iudicativa solum. Dicitur ergo multa quod sicut synesis presupponit eubuliam et consi-
stit formaliter in iudicatione de mediis inventis per eubuliam. Ita prudentia dicitur presupponere synesim
et consistit formaliter in preceptione eorum que per synesim iudicata sunt. Et ita dicitur quod prudentia est virtus
formaliter distincta contra synesim et eubuliam propter quod cum aristoteles enumeraverit quinque habitus intellectua-
les principales ipse non enumeravit eubuliam et synesim contra prudentiam. Vel aliter est ut magis michi videtur quod pru-
dentia perfecta sit quam homo dicitur simpliciter prudens homo non solum prudens consiliator aut prudens
iudicator aut prudens preceptor vel executor non est unus habitus unitate simplici sed unitate or-
dinis et connexionis multarum partium habentium formaliter distinctarum ut mundus dicitur unus licet multas con-
tineat partes distinctas secundum speciem quarum nulla per se dicitur mundus. Sicut etiam scientiam aliquam totalem
et perfectam dicimus esse unam non quia aliquam formam habeat indivisam in se totam sed quia licet multas passiones
alios diffinitivos alios divisivos atque argumentativos et multas conclusiones variatas quia tamen hec omnia
habent ordinem et connexionem naturalem. Sic ergo corpus humanum unum existens multas habet diversas
partes habentes diversas operationes ut cor cerebrum epar caput pedes et manus sic quod ex diversis operationibus
opus finale totum expleri non potest nisi et opus unius partis sit opere alterius partis. Ita oportet figurare quod perfecta
prudentia sit habitus unus continens plures habitus partiales sine quorum propriis operationibus opus eius
finale non potest expleri scilicet habitum consiliativum habitum iudicativum et habitum preceptivum seu execu-
tivum. Et ut corpus humanum non est cor tantum vel cerebrum tantum. Sic mundus non est formaliter celum
tantum aut ignis et cetera. Ita prudentia non est formaliter habitus consiliativus vel preceptivus tantum et cetera

Primo perfectio eius consistit in eorum aggregatione ordinata et connexa. Unde non videtur esse dubium quin ex
istis tribus habitibus constituatur unus totalis habitus unitate ordinis et connexionis. Convenit enim ad invicem
consilium iudicium et preceptum. Sicut preceptum non potest fieri sine iudicio nec iudicium sine consilio, ita econverso
nec aliquis modus prudentie sine iudicio nec iudicium sine precepto. Talis autem habitus totalis non videtur novum nomen consequi
nisi nomen prudentie. Concedam ergo quod illi habitus partiales habent convenientiam sed tamen distinguuntur. Sed non dis-
tinguuntur a prudentia simpliciter dicta ut perfectum nisi ut pars contra suum totum. Concedam etiam
quod eubulia est virtus intellectus consiliativi, synesis intellectus iudicativi, sed non tamen intel-
lectus activi. Et quia de partibus prudentie iam incepimus loqui, videndum est magis complete quomodo partes
prudentie distinguantur. Dicunt ergo aliqui quod prudentie quatuor sunt opera principalia. Primum est inventio
mediorum ad finem scilicet virtutum cognitiorum. Secundum est iudicium de honestate et congruentia mediorum inventorum. Tertium
est preceptum iudicatorum. Quartum est executio preceptorum. Puto tamen quod hoc quartum non sit opus elicitum
a prudentia ut dixi prius, sed vel a voluntate vel potentiis anime aut corporis et virtutibus earum. Sed tamen
ita esset ut dicunt, tunc essent secundum illa quatuor opera quatuor principales partes prudentie, scilicet inventiva, iudica-
tiva, preceptiva et executiva. Quarum iterum quelibet habet plures partes sive plures exigit vi-
res vel habilitates, ut illi dicunt, ad hoc ut possint perficere opus suum. Nam quia ad inveniendum
dum medium vel non est consiliandum vel modo tempore consiliandi ut dictum est prius ne idoneitas
attingendi finem transeat, et tunc est dicta custodia sive solertia. Ad inveniendum ergo consilium et tunc bo-
nam eubuliam que iterum plures requirit vires. Ad bene enim inveniendum medium valet mul-
tum preteritorum recordatio que vocatur solum memoria. Deinde requiritur presentium ad preterita colla-
tio et etiam inventorum collatio que solum dicitur ratio. Sed forte quod hec secunda collatio pertinet ad partem
iudicativam. Adhuc enim ad omnium istorum perfectionem requiritur docilitas que est habilitas
ad bonam eruditionem. Parum enim est quod unusquisque potest capere a se ipso, multum autem ab alio. Un-
de versus: Qui sollers docilis memor est qui inventionis, rectum consilium perficit ille suum. E contra sunt quatuor
defectus impedientes, parvitas inventiva scilicet tarditas ingenii contra custodiam, indocilitas contra docilitatem,
oblivio contra memoriam et inhertia sive ignavia comparandi et conferendi contra rationem. Unde versus:
Tardus et indocilis ignavus et immemor existens rectum consilium non facit ille suum. Dicunt etiam ipsi
iudicativam quam Aristoteles vocat synesim quatuor habere partes vel habilitates exigit sine quibus non potest
ipsa esse bona et perfecta. Quoniam cum de conclusione fiat iudicium per premissas, oportet sane capere maiorem et
minorem et excludere defectum a maiore et minore. Conceptus ergo maioris est sana existimatio
iuris et legis per quam et secundum quam dicendum est sic operandum esse in tali casu, et vocatur intel-
lectus. Conceptus autem minoris est sana apprehensio presentis operis quod agitur vel non quod agitur, et
vocatur sensus, quia particularia aguntur sensu ab intellectu comprehensa. Defectus autem excluditur a maiore per
recollectionem circumstantiarum omnium que debentur operi, et minoris recollectio vocatur circumspectio. A minore vero
defectus excluditur per discretionem bonorum et malorum possibilium evenire actui vel operi, quam
discretionem Macrobius vocat cautionem vel cautelam per quam cavetur eminentia mala. Unde versus:
Dant intellectum sensum cautela malorum circumspectaque dat bona iudicia. E contra autem iudicium de-
pravat cecitudo intellectus contraria intellectui, presumptio contraria sensui, incautela contraria cautele, ubi
scilicet est precipitatio ad pericula sine necessitate, et incircumspectio contraria circumspectioni. Unde versus: cecus, hebes, precipitans

manens incauta pedis | Incircumspecta dant mala iudicia. Item dicitur illi qui pares preceptum
ad hoc quod preceptum sit bonum et utile requiritur duo ex parte intellectus et duo ex parte appetitus. Ex parte enim
intellectus requiritur primo certam deliberationem. Secundo requiritur efficacem suasionem. Appetitus enim precep
tum formidabile non recipit bonum in preceptum inducit suasionibus. Ex parte enim appetitus requiritur primo
benignitas ut prompte obediat rationi. Secundo requiritur constantia per quam firmetur in huiusmodi obedientia
unde versus Certa suasiua mens constans atque benigna. Vale preceptum perficit ipsa suum. E contra ambi
guitas contraria certitudini contraria. Instabilitas contraria suasioni. Malignitas et perfunctio contraria be
nignitati et inconstantia per oppositum contraria. Reddit preceptum vanum et inutile unde versus Ambiguus
fatuus inconstans atque malignus. Vanum preceptum construunt ipse suum. Ad partem executivam re
quiritur que inveniuntur in prudentia vigilantia diligentia et sollicitudo. Providentia curat ut non desit eorum que
sufficientia et per vigilantiam intenditur qualiter opus ex omnibus perfectius agatur. Diligentia vero amor coniunc
ta opus continuat et continuatum tenet. Sollicitudo labori cum mora occupatur ac plurima simul
alta narrata unde versus Si curo vigilo si diligo sollicitor. Vale pago quod pagere volo. Et
per oppositum imprudentia sompnolentia negligentia et vagabunditas contraria prudentie nunquam agunt feliciter opus
suum unde versus Nec sompnolentia nec mens imprudens felix. Nec torpens animus nec vagabunda manus.
Tullius autem in rethorica sua tres ponit partes prudentie per aspectum ad tres partes temporis ad quas semper oportet prudentem
te aspicere dicente Seneca in libro de quatuor virtutibus cardinalibus. Si prudens es animum tuum tribus temporibus
dispensa presentia ordina futura provide et preterita recordare. Nam qui nichil de preterito cogitat vitam
perdit. Qui nichil de futuro premeditatur incautus incidit. Secundum autem hoc partes tres memoriam
intelligentiam et providentiam. Memoria per quam animus repetit illa que fuerunt. Intelligentia per quam ea perspi
cit que sunt. Providentia vero est per quam futurum aliquid videtur antequam sit. Et istas partes tres sumun
tur ars species autem rethorice secundum Aristotilem. Per eam indicativam respicit presentia. Per autem exclamatoriam vel demonstrati
vam preterita. Per vero consiliativam futura. Alio adhuc modo dividit Aristotiles prudentiam secundum diversi
tatem bonorum que ipsa nobis parat. Alterum enim bonum dicitur monosticum quod unusquisque sibi pro
curat per monosticam prudentiam. Alterum dicitur bonum yconomicum quod unusquisque per prudentiam yconomicam
parat domestice civitati. Alterum vero dicitur bonum politicum quod unusquisque per prudentiam politicam
parat civitati civili. Et adhuc Aristotiles ponit aliam divisionem prudentie secundum diversitatem offi
ciorum que geruntur in civitate civili. Alia enim est spectans ad principem que dicitur architec
tonica sive legispositiva. Alia vero spectat ad subditos que dicitur communi nomine politica de quibus autem
satis clarum est. Et modo consilii possunt dividi prudentia yconomica in paternam et filialem et virilem et
uxoriam et dominativam et servitualem. Secundum vero est unus. Ad rationes dicendum est quod ille que arg
uunt ad primam partem satis patet per predicta. Ad primam in oppositum dicitur quod virtutes totales bene sunt quibus
ueritas clarificatur. Secundum non oportet hic querere de omnibus virtutibus partialibus aliqui totalem integrantibus. Ad
aliam dico quod eubulia aliud et sinesis et gnome capiuntur pro operationibus quibus fit rectum consilium et
rectum iudicium et sunt operationes. Alio autem capiuntur pro habitibus ad huiusmodi operationes
inclinantibus intellectum et ita dicuntur virtutes. Ad aliam dicitur Aristotiles de prudentia vel etiam de virtutibus naturalibus
vel moralibus quod ex alta et alta complexione secundum quam sensus nati sunt aliter et aliter percipere
et melius deservire intellectui nos videmus aliquos inclinatos ad prompte consiliandum

et inventivus faciendum inveniendum tam in speculativis quam in practicis. Alios autem ineptos ad persuadendum et firmiter iudicandum licet non sit similiter inventivus. Alios autem ineptos ad consiliandum [illegible] et ad iudicandum circa agibilia propter quod aliqui parvo studio prudentiores fiunt aliis sapientibus quam alii multo [studio]. Hee habilitates ad consiliandum et recte iudicandum vocantur eubulia et synesis naturales que non sunt partes prudentie sicut dicit magister. Propter has autem debilitates habilitates requiritur habitus requisitus per multiplices operationes certam et longam experientiam agibilium humanorum inclinans perfecte ad recte iudicandum et bene consiliandum consiliendum qui dicuntur eubulia synesis prudentiales et iste sunt partes prudentie. Ad rationes satis procedunt viis suis. Etc. patet quod

Consequenter nono queritur utrum virtus moralis faciat intentionem rectam prudentia autem que ad hanc. Hoc est dictum utrum per virtutem moralem habeamus rectam existimationem de fine in operibus agibilibus et per prudentiam de eis que sunt ad finem. Sed contra exponendum est [illegible] intentionem [illegible] in agendo rectam. Recte autem in fine [illegible] et non in [illegible]. Arguitur ergo quod virtus moralis magis rectificat ea que ad finem quam intentionem quia virtus moralis est habitus electivus 2° huius. Electio autem non est ipsius finis sed eorum que ad finem 3° huius. Item virtus est circa difficile 2° huius. Virtus moralis in nobis requiritur ad reddendum ea facilia et delectabilia que prius erant tristia et difficilia. Virtus enim ex assuetudine acquiritur 2° huius. Assuetudinis est facere facilia et delectabilia que prius erant tristia et difficilia unde primo rhetorice solicitudines autem et studia et conatus tristes. Nova enim et violenta hec sunt si non assueti fiant. Consuetudo autem facit delectabilia. Sed non circa finem sed primo circa ea que ad finem magis videntur difficultates per tristia ergo etc. Item [illegible] ad virtutem moralem quam ad prudentiam pertineat rectitudo tam circa finem quam circa ea que ad finem [illegible] existimationis ad moralem pertinet. Item videtur quod non indigeamus virtute morali ad rectificandum existimationem de fine quia ad talem rectitudinem existimationis sufficiunt [illegible] vel naturalia principia enim cognita sunt naturaliter et per se et in cognitionibus ad quem finem tendendum [illegible] quod sicut ad quod nos assuescimus manifestum est ergo quod si a nobis auferretur omnis via declinandi nos ad bonum esset [illegible]. Sic etiam videtur aliquis [illegible] tendendi declinare in fine [illegible]. Ita et nobis solicitudinem magis quam [illegible]. Item si virtus moralis faceret intentionem rectam prudentia autem ea que ad hanc sequeretur quod virtus moralis preesset prudentie quod [illegible] ergo etc. [illegible] prudentia vel [illegible] difficultas circa [illegible] determinata ratione [illegible] prudens determinabit. [illegible] quod [illegible] est quod pertinet ad prudentiam [illegible] in forma et modum virtutis nisi [illegible] determinat et [illegible] prudentie [illegible] determinatione [illegible] determinatio [illegible] effectiva. [illegible] quod non est [illegible] bonum esse prius [illegible] virtute morali [illegible] prudentie [illegible] rectam existimationem de fine [illegible] de his que ad finem [illegible] fines in agibilibus sunt ut principia in speculabilibus [illegible] finis [illegible] moderamen [illegible] adhuc prius [illegible] et [illegible] prudentiam et [illegible] virtutem moralem. [illegible] intentionem rectam facit prudentia autem que ad hanc.

Item [illegible] non est electio recta sine prudentia neque sine morali virtute [illegible] illa autem que ad finem [illegible] recta existimatio de fine est principium in agibilibus [illegible] virtus rectam facit existimationem de principiis [illegible] que malitia corrumpit et ea que faciunt circa ea salvat virtus moralis et facit [illegible]. Item

ex intentione dicens convenit nec tamen de fine agibilium et ita oportet negare primam prudentie modo ut aliqui sciunt ut philosophi

vel metam non licet via ex negante sua principia ita in predictis ita et quod oportet ponere aliunde quod homo non determinat

bene ad tendendum vel per prudentiam igitur principium vel intelligibilem ... prima videtur esse quod ultimus finis agibilium determinatum est nobis per

naturam secundum eius actum rationem in tantum quod nullus sic mentitur de eo secundum intellectum qui sit amandus et prosequen-

dus. Nec voluntas contrario fertur in oppositum. Ex illo omnes concedunt saltem interiori mente licet aliquis ore

negat vitam optimam esse amandam et prosequendam quod pro tanto sit magis amanda et prose-

quenda quanto est melior et delectabilior et voluntas non potest ferri in oppositum secundum oppositam rationem

Nullus enim potest velle vitam malam et tristem sub ratione mali et tristis sed nec est si voluntas determinata

sive in actum ad vitam optimam sub ratione optimitatis quod velit eam propter quod dicebatur in 3° quod ipsius finis

est voluntas et non electio. Ex his etiam manifestum est quod intellectus non virtute moralis vel prudentie fertur mediante etiam

secundum naturalem inclinationem intellectus ad verum et voluntatis ad bonum nec iste malus pervertit vel determinat fertur circa prima

principia practica. Sed ultimus finis secundum specialem rationem non est nobis determinatum a natura primo conveniunt nec tamen

circa ipsum. Et voluntas fertur omnino recte in ipsum propter hoc quod intellectus convenit in illo quod res est ita quod est

circa optima et delectabilissima. Similiter enim illius potentia huius vita quanto est melior et delectabilior

tanta est magis amanda et prosequenda. Sed contemplativa vel operativa secundum virtutem est vita melior et

delectabilior quam sensualibus delectationibus vel quam pecuniis et honoribus habitare igitur contemplativa et operati-

va secundum virtutem est magis amanda et prosequenda etc. Multi tamen minorem propositionem non consentiunt

propter quod eam conclusionem non concedunt et ob hoc etiam voluntas eorum non recte fertur in finem scilicet in opus

contemplationis et virtutis sed distorte in delectationes sensuales pecunias et honores. Sed igitur circa quod

fiat recta estimatio de fine secundo. Quod recta estimatio de minore aut maiore quam sua premis-

sa ut dicit in commento super posteriorum sicut sua quod talia. Cum consequendo est totum de est totum illud sit

recta estimatio de fine quod dicit fiat ubi etiam estimatio de minore hoc quod sit dubium est.

Quidam enim putant dicendum illum non esse prudentie quod dicit predictis dicta ad quod est posterius tamen secundum dictum circa quod est

scilicet inventiva mediorum ad finem ordinatorum judicativa de mediis inventis preceptiva judicatorum

et forte executiva. Hec autem omnia posterius circa media ad finem ordinata versantur ideo tota prudentia

licet circa huiusmodi media laborare. Determinans autem illud non est de mediis sed est solum ad statutum vel finem.

Non enim sufficit finem esse vel statutum sufficienter ... scilicet quod optima vita sit amanda et prosequenda oportet

cognoscere in quem rem scilicet vita optima consistat quod prosequi propter quod dicitur 3° de anima quod universalis estimatio non movet

et igitur in particulari sciendum quae res sit illa vita quae est amanda et prosequenda quod scire prudentie est magis per quam media

vel illam prosequi valeat et attingere. Item finis est principium in agibilibus sicut et quandam scientiam et principia

ratione predictorum supponere sua principia probat igitur non pertinet ad prudentiam statuere sibi finem. Sed hic non videtur mihi

verum quin premisse dicant illis sicut dicens quod principia concessa aut negata est aliter aut aliter operandum propter

quod secundum dictam positionem ... premisse videtur esse potentie et ad prudentiam pertinere. Nec videtur principium ... quod

dicitur animi omnino ... posterius esse ad statuendum ex illa fine secundum rationem particularem vel forte dicit quod ... 3

posterius locum habet in illo predicto oportebit etiam in primo medium illius tenere 2° ex premissis ex dicto

medio constituit et de fine iudicare 3° perspicere quod media inquirentur ad finem statutum at-

tingendum. In tamen precepti executione dicte tres partes habent locum. Et ita denique prius

dum opera sit completum. Secundum eam ratio ... non est quod non est ... sua supponere principia secundum quantum

tionem licet enim in philosophia naturali sit suppositum maius esse tamen non est suppositum maius primam esse neque formaliter esse
distinctam a materia primo inquirit in principio physicorum propter quod aliqui dicunt et magis probabiliter ut michi videtur quod ex
minori que dicit contemplari et operari secundum virtutem est melius et delectabilius quam delectari et est principium per
tinens per se notum vel quasi Sufficit enim ad dicte conclusionis concessionem experientia et
debitum ministerium sensus ipsi intellectui quamvis ita sit tamen intellectus impeditur per ea concessi
one dicti principii vel quia non exercent opus contemplationis neque virtutis propter quod bonitatem ipsius et delectationem quam
te ipsum non potuit experiri vel quia affectiones inordinate sensibilis appetitus ad delectationes sensuales trahentes in
tellectum ad iudicium temptant vel quia tedium tristicia sive difficultas apparens quandoque studio contemplationis sive operi vir
tuoso Si enim opus virtutis exerceat et inordinata sensitivi appetitus affectio moderetur et tedium tristicia sive
difficultas apparens in opere virtuoso removeatur statim intellectus percipiet opera virtutum esse
meliora quam delectationes sensuales quam pecunias aut honores Et ideo magis nobis talis gaudebit alteri autem
non Virtutes autem morales inclinant ad exercitium operis virtuosi moderant affectiones appetitus
sensitivi et opera virtutum reddunt multo delectabiliora posito quod exemplum de quo non curemus utrum
sit verum an non quod predictus silligismus vel aliquis quamquam talis processus per quem finis ultimus humane vite
nobis statuatur sit primus prudentialis processus et dicti silligismi sit primum prudentiale quod manifestum
est satis ex dictis quoniam virtus moralis facit ad huiusmodi de dicti conclusione rectam estimacionem Apparet
etiam quod ad primum argumentum quod non contingeret sine maiori probationis concessionem virtute morali in prudentia ad operationem secundum
rationem intellectualem quoniam contingit Apparet secundo quod ad secundum principale argumentum quod contingeret sine maiori probationis conces
sionem prudentia non operatur secundum intellectum et virtutem moralem Et dico intellectum quia virtus elicitiva iudicii
dico autem virtus moralis quia removet prohibentia ex parte appetitus Sic enim malicia corruptiva
practicum principium sive maiorem firmat et auget ipsam passionem in appetitu prohibentem intellec
tum a vero iudicio quod sit sensus in recte ministrat oppositum Sed 3° apparet quod ad concessionem conclusionis
operatur virtus moralis et prudentia dico autem virtus moralis quia dicitur per unionem maiorem operatur
ad dicti principii concessionem Ex quo ipsa inferebat secundo quia removet prohibentia ex par
te appetitus vitiosus autem appetitus rebellat et recto iudicio rebellat primum et recto iudicio
conclusionis et precepto sequenti dictum iudicium et executionem tollit omnino dico autem prudentia dicitur per hoc
inquantum ipsa virtus locum ante dat processum ad conclusionem ex concessis principiis inferen
dam Secundo inquantum elicit iudicium de veritate conclusionis mediante concessione premissarum et
ordinat processus Ex hiis 4° quod virtus moralis antecedit prudentiam non tamen virtus moralis perfecta sed inch
oata per assuefactionem aut per bonam nativitatem vel per bonam inclinationem naturalem valde enim indi
gent ad concessionem principiorum moralium consuetudinali exercitio per doctrinam persuasionem per
castigationem parentum aut aliorum vel erit valde difficile impossibile fieri prudentem propter quod dicitur in 2°
huius Non parum differt sic vel sic ex iuvene assuefieri Et ad hoc facit consuetudinem finem valde
quod iuvenes et passionum executores non sunt huius scientie que est pars prudentie ut dictum fuit
utiles auditores Ultimo autem post datam concessionem finis qui nobis statuitur fuit finis et ad media
se quibus per que finis possit attingi primo quidem inveniendo media illa ut dictum est prius Secundo
iudicando de mediis inventis an sint decentia vel indecentia et que sint decentia ad finem
attingendum 3° precipiendo quoniam quod iudicatum est decentius exequatur In primo autem prudentia

operatur sed non virtus moralis quod ex hoc patet quia astutus homo et valde pravus bene facit ista mediorum inventione quantum enim ad hoc astutus et prudens differre videntur. In secundo vero illorum scilicet in iudicando de electione mediorum inventorum prudentia et virtus moralis simul operantur. Hec quidem electio iudicii [illegible] ex parte appetitus sensitivi ut dictum fuit in 3o scilicet in incipiendo. Similiter utraque operatur [illegible] vitium enim inclinans ad sensualia et fugiens laborem depravat huiusmodi preceptum et iudicium. Quantum autem ad tertium [illegible] virtus intentionem facit rectam non autem [illegible] intentio quia ipsa nihil operatur [illegible] quia illa prima sine prudentia operabatur ad concessionem principiorum [illegible] naturalis facientes sibi finem. Quantum autem ad prudentiam quia ad hanc non erat intentio quia prudentia non operatur ad concessionem [illegible] quibus statuunt [illegible] hoc dicit quod prudentia sine adiutorio virtutis moralis ut quis est inventiva mediorum conducentium ad istum finem. In hac igitur ordinatione [illegible] omnia mea in littera quia [illegible] apparebant valde difficiles sunt solute. Si quis ea [illegible] dicta sunt. Et sic patet questio bene pulchra.

Decimo queritur utrum virtus moralis possit nobis acquiri sine prudentia. Et arguitur quod sic quia sicut habitus conclusionis speculative supponit habitum principiorum speculativorum ita prudentia cum sit habitus conclusionis practice supponit habitum principiorum. Sed iste habitus principiorum supponit virtutem moralem quia talia principia sine morali virtute non cognoscuntur ut dictum fuit. Malitia enim corrumpit principia practica. Ergo virtutem moralem oportet acquiri ante prudentiam. Item homo dicitur bonus homo simpliciter per virtutem moralem [illegible] prudentia [illegible] bonus simpliciter ergo habent virtutem moralem. Minor probatur quia dictum fuit quod habitus acquisitus per doctrinam scilicet librorum moralium et [illegible] pertinet ad prudentiam propter quod multi videntur acquisivisse prudentiam qui non studuerunt dictos libros et tamen multi sunt boni homines licet in dictis libris non studuerint. Item ad bene agere requiritur virtus moralis. Sed ad bene agere non requiritur prudentia ergo virtus moralis potest esse sine prudentia. Maior probatur quia virtus moralis apud animam est sicut sanitas corporis utraque enim perficit habentem [illegible] et opus bonum reddit. Modo sanitas exigitur ad bonam et expeditam corporis operationem ergo et virtus moralis ad bonam et expeditam anime actionem. Minor vero probatur quia prudentia se habet ad virtutem moralem sicut [illegible] ad dispositionem corporis. Prudentia enim est cognitiva [illegible] et omnium illorum artium que [illegible] ut ars medicinalis est cognitiva sanorum et egrorum et omnium illorum artium que sanitatem [illegible] sed ad bonum operandum [illegible] non requiritur ars medicinalis sed sufficit sanitas ergo ad bonum operandum non requiritur prudentia sed sufficit virtus moralis. Item ex [illegible] sine arte medicinali ergo et virtus moralis sine prudentia. Item virtus moralis acquiritur ex assuetudine in bonis operibus sed aliquis potest assuescere in bonis operibus sine prudentia ergo etc. Sed tu diceres [illegible] quod sine prudentia non cognosceret quid sit bonum opus. Respondebo quod licet non cognosceret ex se quid sit bonum opus tamen potest credere prudenti et ita assuescere in hiis que prudens dicit sibi ut egrotus [illegible] et operari [illegible] etc. Oppositum dicit Aristoteles [illegible] quod virtus [illegible] sine prudentia [illegible] id est virtus moralis non [illegible] sine prudentia. Item [illegible] non est virtus [illegible] sine prudentia ergo virtus moralis non est sine prudentia. Item virtus est habitus electivus [illegible] sine prudentia ut dicit Aristoteles 2 Ethicorum.

Ad evidentiam huius questionis sciendum est [illegible] ex parte virtutis [illegible] ex parte appetitus duplex [illegible]

habitus scilicet naturalis quem a dispositione a certa complexione homines consequuntur a nativitate. Alius per doctrinam et experientiam vel assuefactionem acquisitus et utrobique habitus sive naturalis potest esse bonus dispositio sive disponens ad bene agendum vel sive disponens ad hoc male vel bene agendum vel sive disponens bonam ergo dispositionem naturalem ex parte virtutis appetitive vocat aristoteles virtutes naturales quam tertia ultra mores innatos et naturales dicens quod omnibus videntur singuli mores existere a nativitate aliqualiter. Et enim iusti et fortes et talia consequuntur homines a nativitate. Vocat etiam mores non quia sint mores vere, cum insinuat nobis absque omni consuetudine, sed mores dicuntur quia moribus habent similitudinem. Et non solum invenitur dispositio naturalis inclinans ad bonos mores sed etiam inclinans ad malos quae vocari potest malitia naturalis. Quidam a nativitate inclinantur ad iracundiam ad avaritiam ad intemperantiam et cetera. Et hoc invenimus probatum bene ab aristotele in 8o de animalibus. Bonam autem dispositionem ex parte cognoscitive vocat aristoteles [illegible] quae forte secundum id quod industria naturalis. Prima autem dispositio potest vocari hebetudo cum homo [illegible] in organo virtutis cognitive molles et flexibiles. Ad quod disponit humiditas et caliditas ipse dicitur naturaliter inductivus multitudinis memoriarum ad quemcumque finem voluerit. Et si cum hoc organum in eo fuerit bene receptivum. Ad quod disponit frigiditas et siccitas organi ipse erit bene iudicativus et providens per experientias quod nisi ex multis mediis perficitur [illegible] naturaliter erit eubulia et synesis. Et ita valde bene erit dispositus ad prudentiam si bene sit dispositus ad mores sive ad virtutes morales. Et si ipse fuerit dispositus ad [illegible] ipse [illegible] habebit maximam ad astutiam. Si vero contrario fuerit dispositus erit hebes [illegible] nec potest dare ad aliquod consilium nec de consiliatis sanis iudicare [illegible] quia nec potest [illegible] volens recipere disciplinam et talis diceretur asinus vel asininus propter defectum ingenii. Et dicitur ab a quod est sine et synesis. Et diceretur abulio propter defectum consilii ab a quod est sine et bula quod sine bula. Et quamvis [illegible] aliquos esse rudes in consilio principes aut [illegible] vel [illegible] tatem dispositionis naturalis diversorum virtutum sensitivorum organorum. Dicte autem dispositiones naturales ex parte appetitus quae disponunt ad virtutes morales aliter virtutes morales dicuntur et quam dicuntur prudentie quae disponunt ad prudentiam. Sed ergo prudentia et virtutes morales capiant [illegible] naturalibus habitibus sive dispositionibus non est dubium quod separari possunt in hominibus et in animalibus brutis ut apparet [illegible] de animalibus et in libro de physionomia aristotelis et [illegible]. Sed licet dicti habitus non dent [illegible] et [illegible] in hominibus quod non perficiunt simpliciter intellectum et appetitum nec eos determinant ad optimas operationes [illegible] de ignorantia distribuit ad astutiam ut ad prudentiam [illegible] dementia vel demonia est possibilis si male fuerit [illegible] ad [illegible] mediante [illegible] repugnantes [illegible] ad [illegible] expectando [illegible] sustinendo iniurias et patientiam liberalitatis ad [illegible] vel [illegible] distractivum [illegible] mediante [illegible] ignium [illegible] in loco [illegible] destructivum ipsius puta ubi est ignis [illegible] mediante [illegible] non est bonum sed aliquando malum valde [illegible] aliquando fugiendo et aliquando aggrediendo [illegible] et aliquando dandum et aliquando retinendo [illegible] et [illegible] appetitum [illegible] ad optimum opus mediante appetitu [illegible] non possunt [illegible] sine prudentia [illegible] tales non sunt naturales ut apparuit sed sunt ex assuetudine acquisita [illegible] autem non [illegible] vel

e huiusmodi multiplicata ex tali generatur. Operationes autem possunt dupliciter esse similes. Uno modo secundum substan-
tiam ut dare et dare vel aggredi et aggredi etc. Alio modo possunt dici consimiles secundum similitudi-
nem seu similitudinariam proportionem ad aliquam regulam. Exemplum si latomus faciat unum lapidem acutum et
alium rotundum et unum rectum et alium tortuosum regula data sibi tali existente ipse dicitur semper consimiliter
operari quia conformiter sibi sunt regule date. Habitus autem inclinans semper appetitum ad opus bonum non est genera-
tus ex operationibus secundum substantiam consimilibus quia tunc semper inclinaret in tales operationes habitus naturalis quod
non esset bonum. Non enim oportet semper agere consimiles secundum substantiam operationes sed aliquando aggredi et aliquando fugere aliquando da-
re et aliquando retinere etc. Oportet igitur illum habitum esse generatum ex operationibus similibus secundum proportionem ad regulam.
Regula autem cui operatio conformis fit semper bona et optima est recta ratio de agibilibus distribuens secundum circumstantiarum
exigentiam quando opus sit emittendum aut retinendum et ubi et quantum et sic de aliis ad perfectionem operis
requisitis. Hec autem recta ratio prudentia est vel opus ipsius prudentie. Ergo manifestum quod virtutes appe-
titive proprie et principales non possunt sine prudentia generari. // Plurimum autem valde decipiuntur opinan-
tes quod virtutes inclinant ad passiones et operationes secundum substantiam puta medias et putant virtutes esse
vere medias extremorum vitiorum sicut tepidum est medium calidi et frigidi. Et ita putant virtutes absolute et a
prudentia posse separari quod est totum falsum. Immo virtutes inclinant ad inequalia semper in omni tempore indi-
tur ratione quodammodo recta ratio sententiavit propter quod ad virtutem se habet quasi totaliter disparate. Virtus naturalis incli-
nat ad certas operationes et passiones. Virtus autem semper ad iudicium rationis. Adhuc ultimo sciendum est quod aliquis potest
assuefieri in operationibus consimilibus recte rationi dupliciter. Uno modo quod sibi prudenti credat. Alio modo quod non sibi sed alteri
credat prudenti et secundum eius consilium operetur. Et isto modo secundo habitum generabit bonus in appetitu sed non
perfecte simpliciter quia cum deficeret doctor exterior non haberet quomodo posset perfecte et recte operari et quia quan-
doque homines sunt nobis occulti propter quod aliquem credimus talem fore prudentem et bonum verum qui est
astutus et malus ideo non erit bonum ad eum inclinare suum appetitum propter quod oportet ad perfectionem virtutis moralis
habere prudentiam in seipso. Et forte quod hoc intendebat Aristoteles cum dixit Non enim qui solum secundum rectam rationem
sed qui cum recta ratione habitus virtus est. Ad rationes. Ad primam dicendum quod ad confessionem primorum principiorum practicorum
omnium actum prudentie precedentium non indigemus virtute morali perfecta sed sufficit virtus moralis inchoata per bonam na-
turalitatem quam vocamus virtutem naturalem vel per assuetudinem docibilem a parentibus vel
aliis suadentibus vel coartantibus. Ad aliam dicendum quod boni homines dicuntur si solum habent habitum et inclina-
tionem ad credendum hiis quos putant esse prudentes ad operandum hoc secundum hoc consilium
ipsorum. Talis autem habitus non est perfecta virtus ut dictum est et tamen illa acquiritur secundum rectam rationem sed non
sit cum recta ratione. Tamen esset homo licet non possit habere prudentiam perfectissimam sine scientia doctorum hominum
vel expolletur tamen multam potest habere prudentiam et per consequens virtutem multam moralem sibi correspondentem
licet non perfectissimam. Talis autem dicitur bonus simpliciter ideo non oportet omnem habere perfectas virtutes
primo politicorum dicit Aristoteles quod virtutes morales existimandum oportet quidem principantem sed non eodem modo secundum quod
unicuique ad suum ipsius opus. Ad aliam potest dici quod sanitas ad corpus est sicut principalis naturalis appetitus
ad appetitum non ut virtus potentie sed talis quantum spectat ad propositum propter quod in aliquo casu sanitas potest esse cor-
poris cum male dispositione ut si quis per temperantiam multum comedet corpus propter sanitatem bene digerente et mul-
tum in substantiam corporis convertente poterit superrepleri ut humores non peteret in sano non in egro. Ex quo
oportebit tandem illos humores corrumpi et ita generari egritudinem aut mortem per-

idem patet quid sit dicendum ad alias rationes. Et ultima ratio soluta est per predicta etc. Et patet quo

Vicesimo primo queritur utrum virtutes morales sint invicem connexe et adinvicem. Et arguitur quod non quia causantur ex certis actibus et huius. Sed aliquis potest exerceri in actu unius virtutis absque hoc quod exerceatur in actu alterius. Item aliquis potest esse magis dispositus naturaliter ad unam vel aliunde ad unam quam ad aliam, quia secundum quod dicit Aristoteles vii° huius omnibus etiam singulorum morum existere naturam etc. Sed forte ceteris paribus generatur citius et perficitur in materia magis disposita ad ipsam, igitur homo habet acquirere unam virtutem et non aliam. Confirmatur quia si ita non esset, non posset aliquis ante alias tunc exercitari unius [illegible] virtus acquiretur, quod est falsum. Item oportet assignare causam connexionis vel ex parte principii effectivi, quod non videtur quia causantur ex actibus et aliquis potest exercitari in unius actibus absque etc. Vel ex parte subiecti, quod non potest dici quia sicut omnes virtutes morales sunt in appetitu ita omnes intellectuales in intellectu, que tamen non habent invicem connexionem. Vel ex parte obiecti, quod non potest esse quia distinguuntur penes obiecta. Vel ex parte finis, quod esse non potest quia fines proprios habent diversos. Si autem habent unum finem communem, et omnes virtutes intellectuales, immo et omnes humane operationes, ut dictum fuit, igitur etc. Item signum habitus generati est delectatio in opere, secundo huius; sed aliquis potest delectari in recte operando circa materiam temperantie absque hoc quod delectetur in operando circa materiam fortitudinis, igitur etc. Item quarto huius dicit Aristoteles quod quemadmodum omnis magnificus est liberalis, non tamen econverso quod omnis liberalis sit magnificus; et multi sunt viri magni prudentes, tamen iusti, fortitudinis aut magnificentie parum sunt de ludis circa quos est eutrapelia. Item operationes non sunt connexe, ergo nec dispositiones ad virtutes sunt connexe, nec virtutes; sunt connexe nec habitus intellectuales vel mentales, ergo similiter nec virtutes etc. Item si essent connexe, tunc una corrupta omnes corrumperentur, quod non videtur verum, quia corruptio forme non videtur nisi per actionem contrarii vel corruptionem subiecti; primo modo non est verum quia actus contrarii unius virtutis corrumpentes eam non sunt contrarii alterius virtutis, nec secundo quia potentia anime manet. Item hoc esset propter connexionem ipsarum ad prudentiam, sed non est ita ut dicit Aristoteles: sicut pueri geometrici fiunt, prudentes non fiunt; igitur et quod virtutes non sunt connexe per prudentiam. Oppositum dicit Aristoteles vi°. Dicendum est breviter quod si per virtutes morales nos intelligimus habitus naturales de quibus in precedenti questione locuti sumus, tunc non credit virtutes connexas nec ad prudentiam ut apparuit. Item si per virtutes morales intelligimus habitus bonos consuetudinales ipsius appetitus, posset esse duplex modus quia de illis habitibus seu virtutibus loqueremur: vel quod sunt in statu consummate perfectionis aut homo non perfecte sunt adhuc in esse aliqualiter imperfecto. Si ergo isto 2° loqueremur de virtutibus moralibus, puto quod sint abinvicem separabiles, ut probat prima ratio et 2a et forte alie. Si vero virtutes capiantur pro statu sive consummate perfectionis, puto quod invicem sint connexe, quod probatur primo ex ordine virtutum adinvicem, sic arguendo: operatur circa materiam temperantie ut oportet quantum [illegible] et prompte et delectabiliter cum non habet [illegible] temperantie consummatam, sed qui non habet fortitudinem non operatur ut oportet quantum circa materiam fortitudinis vel saltem non prompte et delectabiliter, quia non habet fortitudinem consummatam, igitur non habet temperantiam consummatam. Maior videtur nota ex predictis, minor [illegible] et sic patet quod obiectum suum ad operandum prompte et delectabiliter, quod oportet et quando oportet etc. [illegible] temperatus perfecte permittit [illegible] obiecti temperantie in [illegible] perimit temperantiam quod temperatus non permittit [illegible] quia si ipse non sunt consummati in fortitudine [illegible] potest timere quod moveb[itur]

preter iudicium recte rationis sicut si crudelissima mors immineat nisi exerceatur actus intemperantie et cetera. Ad istam tamen rationem respondetur probabiliter quod si temperantia esset consumata deficiente fortitudine nichilominus obiectum terribilissimum moveret ad actum immediatum intemperantie non ob defectum temperantie sed ille prius vellet mortem sustinere sed tamen non ob defectum fortitudinis moveret ad actum immediatum. Et modo consimili dicetur de aliis virtutibus. Sed forte quod ista ratio tolleretur per sequentes rationes et similiter predicta ratio concludere videtur quod temperantia consumata non posset esse sine multa fortitudine licet non perfecte consumata. Cuius enim propter iudicium turpis repulsam aut contumeliam magis vellet incurrere mortem crudelissimam nisi multa fortitudine munitus non apparet nisi forte solo ex arbitrii libertate. Secundo probatur idem ex ordine virtutum ad prudentiam quia deficiente fortitudine deficit prudentia non ob defectum fortitudinis et deficiente prudentia non ob defectum fortitudinis deficit prudentia non ob defectum temperantie deficit temperantia ergo deficiente fortitudine deficit temperantia. Sed prima propositio apparet quia secundum 6 libri virtus et moralis requiritur ad recte iudicandum de principiis practicis et ad recte iudicandum de mediis inveniendis et ad finem proprie cum de iudicat. Secunda autem propositio manifesta est per hoc quod una et eadem est prudentia non ob defectum omnium virtutum moralium ut visum est supra. Sed 3a propositio apparuit in quodam precedenti. Cum enim virtus sit inclinatio ad illud quod recte iudicatum est et preceptum et non ad aliud manifestum est quod deficiente recto iudicio deficit recta inclinatio et cetera. Et istam rationem ponit auctor in hoc tamen dicit. Similiter enim prudentie non existente omnis inest. Que quidem ratio forte complet pro parte. Sed ipsa per se non sufficeret. Aliqui tenent aliam viam satis forte probabilem quod in casu aliqualiter facto defectus iudicii non ob defectum temperantie non fuit ex defectu temperantie tanta enim habet temperantia quod numquam passio pravitatis ad temperantiam seduxisset intellectum sed passio prevenis ad fortitudinem seduxit illum. Ideo totum peccatum est ex defectu fortitudinis ut si Sortes exemplo portaret lignum ponderosum et Sortes in hoc labore determinum corporalem apposuerit Plato aut piger existens succubuit tunc constat quod lignum cadet ab hominibus utrisque et forte lectum Sortis non tamen ex defectu Sortis sed ex culpa Platonis. Videtur igitur michi et aliquibus quod licet dicta ratio bene concludat quod ad simpliciter operandum bene non ab eos et potius non sufficiat temperantia sed indigeamus aliis virtutibus contra obiecta circumstantium. Et quod ita virtutes necessario sint connexe tamen non probatur quin absque fortitudine saltem completa possit in nobis compleri temperantia secundum quod delectabiles tactus et gustus non habebunt vim inclinationem appetitus preter iudicium rationis nec vim perversionem iudicii rationis sed aliud de perverti posset scilicet per alias passiones. Ideo rationes prius facte perveniunt secundum fortitudinem bonitatis per quam apparebit amplior connexio virtutum quam adhuc apparuit. Tertio ergo dicta conclusio probatur ex ordine virtutum ad finem. Virtus enim non solum est habitus electivus sed electivus propter hoc scilicet honesti gratia sicut apparet in 2o Ethicorum. Ergo est inclinare in honestum propter honestum secundum seipsum vel ipsius dei amorem et ob hoc refrenare passiones appetitus et ita refrenare appetitum contra impetus passionum quod non contradicat rationi appetitus. Autem non potest firmissime resistere passionibus propter honesti vel dei amorem nisi sit in tali amore perfectus contra sed quod propter quod unumquodque et illud magis. Sed igitur firmiter resistit propter firmiter amare scilicet quod si firmissime resistit passionibus quod magis firmiter amat deum vel honestum. Arguam ergo sic. Si aliqua temperantia consumata est aliam

quantumcumque virtutem moralem ipse acquisierit est in amore dei vel honesti perfecto Si quando in illi amore fuerit vel
ipse non generet passionis permittit se inclinare contra honestum aut hoc fit in potestate sua vel aliqua de
causa permittit passiones invalescere supra rationem alioquin non esset perfecte firmatus in amore
honesti talis autem esset perfectus secundum omne genus virtutis moralis virtutes ergo morales sic connexe
sunt quod nulla virtus moralis potest nobis acquiri sine amore honesti Amor autem honesti cogit ad recte
consiliandum et recte eligendum circa obiecta virtutum moralium non unius tantum sed omnium Et etiam cogit
sine deviatione ad recte operandum quotiens nobis occurrit materia Ex hiis autem circa recta
ratiocinationibus electionibus et operationibus multiplicatis omnes virtutes morales et pru-
dentia generantur et quanto magis ac magis multiplicantur tales electiones et operationes tanto
magis ac magis amor honesti firmatur in appetitu et iterum econverso quanto amor hones-
ti intenditur tanto magis cogimur ad rectam electionem et operationem circa singula agibilium
Et ita virtutes omnes magis ac magis intenduntur Et ita cum amor honesti tandem fuerit
consumatus perfecte circa appetitum determinabitur ex toto consuefaciens et honesti
amorem ad detinendum ipsum quo detento nulla est causa male iudicandi de a-
gibilibus neque male eligendi vel male prosequendi nisi forte invincibilis igno-
rantia que peccatum excusat Item videtur mihi quod non est malum dicere quod ad omnem vir-
tutem moralem perfecte consumatam duplex potest prudentia requiri Una consue-
tudinalis unius firmans et detinens appetitum ad amorem honesti que generatur ex multis actibus ama-
ndi honesti Alius firmans et detinens appetitum ad faciliter substinendum tristitias corporales et refu-
giendum voluptates et ocia et ad reprimendum impetus aliarum passionum que possunt appetitum
movere ad rebellandum rationi et talis habitus generatur ex assuetudine substinendi et refugiendi et re-
primendi dictas passiones Et quod autem dicti habitus sint distincti probabiliter patet per hoc quod uterque sine reliquo potest
acquiri Aliqui enim mali sine amore honesti vel gratia propter reputationem vel propter lucrum aut honorem munda-
num assueti sunt vigilare ieiunare et labores plurimos sustinere vel etiam non timere terribilia et
aggredi periculosissima ex qua assuetudine generatur habitus per quem illi faciliter et prompte fuerint huiusmodi et
consilia que audivi habitus acquisitione fuissent valde difficilia Similiter econverso Si quis
in camera clausa detineretur per totam vitam ut sibi non occurrerent obiecta passionata videlicet
terribilia vel tristabilia aut delectabilia vel lascivie mulieres pecunie vel honores et huiusmodi ta-
lia non posset habere predictam assuetudinem assueta secundum naturam bene posset assuescere in amore dei
vel honesti exercere se mane frequenter amando deum vel volendo preferre cetis omnibus vel omne quod
sciret esse honestum primo autem istorum habituum non esset bonus neque virtuosus sed absque isto cum posset in primis
reperiri Alius autem esset semper bonus et virtuosus sed forte non esset sufficiens ad operandum bene totaliter
semper et faciliter quod patet quia potest esse bonus cum possit velle sustinere et de facto sustineret maximas tristitias
ad servandum honestatem tamen hic non esset faciliter nisi sentiret rebellionem aliquam appetitus propter quod forte dictus habitus
sit prout tamen consumatur non tamen sic esse Sed et dictus habitus consumatus prout non videtur sibi aurea precedere multi
exercentur per tempora magis huiusmodi propter quod huiusmodi cum non possit in multis agibilibus consistentia et omnes circumspi-
cere castitatis non invenit modum prompte consiliandi et ita putaret se precedere quod obesset propter quod habitus non sufficit
ad semper bene operandum et dicimus bene operandum quod ad bonitatem operis exterioris sufficit tamen ut puto quod ad

bonitatem operis virtuosi talis enim numquam aliquid malum eligeret nisi ipsum faciendum esse iudicaret nisi propter sibi invincibilem ignorantiam. Ipse enim ex quo firmatus esset in amore honesti exercuisset opera virtutum exteriora si potuisset et si expertus fuisset in humanis actionibus et prudentiam sibi acquisivisset prout perfectius potuisset propter quod si malum ageret ex ignorantia non est sua culpa. Verum quia illorum habituum utrique per eius connexionem ad alterum perficiatur et quia ex eis una virtus perfecte consummata ad bene operandum constituitur. Patet etiam quod virtus secunda ceteris paribus firmatur fortius in eo qui habet habitum primum quam si careret eo. Videtur enim mihi quod talis virtus sic totalis sit unica secundum speciem aut quasi secundum numerum. Quia omnia humana agibilia quo ad habitum secundum quem in se claudit et quod sit specie diversificata quo ad habitum primum secundum diversitatem obiectorum eo modo quo in libris precedentibus determinatum est. De distinctione formali obiectorum. Omnia autem agibilia humana non sunt obiecta habitus huius secundum unam rationem scilicet secundum rationem honesti seu consonum recte rationi. Sed ipsa sunt obiecta primi habitus secundum quod sunt illativa passionum in appetitu vel sunt diversa genera passionum quod virtutes specie diversificantur. Et iterum videtur mihi quod virtus ipsa totalis quantum ad habitum primum sumatur de genere virtutum non quo ad malitiam sed quo ad substantiam quia quantum ad habitum secundum habitus enim secundus videtur ordinari ad vitia solum in defectu. Nam habitus primus et vitia dicuntur appetitum in ordine ad passiones habitus autem secundus in ordine ad rationem et plures in dictos duos habitus distinxisse sive bene sive male ut aliis detur occasio profundius inquirendi. Ad rationes quod dicendum est. Ad primam quod nullus propter perfectum amorem honesti exercitatus potest in operibus unius virtutis qui exercitetur in operationibus alterius etiam exterioribus si materia occurrat et sine occurat tamen secundum minorem actum exercitabitur alterius non quia manet honestum sed credo bene quod potest aliquis exercitari in opere temperato propter preceptum parentis aut propter timorem pene aut infamitatis vel propter aliam causam talem parcum largum absque quod exercitetur in opere iusto vel forti vel magnifico. Sed numquam per huiusmodi exercitationem sibi acquiret perfectam temperantiam licet bene disponeret se ad eam. Ad aliam conceditur quod aliquis potest imperfecte prius acquirere temperantiam quam acquirat fortitudinem sed perfecte non habebit eam donec erit perfecte consummatus in amore honesti in quo non consummabitur nisi cum acquisitione aliarum virtutum. Quando etiam dicitur quod una virtus non acquiritur per actum alterius dico quod verum est scilicet quod ille actus est proprius illi virtuti tamen [illegible] in quolibet actu cuiuslibet virtutis concurrit unus communis actus puta amor honesti quelibet virtus per actum cuiuslibet alterius virtutis generatur aliquo modo et intenditur aut firmatur. Ad aliam potest dici quod ratio connexionis accipitur ex ydemptitate finis quia amor occurrit necessario ad omnem actum virtutis. Nec est simile quo ad hoc de habitibus intellectualibus quia licet sit una finis communis ipsorum tamen non concurrit in omni actu ipsorum intentio omnium ad illum finem tertium. Potest etiam dici quod ratio connexionis sumitur ex prudentia que una existens est recta dictans et precipiens opera omnium virtutum moralium. Quod iterum provenit ex ydemptitate finis quia prudentia sic placet dicta et se habet totaliter in toto actu suo in ordine ad honestum. Ad aliam dicendum est quod non esset vera et perfecta temperantia per quam delectaremur in opere temperato nisi delectaremur in eo propter perfectum amorem honesti. Sed dico si aliquis delectetur in opere temperato ipse necessario delectabitur in omni opere virtuoso. Alia vero soluta sunt in septima questione quarti libri pro quanto ipsa arguit de liberalitate et magnificentia. Sed pro quanto ipsa arguit de eutrapelia que est virtus in ludis

dicendum est quod non oportet eutrapelum esse athaustam vel bomolochum sed sufficit quod aliquid modicum so-
lacii participet aut in verbis aut in factis ut tamen eo non sit tristis convictio sed delectabilis. Hoc autem
propter hoc probant omnes qui non sunt simpliciter bestiales vel agrestes. Et si probant tunc necesse est ut in hoc ex-
citent se si sint amatores honesti. Ad aliud dicendum est quod dispositiones naturales ad virtutes non sunt convenire
naturaliter sed esse in proposito nec virtutes nec habitus intellectuales quia non oportet quod ad unum tantum fiat aspiratio
in omnibus actibus suis sed perfecte virtutes sunt convenire propter hoc quod omnes sue operationes sint convenire ad operationes aliquas que procede-
runt ex uno vel ex aliquibus eorum operationibus volunt puta ad amorem honesti. Ad aliud dicendum est quod si
stat actus qui propter eius convenientiam ad virtutem vel ad actum virtutis sit corruptivus virtutis necesse est illum esse non solum
cum virtute contrarium sed omnino quia nullus virtutis potest esse corruptivus nisi quia in se deficit a defectu amoris ho-
nesti propter quod aliquis potest honesto habere omnibus virtutibus perfecte repugnat. De ultimo dicendum est sicut in precedenti :—

Vigesimo secundo queritur utrum sapientia sit virtus melior quam prudentia. Arguitur quod
non quia virtus felicitatis est melior sed prudentia est felicitas tamen secundum quod politicus dicitur ... Item
felicitas ad tamen non contingit nisi per virtutem et prudentiam et ... quod de eo agitur sed has sic confessum nobis teste deo felix
quod est ... ad virtutem ... Item prudentia ... virtutem
et prudentiam. Similiter ... opera ... quam sapientia ... prudentia magis est nobis necessaria ad bene
operandum et ... ipsa est melior. Oppositum et hic ... putatur ... est melior quam
... melior ... prudentia ... hominem ... maiorem ... ponit ... expresse ... po-
litice ... optimum hominis quod corrumpitur per maliciam et extinguitur per besti-
alitatem. Sed particula perfectiva per prudentiam est ... et non per ... speculativa ... istius
sillogismi ... ubi ... corruptivum in homine malo malitia ... corrup-
tum est quam in homine bestiali quam in homine malo corrumpitur est ... depravatum ... in homine non bestiali ... cor-
ruptum est ... amor autem apparet in ... expresse ubi dicit ... salvat prudentia-
m et ... corrumpit ... non corrumpit ... puta
quod triangulum duos rectos equales habet. Item ... probatur sic principalissimum in homine est
illud quod est maxime homo sed pars perfectibilis per prudentiam est illud quod est maxime homo ... non de se ...
probatur per rationes philosophi ... in homine maxime dicitur homo ... continens vel non continens homo dicitur
continens vel incontinens et in quo ... aut ... homo dicitur victor aut victus. Sed hec est
pars prudentialis non pars aliqua speculativa ... 3o probatur ... principalis sic ... p-
... est obediente sed pars prudentie precipit parti sapientiali probatio per Aristotelem ... 6o
... dicentem quod prudentia ... sapientie ... sic ... prudentie illi
... pars per prudentiam perfecta sed prudentia precipit parti per sapientiam perfecte ... gratia
sapientie acquirende propter quod etiam in principio ... 6i et in 3a ... multa ... quod pars speculativa
... practica autem ... potentias. Et confirmatur quia sicut principatur appetitus et
intellectus eidem principatur intellectus appetitivus qui est intellectus prudentialis ... et sed ...
separabilis ... quod Aristoteles ... vel intellectum appetitum. Et ...
... quod appetitus ... moveat sine intelligentia practica nec hec sine illo. Sed appetitus
intellectivus principatur intellectum speculativum et ... omnibus potentiis ... volumus ... ambulamus
et ... volumus speculamur et ... non ... Item ad principale ... arguitur sic prudentia ... melior

est metaphysica non prudentie si prudentia est melior quam metaphysica quam non est de se non sed ante probatum sit quoniam simpliciter
bonus homo est melior quocumque non bono simpliciter homine sed prudens non metaphysicus est simpliciter bonus homo ergo ipsius est simpliciter perfecte
esse et non esse bonum hominem ut apparet in isto 6° Sed metaphysicus non prudens non est simpliciter bonus homo ergo
sine prudentia et morali virtute nullo potest esse bonus homo. Item illa virtus est melior in finali effectu propria est me
lior Sed finalis effectus prudentie est melior quam finalis effectus sapientie probatio quia finis sapientie est scire solum vel
speculari ut apparet per prohemio et 2° metaphysice finis autem prudentie est bene vivere totum hoc autem melius quam scire
tantum. Item 4a nona est melior que est [illegible] et mensura boni humane quam que non Sed sola prudentia est huiusmodi ut vult aristoteles
6° huius dicens Signum autem et enim nunc omnes qui diffiniunt virtutem apponunt habitum et ad que est secundum rectam rationem
quam talis habitus virtutis est que secundum prudentiam videntur utique divinare aliqualiter omnes Et ob hoc
in 2° huius recta ratio accepta fuit in diffinitione virtutis Sic et Seneca et Tulius per omnes libros suos videntur omnem
virtutem felicitatem reducere ad mores quorum [illegible] prudentia est et dominatur. Et si quis dicat sapientiam feliciorem videtur
nomine sapientie prudentiam. Oppositum vult sepe tenere aristoteles in isto 6° dicens Erit utique sapientia intellectus
et scientia et quemadmodum caput habens scientia honorabilissimorum. Quasi arguat scientia habitus est melior
et honorabilior qui est circa meliora et honorabiliora obiecta Sapientia autem versatur circa deum et intelligentias
in isto sunt nobiliores quam sit homo vel actus humanus circa quos versatur prudentia. Unde subdit aristoteles inconveniens utique
si quis scientiam politicam vel prudentiam studiosissimam estimat esse si non optimum eorum que in mundo homo est
Item in fine 6ti huius dicit quod sic sanitas facit felicitatem corporis ita sapientia facit felicitatem anime et quod sicut ars medicinalis
est ad sanitatem ita prudentia est ad felicitatem. Ars autem medicinalis non principatur sanitati non enim preparat sanitatem
quod autem quo operetur sed precipit gratia sanitatis acquirende vel conservande tamen sit minister ipsi sanitati et
sanitas sit finis eius ergo similiter prudentia erit ministra sapientie et sapientia erit finis eius hoc autem intendebat aristoteles
in his verbis. Neque prudentia principalis est sapientie quemadmodum in sanitate medicinalis. Non enim utitur
ipsa sed videt qualiter fiat illa igitur gratia precipit sed non illi. Et ponit aristoteles exemplum aliud scilicet quod dicere
prudentiam principari sapientie simile est ac si diceremus politicam principari diis ex eo quod preparat circa deorum
templa et sacrificia non tamen diis sed gratia deorum. Et in fine magnorum moralium dicit aristoteles prudentiam
se habere ad sapientiam sicut parator in domo ad dominum qui omnia disponit et preparat domino gratia ut dominus a
necessariis exsolutus possit operari sibi congruentia Sic enim prudentia tamquam ministra parat locum sapientie con
tinens passiones et has temperans. Item in x° huius operacionem secundum virtutem optimam et optime potest que est perfecta felicitas
dicit aristoteles esse speculativam quod ibi probat multis rationibus et in prohemio metaphysice vult aristoteles omnino preferre metaphysicam
ceteris habitibus intellectualibus dicens Et ut dicimus homo liber qui suimet et non alterius causa
est Sic et hec sola scilicet metaphysica libera est scientiarum sola namque hec sui causa est Et ob hoc et totum genus speculativum
vult aliquibus excellere totum genus practicum quod potest scire et propter opera. speculativa autem propter se scilicet propter scire solum
Item paulo post dicitur metaphysica tali scilicet metaphysica aliam honorabiliorem oportet existimare Et probat
dicens nam maxime divina maxime est honoranda Talis autem dupliciter erit solum quod enim maxime
me deus habet talem scientiam est et utique si qua sit divinorum sola autem ita scilicet metaphysica ambo hec sortita
est necessariores quidem omnes ipsa dignior non nulla. In solucione huius questionis ego procedendo a sapientia et
prudentia humanis omnem habitum ubi supernaturaliter infusum et ab ista vita vitam futuram Cum igitur si non esset
alia vita nec aliquis habitus ubi supernaturaliter infusus Ita quod metaphysica que de primis causis entium considerat ea
que de eis potest humana ratione cognoscere dicitur sapientia et prudentia dicatur que circa agibilia humana

scilicet que sunt in potestate nostra fieri consiliatur iudicat et precipit que sunt agenda et que omittenda et
qualiter et quando et ubi sunt agenda vel omittenda et sic de aliis circumstantiis. Questio
nunc solvenda esset an sapientia sit melior quam prudentia vel econverso. Ad quam questionem puto dicendum
esse sicut dictum est quod sapientia est simpliciter melior et principalior sicut bene probatur ut credo rationes
aristotelis superius inducte de quarum aliquibus forte considerabitur amplius in x° libro. Sed quomodo
ad presens aliqualiter videatur sapientie ad prudentiam videatur intendere aristoteles notandum est quod sicut in maiori mundo
omnia sunt ordinata sicut ad finem ad primum motorem ita etiam in minori mundo scilicet in homine si bene et feliciter
se habeat omnia debent esse ordinata propter quod oportet aliquod in eo esse finem omnium aliorum in quod omnia alia sint
optimum reducuntur et hoc est operatio secundum virtutem optimam in qua consistit humana felicitas sicut apparuit
in primo libro et apparebit in x°. Que autem sit virtus optima an sapientia vel prudentia vel virtus
moralis dicta aristoteles et multi philosophi dubitaverunt. Dicendum autem est iuxta dicta virtutum potest opera
virtutis secundum dicta est quod iste due sunt ipsius gratia vel operationes ipsarum operationis sive gratia
Sapientia autem non ordinatur finaliter ad prudentiam nec ad virtutes morales nec ad ipsarum operationes
cum finis ipsius sit scire tantum vel ipsa veritas et non aliud opus ut apparet prohemio et 2°
metaphysice sed e naturali ordine quod prudentia et virtutes morales ordinentur finaliter ad ipsam
sapientiam et ad opus eius propter quod sapientia erit optima virtus humana et operatio eius humana felicitas. Item
si ad dei operationes aspiciamus apparebit quod prima dei operatio qua ipse seipsum cognoscit et amat
que non est operativa sed sui ipsius contemplativa tantum est vel extra rei vel secundum rem multo nobilior
quam ea qua ipse cognoscit alia et agit et conservat que est operativa. Similiter etiam operatio intelligentie
qua ipse contemplatur essentiam divinam est nobilior quam ea qua cognoscit et agit alia propter quod etiam operatio
nostri intellectus qua ipse deum contemplatur que est opus intellectus sapientie sit nobilior quam ea qua cognoscit et operatur
ea que competit sibi que operatio est artis vel prudentie. Videtur ex hoc etiam quod cum deus sit finis
omnium aliorum et nihil sit bonum nisi per causas finales ut dicit commentator 2° metaphysice manifestum quod nihil habet aliquid
boni et perfecti nisi in quantum participat aliquam dei similitudinem. Intellectus autem noster magis efficitur
similis ipsi deo per ipsam contemplationem quam per eorum que sibi competunt notitiam et operationem cum deus primo
et principaliter contemplatur seipsum et intelligentie secundaria cognoscant et agant alia sicut bene et planiter declarat
commentator 2° celi commento 17 et 21. Item videamus ad quod et quantum nobis valeat prudentia et erit manifestum
considerantibus quod ipsa est cognoscitiva agibilium humanorum et activa immo non est dubium quod ipsa prius quam sit
cognoscitiva presciendo ab ea activitatem sit nobilior quam sapientia nisi dicatis quod nobilius sit
cognoscere alium et potius etiam si non debeat actio consequi quam deum quod est absurdum valde. Nec est no-
bilior secundum quod activa quia nihil nobis valet sua activitas nisi ad supplendas corporis necessitates vel ad relevandas
appetitus fragilitates. Da enim quod omnes essemus sic sani et non indigeremus cibo neque potu et sic de
aliis corporalibus et exterioribus bonis et quod appetitus noster non posset ferri in malum sed esset determinatus naturaliter ad ferri
semper in bonum in isto statu quod activitas prudentie periret non tamen cognoscitivitas quod quanto perfectiores
essemus tanto magis cognoscere possemus et vellemus. Et ita videtur quod activitas prudentie omnia
sive diminutionis cognoscitivitas est vero sive perfectionis propter quod cognoscitivitas est nobilior ac-
tivitate. Sed prudentia quantum ad cognoscitivitatem non attingit ad nobilitatem sapientie ut dic-
tum fuit ergo nec quantum ad activitatem. Si quis autem quereat utrum omnis sententia speculativa sit nobilior prudentia dicam quod

nō sicut dixi et declaraui in p̄u° p̄ li. Ad rōnes g° dicendū ē ad p̄mā q̄ in illo loco ar[les] loquebatur de felicitate politica non de felicitate simplr̄. Felicitas enī politica consistit in opibus prudentie. Felicitas aūt simplr̄ in opere sapiē teste deo qui felix quidē ē et beatus p̄ solam suā ipsius contemplacionē nō p̄ quācunq; opus suū in aliā uel aliā actionē. Ad a-liā concedi p̄t q̄ n[ullu]m sit opus bonū sine v[ir]t[ut]e & prudēcia ni uo[lun]tas sua libera ptāte suppleat uices v[ir]-tut[is]. Et concedendū ē q̄ multa p̄nt fieri bō sine mēcia p̄p q̄d bn̄ cōcludit q̄ prudēcia sit in[con]uenīa ad bn̄ operandū q̄m mēcia s[ed] nō sē[quitu]r q̄ melior. Sic enī p̄baret q̄ sanitas eēt me-lior q̄ sapiēcia et omīo ordinata in finē sunt uenīa p̄p finē nō econ[uer]so ut ait ī 2° mē phi[losophie] ſō bn̄ tēmēcia dr ar[istoteles] phi° me[taphisice]. Necessariores quidē g° omēs ipā digniores uō n[ull]a. Ad a[liu]d p[otes]t dici q̄ sapiā p̄fit parte aīe nobiliorē q̄ prudēcia q̄ sicut sunt pars aīe prudēcial' et pars sapiē-cial' nō distinguunt[ur] nisi ex distinc[tio]e actuū uel ob[iector]ū uel ex disti[nctio]e dispōnū exigitarū ī eadē aīā ad acquisitionē prudentie uel sapiē. nō ā[utem] ex predictis q̄ q̄ntū ad p̄[positu]m dicū[n]t p̄s sa-piēcial' sit nobilior q̄ v[ir]t[u]s at[tingi]tur nobilius obm̄ et eius eē operatio ē nobilior q̄ntū et ad s[e]c[un]-dum. nō q̄ pars sapiencial' sit nobilior sic ipā n[isi] a° ut eē q̄ aīā ī [con]forta prudēcia et v[ir]t[u]tib[us] moralib[us] et a[lii]s scīs spē[ci]alis. Sapiā eī h[abitu]s aīā supp[onen]s sit fiē ea q̄ ad fieri ſō dr̄ eē postrēma ma dote Tūc g° sub° ē ad rōnes que uident[ur] argūē contrariū. Ad p[rim]ū p[otes]t dici q̄ ar[istoteles] ī 1° 7° vōbat optimū ī hoīe totū p̄te rōlem distinguendo eā cont[ra] partē sensualem. Ita q̄ nō intendebat distin-guere int[er] partē prudēcialē et sapiēcialē. Illa aūt tōta p̄s rōlis p[er] tēp[or]a corrupit p̄° et directe que ad eius partē sapiēcialē prudēcialē et ex quā q̄° ad partē sapiēcia-lē inq̄tū ipā in fit prudēcialē sic eq̄ do corrupt[a] dicte sa[pienti]a et ex q̄ntū p̄te sensilē. Ad a[liu]d dic̄ ē eodē mō q̄ ille rōnes phī nono huius nō sēt n[isi] s[ed] cōpa[ra]t p̄t[er] int[ellec]tual' ad p̄te sensualē posset eē concedi q̄ hō s[ed] eē iure sū et eē mod[us] lō[ngus] magis dr̄ pars prudēc[ia]l q̄ p̄s sapial' q̄ sāt[ur] sapiē eēm statū homīs exte[rio]r p̄p quod de eo qui opus sapiē exeret dr̄ in x° h[uius]. Talis aūt utiq; erit melior uita q̄ secundū homīe. Non enī s[ed] q̄ hō ē sic uiuit s[ed] secundū q̄ diuinū aliquid in ipō existit. Propt[er] solū aliū° rōnis p[otes]t nōn q̄ omēs hoīes nā sciē desiderant ut h[ab]etur phi° me[taphisice]. Et tullius in li° de officiis d[icit] Omēs enī trahimur et du-cimur ad cognitionis et sciē cupiditatē p̄p q̄d forte dicē ē q̄ uāli or[dinatur] nō oī q̄ p̄ddēl p̄piat p̄ n sapiēciali s[ed] q̄ ipā tanq̄ ministra prouideat de uitt̄ ijs et impedimēta remoueat s[ed] contine° passio-nes ordinā° inter sensi[bi]les hīlitē° ad fructū et p[ro]mpte sustinē[n]d' labores. Et ita oī q̄ paret p̄ti sapi-ēciali lo[cu]m et ydonei[ta]tē operandi hec eī tōo quib; absq; uia [r]o desiderarū nāt adhere & opa sapiē extere pro posse et ī actū transiret adipiscendi uel speculandi. Qn̄ g° dicim[us] q̄ si uolum[us] speculamur et si nō nō concedo s[ed] impedimēt[is] remot[is] et ordinato aptē[n]t[er] nos uo-lum[us] nō ex precepto p̄dēc[ie] s[ed] ex nāli īclīā. Cū hoc eē si[mu]l ita nō ualet ipā adudet q̄ prudēcia eēt principalior sc[ilicet] ipā q̄ p̄dēcia nō m[agis] p̄p[ri]ap[on]t parti prudēc[ia]li q̄ parti sapiēc[ia]li. Sic g° pueris sing[ularis] uel lit-tat inter eīs sapiēs spedat[ur] remot' i[m]pe[dimen]t[is] abs[que] p̄cepto p̄dēc[ie] eo solo q̄ utiq; ad vtq; īclīa[t]. Ad a[liu]d dicendū q̄ rō fa[l]si suppo[ni]t. Nō eī ē p[ro]p[ri]a[le] aliquē eē uere mēci[b]us siue morti[b]us mo[ra]l[i]b[us] et p̄dēcia p[ro]p[ter] q̄ subiectis affectiones ac a[lia] nō p[otes]t bn̄ studē. Ro° q̄ tp°s statū falsē iudicare de diuinis et eī ex notitia ipōrum tōs s[ed] simi[li]t[er] alt[er]e ad noti[ti]ā diuinorū et eā q̄ p̄fitū arguint eis attribuē et ab eis a[liqua] remoue-

arcē° g

credens ergo propter imprudentiam et moralem malitiam quod delectationes sensuales vel pecunie vel ho-
nores sint nobiliores quam sapientia vel iustitia credens vel non esse deum aliquem qui iudicet suum vel quod
divitias vel honores vel credens eius bonitatem et excellentiam in hoc consistere ~~putat~~ quod vitam ducat et
manna et cibis maxime delicatis vel in hoc quod habeat indeficientes thesauros vel quod plurimos habeat sibi ser-
vitores et non in hoc quod ipse contempletur seipsum. Et si talia non dicat ore tamen ea videtur habere
in mente propter quod videmus valde multos exspectantes vitam futuri seculi magis velle perpetuo
vivere salvos et iuvenes in hac vita quam in aliam aliam transire. Tales ergo habent circa divina
falsificatum et non habent metaphysicam sed habent sibi contrariam. Dicendum ergo quod verus metaphysicus est simpliciter bonus homo
et perfecte prudens. Autem non metaphysicus est simpliciter id est absoluto sermone bonus homo sed non perfecte et
consummate bonus. Cum hoc etiam putandum est quod omnis vere prudens plus habet de metaphysica non falsificata
in mente quam maximus disputator malus homo. Forte tu obiicies quia secundum dictum aristotelis quod ma-
litia non solum corrumpat existimationem practicam sed etiam existimationem speculativam di-
cendum est quod non corrumpat directe et per se existimationem speculativam sed per accidens
et indirecte inquantum corrumpit media per que nati sumus ad existimationem speculativam
venire sicut apparuit. Ad aliam dicendum est quod effectus finalis prudentie sicut est bene
vivere totum quia prudentia simpliciter dicta statuit sibi finem sapientiam vel opus sapientie quam
tamen vel quod ipsa non elicit sed ad illum finem adipiscendum ipsa ordinat nostram aliam totam
vitam. Finalis autem effectus sapientie est optima et suprema vita continens omnem vitam inferiorem
bonam sicut finis ea que ad finem. Ad aliud potest dici quod prudentia est regula et mensura totius bonitatis
humane politice non totius bonitatis humane simpliciter in comparatione sicut visum est. Unde et quod tullius et seneca loquuntur
sunt in suis moralibus de felicitate politica solum sed activa non contemplativa que est felicitas simpliciter. Et sic est finis
questionum super sextum librum ad gloriam qui vivit in secula seculorum. Amen.

Nunc querendum est super vii librum

ethicorum aristotelis utrum virtus heroyca et bestialitas sint possibiles
homini. Et arguitur quod non quia virtus heroyca est virtus divina sicut dicit aristoteles
secundum quam homines transformari solent in deos sed virtus di-
vina non potest hominibus convenire sicut nec virtus humana bestiis sicut nec homines
mortales existentes possunt fieri dii immortales ergo etc. Item virtus heroyca est virtus super nos sic-
ut dicit aristoteles id est excedens virtutes humanas sed talis non potest homini convenire quia vir-
tus uniuscuiusque attenditur secundum maximum in quod potest et virtus humane attenditur secundum max-
ima et optima operationes que homo potest non ultra hoc non convenit homini virtus alia nisi sic
dare maximo maius et optimo melius. Item virtus heroyca vel est alia ab aliis virtutibus
humanis vel non. Si primo tunc non est distincta ab aliis sicut studiuntur esse secundum aristotelem; si secundo tunc non conveniet
hominibus quia humane virtutes sunt circa omnia humana agibilia. Item de bestialitate arguitur sic bestialis non habet so-
lum intellectum corruptum sicut intemperatus sed non habet intellectum ut vult aristoteles sed nullus homo est qui

non sciat intellectum an rationale sit propter admixtionem spiritus contrarium. Item bestialitas privat omnem delectationem innaturalem
sed naturalia probantur quod innaturale est molestum et omne molestum triste non ergo delectabile. Secundo quia delectatio causatur ex
actione conveniente communis autem non est innaturale. Tertio quia bestialitas repugnat diffinitioni delectationis
Nam sicut apparet per philosophum in rethorica delectatio est motus quidam anime et constitutio simul tota et sensibilis
et in existentem naturam. Oppositum vult aristoteles. Ad evidendum quid per bestialitatem et heroycam debeamus intelligere sciendum est quod contrariis et inconvenientibus sicut videbitur postea sunt inter limites virtutis et malitie. Virtus
autem et malitia dicte humane sunt intra limites humane conditionis communiter accepte. Bestialitas vero et heroyca
sunt extra dictos limites. Cum enim homo sit naturaliter medium inter intelligentias et bestias heroyca dicitur per quam ultra conditionem humanam homo elevatur versus deum et intelligentias. Bestialitas autem est per quam infra conditionem
humanam homo deprimitur versus bestias et bruta. Est igitur dubitatio presens quomodo sit hoc possibile.
Ad quod respondendum est quod in proposito limites humane conditionis communiter accepte nominamus ad quas
omnes homines habentes usum rationis possunt pervenire per bonam vel malam assuetudinem et eruditionem
hominum. Aliqui enim quidam sunt melius nati secundum naturalem complexionem naturaliter dispositi ad perfectionem prudentie et ad alias virtutes bonos naturaliter dispositi ad perfectionem virtutum aliarum moralium. Alii sunt peius nati secundum complexionem et habent pravos mores naturaliter inclinantes ad malitias. Modo non est possibile prave natos ad tantum pervenire gradum excellentie ad quantum possunt venire bene nati vel si hoc est possibile per libertatem voluntatis sic tamen difficile est in quo quidem hoc est supra difficile et tamen manifestum est quod bene nati possunt excedere limites humane conditionis communiter accepte. Ad illos enim possunt ascendere bene nati per bonam assuetudinem et eruditionem si habeant usum
rationis. Nihil enim aliud est heroyca quam virtus vel moralis vel intellectualis quam summo potest sibi acquirere vir optime nature per optimam assuetudinem et eruditionem. Ita etiam dicimus quod vir male natus
per defectum eruditionis et malam assuetudinem vel etiam per egritudinem potest ditte usum rationis ex toto
vel quasi sic quod ad talem gradum bene natus absque egritudine descendere non posset ita scilicet quod sicut bestia solo sensu
vel quasi vel etiam sensu depravato vel quasi regit vitam suam et ita iam exivit a limitibus humane conditionis et ergo
bestialitas ... quasi usu rationis extincto ... homo ... ... bestialitas ... et malitia ... contrariorum ... pervenit ... et non malitia ... vero pervenit ... bestialitas ... vel ... operatur
... malitia non ... Bestialitas autem excipitur ... omnem ... vel ... excludere. Ex his igitur satis
apparet quod bestialitas et heroyca sunt ... hominibus non omnibus ... heroyca bene nati et bestialitas male nati ... quod ... utique
etiam et heroyca non est virtus ... humanas sed est quedam modus ... excellentie quedam et summitate ipsarum virtutum. Ad rationes igitur dicendum est ad primam quod heroyca non est virtus ... divina sed ... per eam homo
sic est ... deo. Ad aliam dicendum est quod heroyca non est ... omnium hominum sed super plurimos ... ipsorum. Non est ...
... possunt ad eam nisi bene nati et optime eruditi ... heroycam ... non ... et
optimi ... bene nati ... ad quod omnis ... rationis ... Ad ... dicendum est quod ... heroyca
... ab aliis ... ... Ad ... est quod ... homo ... non
... Ad ... dicendum est quod non delectabilia ... in proposito que ... delectare ...
... dispositionibus convenientibus ... delectationi non ... que delectant naturalia ... depravationis ipsorum. Concedo igitur quod talia sunt convenientia et sic
naturalia talibus depravationibus. Sed non sequitur igitur simpliciter naturalia vel simpliciter convenientia. Sic
non sequitur ... igitur simpliciter ...

Deinde consequenter querit utrum virtus eroica sit in appetitu sensitivo [illegible] et dicit quod sic quia in eodem subiecto [illegible] bestialitas et eroica eo quod contrariantur ad invicem secundum Aristotelem et contraria sunt nata fieri circa idem. Sed bestialitas est in appetitu sensitivo. Probatio primo quia per bestialitatem homo assimilatur bestiis. Unde non assimilatur eis secundum intellectum sed secundum sensum et appetitum sensitivum. Secundo quia in homine bestiali non est usus intellectus nec per consequens appetitus intellectualis quia non remanet in eis nisi sensus et appetitus sensitivus quia nec in intellectu nec in appetitu intellectuali ponenda est bestialitas sed in appetitu sensitivo. Item multi ponunt differentiam inter continentiam virtutem humanam et eroicam quia continentia non mortificat nec temperat passiones sed resistit eis in excessu existentibus. Virtus autem humana temperat eas sed non mortificat eas. Eroica autem mortificat eas omnino, unde Eustratius primo libri de beatitudine [illegible] loquitur [illegible] dicit [illegible] quod perfectio est scilicet humana felicitas oportet festinare ad mortificationem [illegible] scilicet perfectam virtutem eroicam. Modo virtus mortificans passiones debet poni in subiecto illo in quo passiones innate sunt fieri, sed ipse innate sunt fieri in appetitu sensitivo, ideo etc. Oppositum arguitur quia virtus eroica vocatur divina eo quod per eam homo maxime assimilatur diis. Sed homo non secundum partem inferiorem innatus est assimilari diis, ergo eroica ponenda est in parte superiori. Et confirmatur quia eroica videtur esse virtus optima que possit homini convenire. Optima autem virtus debet esse optime potentie. Et appetitus sensitivus non est optima potentia. Etiam videtur quod eroica sit illa virtus in cuius opere consistit humana felicitas sed secundum illam virtutem melior est vita quam secundum hominem [illegible] non secundum quod homo est sic vivit sed secundum quod in eo divinum aliquid existit ut ait Aristoteles decimo Ethicorum. Illa autem virtus non est in appetitu sensitivo sed in intellectu speculativo sicut Aristoteles ibidem velle videtur. Alii ponunt [illegible] virtutem eroicam in appetitu sensitivo propter rationes factas. Sed non in appetitu concupiscibili sed in irascibili propter eius ordinem [illegible] ad [illegible] adductas ponunt eam in [illegible] et alii dicunt esse sapientiam in cuius opere dicunt humanam felicitatem consistere. Ego autem puto sicut ea que dixi in ultima questione primi libri si per virtutem eroicam debeamus intelligere virtutem ad cuius perfectionem non possunt naturaliter attingere nisi homines [illegible] ut dixi [illegible] quod virtus eroica ponenda sit in appetitu sensitivo tam concupiscibili quam irascibili et in appetitu intellectivo et in intellectu practico et in intellectu speculativo; in omni enim appetitu in quo virtus moralis ponenda est et in omni parte intellectus virtus intellectualis ut apparuit in primo libro et in sexto [illegible] est dicere quod vir bene natus ad deum [illegible] vel in appetitu sensitivo pervenit prius ad quem alii non pervenirent et per consequens in intellectu et voluntate propter in ipso sensum et appetitum sensitivum magis esse subiectum intellectui et voluntati et in eis melius ministrare. Tamen sicut in fine primi libri dicebatur de virtute morali ita [illegible] est dicendum de virtute eroica quod nomine eius magis proprie dicitur de virtute voluntatis aut intellectus quam de virtute sensus aut appetitus sensitivi. Hec enim virtus eroica dicta prima [illegible] in vita activa est virtus intellectus activi et virtus voluntatis et quantum ad appetitum sensitivum [illegible] hic Aristoteles de Hectore dicens ipsum valde existere bonum [illegible] videbatur [illegible] puer existens [illegible] sed dei [illegible] virtus eroica dicta [illegible] est ipsa sapientia vel ipsa virtus in cuius opere existit felicitas contemplativa, propter quod [illegible] in prologo suo quem premisit libro [illegible] dicit de Aristotele quod talem virtutem esse in individuo uno miraculosum et extraneum existit et quod si hec dispositio in homine reperitur dignius foret esse divinum quam humanum. De bestialitate puto esse dicendum

et distinguitur quidam enim a natura caret usu rationis propter ebrietatem seu defectum virtutis ymaginative vel cogitative. Alii etiam amittunt usum rationis propter egritudinem ut qui maniaci efficiuntur vel mente alienati. Et constat sic omnem bestialitatem quod parte superior non est in culpa cum non sit in potestate sua sine ministerio sensus suas exercere operationes. Sed totum provenit ex defectu partis sensitive vel corporis. Nec talis bestialitas est habitus moralis sed dispositio naturalis vel casualis ex indispositione subiectiva in organo sensus vel appetitu sensitivo. Alii autem sunt qui potentes uti ratione non utuntur ea vel agunt aliqua inhumana ac si non possent uti ratione. Et hoc accidit propter duplicem causam uno modo propter passionem ut in mulieribus aliquando novit impregnatas que terram comedere vel carbones propter infectum esse appetitum a fumis ex retentione menstruorum ascendentibus. Alio modo accidit propter consuetudinem. Si ergo talis bestialitas propter passionem absque consuetudine videtur quod ipsa sit dispositio quedam organi sensus vel appetitus sensitivi cum determinati in actum culpanda esse et voluntas quia non sunt ligate ipsi nec possent resistere passioni. Sed non bestialitas sunt propter consuetudinem nunc puto quod ex [illegible] pravitatis sunt generati habitus in appetitu sensitivo et in voluntate intellectu. Et quod ista bestialitas sit vera malitia maior quam humana. Et videtur michi quod sit satis manifesta licet aliqui michi non dicant sic. Iste solvende sunt rationes. Ad primam dicendum est quod si bestialitas sunt habitus per consuetudinem acquisiti in potentie [illegible] debet fieri in recto vel quod sit econtra. Sed quod bestialitas sunt propter impotentiam utendi ratione tunc potentie pervadit [?] est solum in parte sensibili et privatione intellectus et rationis ita quod econtra est bestialitas ad intellectum et voluntatem se habeant sicut lux per tenebras et tenebre puta. Ad alias rationes et ad rationes in oppositum patet satis solum per ea que [illegible] sunt et per ea que post dicentur et per ea que dicta fuerunt in ultima questione primi libri etc.

Tertio in ordine queritur utrum continentia sit in voluntate subiective vel in appetitu sensitivo. Videtur quod sit in appetitu sensitivo quia illa potentia est temperantia in appetitu sensitivo propter hoc quod moderat passiones ipsius. Continentia autem in eodem subiecto videtur fieri cum temperantia quia ipsa et temperantia sunt circa eadem obiecta. Et ostenditur quod continentia non est minor [illegible] quam temperantia sicut dicitur septimo propter quod in [illegible] debet in subiecto minori. Item continentia et [illegible] cum sint contrarie debent fieri circa idem subiectum. Sed incontinentia videtur esse in appetitu sensitivo probo quod incontinentia dicatur [illegible] per eius intentum magis quam incontinentia sicut in incontinente sensus seu appetitus sensitivus vincit rationem et electionem. Secundo quia incontinentia videtur sequi dispositiones corporales. Prima probatur per hoc quod iuvenes sunt incontinentes. Et hec autem [illegible] non dicitur attribui potentie separate cuiusmodi est intellectus et voluntas quia autem incontinentia sequatur dispositionem corporalem probatur primo per hoc quod iuvenes sunt incontinentes mulieres autem non ut dicit Aristoteles mulieres autem a viris distinguntur per dispositiones corporales. Secundo per hoc quod dicit Aristoteles maxime autem acuti et melancolici secundum effrenatam incontinentiam sunt incontinentes. Isti autem ab aliis complexionati distinguuntur secundum dispositiones corporales etc. Oppositum arguitur quia homines dicimus continentes aut incontinentes bestias autem non propter quod in tali subiecto debent poni per quod homo distinguitur a bestiis. Hic autem non est per partem sensitivam sed per partem superiorem. Ad hoc est probatio quod homines bestiales non dicimus continentes quia non habent rationem neque electionem. Notandum est sicut dictum fuit in primo huius et in tertio quod continentia et temperantia conveniunt in hoc quod utraque recta habet electionem et rationem. Sed differunt quia temperantia moderat passiones perfecte et omnino detinet appetitum sensitivum ut non rebellet rationi sed sibi consonet omnino. Continentia autem non ita moderat impetus passionum propter quod habet appetitum sensitivum rebellantem rationi tamen per rationem continentis vincitur impetus passionum propter quod continens non exequitur trepidat et cum [illegible] quodam displicentia quod temperatus prompte et delectabiliter operatur. Incontinentia autem et intemperantia conveniunt in hoc quod utraque transit in actum turpem sequendo motum passionum

et dicunt quia incontinentes ratione utuntur saltem cum fuerint extra passionem propter quam non transit in actum turpem nisi ex forti passione et cum quadam contradictione. Sed intemperatus ratione depravata et omnino consonat passionibus propter quod etiam extra passionem existens quando habet obiectum agit quod extrahat similiter turpiter. Dicunt ergo aliqui quod continentia non est in intellectu sed in appetitu sensitivo quia oportet ipsam poni in quo ponitur incontinentia aliter se habet subiectum continentie et aliter subiectum incontinentie sed intellectus non aliter se habet quia recta est utrobique sed appetitus sensitivus aliter se habet quia utrobique patitur tempestuose et rebellat rationi in isto. Secundo dicunt quod continentia est in voluntate quia cum non sit in intellectu neque in appetitu sensitivo relinquitur quod sit in voluntate. Et quod continentia non temperat passiones sed resistit eis, resistentia autem est contrarii ad alterum, ideo oportet aliam esse potentiam in qua est continentia ab illa in qua ponuntur passiones. Et quia prima differentia continentis et incontinentis videtur esse in electione voluntatis. Continens enim eligit secundum rationem et contra passionem, incontinens autem econverso. Sed contra istam rationem arguitur quod tunc incontinens operaretur secundum electionem quemadmodum intemperatus, quod non est contra quod aristoteles ponit differentiam inter intemperantiam ex una parte et incontinentiam et mollitiem ex alia parte dicens quod prosequens superabundantias delectationum vel fugiens tristitias propter electionem dicitur intemperatus. Non eligentium autem hic quidem ducitur propter delectationem scilicet incontinens, hic autem propter fugere tristitiam que a concupiscentia scilicet mollis. Alibi etiam dicit quod delectabilium prosequens superabundantias sed preter electionem et intellectum dicitur incontinens. Arguitur etiam per suam rationem [illegible] in illa potentia non est potentia continentie que similiter se habet in continente et in incontinente sed voluntas est huiusmodi sicut enim intellectus [illegible] ita et rectam electionem. Sed sicut dicit aristoteles voluntas [illegible] et recte electionis hic quidem manent hic autem non manent. Sed illud videretur quod licet voluntas cum adventu passionis eligat secundum rationem tamen in adventu passionis dimittit rationem et sequitur passionem propter quod adhuc prima differentia continentis et incontinentis est in voluntate. Tamen adhuc est dubitatio contra istos quia sicut in adventu passionis voluntas [illegible] ab electione recta ita et ratio tunc infirmatur immo cum actus voluntatis sit posterior naturaliter actu intellectus videtur quod infirmitas voluntatis eveniat propter infirmitatem rationis. Ideo forte differentia continentis et incontinentis non est primo ex parte voluntatis sed prius ex parte rationis. De his autem magis videbitur inferius.

Quamvis tamen de hoc dicatur ego puto esse dicendum de continentia et incontinentia sicut in tertio libro dictum fuit de virtute et malitia, videlicet quod in appetitu sensitivo potest poni continentia quedam et incontinentia et quod illa que est in voluntate principalior est ea que ponitur in appetitu sensitivo. Nam in quamlibet potentia potest esse simul cum idem obiectum inclinatio ad prosequendum ratione delectationis sensualis et inclinatio ad fugiendum ratione turpitudinis indicate per rationem vel etiam econtrario ubi cum idem obiectum inveniuntur sensualis inclinatio ad fugiendum propter sensualem tristitiam et inclinatio ad prosequendum propter decentiam rationis indicatam ideo potest poni continentia et incontinentia secundum diversas inclinationes similiter invenimus potentiam et in appetitu sensitivo et in voluntate. Sed maior videtur manifesta quia si in illa potentia vincat inclinatio ad passionem contra quam ratio dictat rationem erit incontinentia et si econverso erit continentia. Minor satis apparet per ea que dicta sunt in ultimis questionibus primi libri et ex dictis in tertio libro capitulo de voluntario et involuntario. Et per experientiam manifestum est quod animalia non habentia appetitum intellectivum sed solum sensitivum inclinantur ad prosequendum cibum propter delectationem et ad fugiendum quando dominus tenet baculum et mercator in mari tempestate urgente inclinatur ad salvandum merces propter lucrum et ad perdendum eas propter salutem seu sanitatem sui corporis. Et ultimo ubicumque indicatum fuit in eodem esse rationem aliquam bonitatis et rationem alicuius malitie potentia nata sequi illa indicata potest habere duplicem inclinationem, hanc quidem ad prosequendum illam autem ad fugiendum, quamvis ille non sint efficaces et complete

in re autem sensus indicat debere ab eis hunc prosequi quia delectabile, intellectus indicat illud esse fugiendum quia inculpabile et appetitus sensitivus tunc est utrumque prosequi indicant secundum prius determinata. Similiter intellectus a sensu et appetitu sensitivo simul a[c]cepto indicabitur ab eis esse prosequendum ex ratione qua est delectabile et propter praesentiam rationis indicabit ipsum esse fugiendum ratione turpitudinis et inordinationis. Ex determinatis sequitur utrumque indicari
igitur et cetera. Manifestum est ergo quod sit responsio ad primam rationem dictam est enim quod in appetitu sensitivo et in ratione concedendum est temperantia sicut dictum fuit in hac premissa. Ad aliud concedendum quod mores naturales bene disponunt ad continentiam aut ad incontinentiam sic et ad virtutes et vitia. Si quid autem restat de mulieribus et bestiis hoc dicetur in alia questione et cetera. Patet questio totalis.

Quarto queritur utrum mulieres bestie vel homines bestiales dicantur aliquando continentes aut incontinentes. Arguitur de mulieribus quod sic quia continentia sicut prius dicebatur et incontinentia sunt infra limites virtutis et malitie, sed quod omnes potentes ad virtutem et malitiam attingere possunt fieri continentes aut incontinentes. Sed multe sunt invente mulieres valde male et multe virtuose tam temperantie quam virtute fortitudinis immutabiliter vel illesam virginitatem propter deum aut bonum virtutis servandum volentes martyrium sustinere et aliter loquens primo politice de mulieribus diversis et bonis dicit quod moralis virtutis existimandum tamen oportet quod easdem participare omnes ideo et cetera. Item ubi invenitur usus rationis et potestas tenendi se in ratione vel egredi a ratione ibi potest inveniri continentia et incontinentia sed hoc totum invenitur in mulieribus ideo et cetera. Item de bestialibus etiam arguitur quod aliqui dicuntur bestiales licet aliquid habent rationis ex eo quod ipsam modicum participant tales aut aliqui possunt se continere in ratione et aliqui egredi igitur tales possunt dici continentes vel incontinentes. Item de bestiis arguitur quod ex eo quod aliqui duplicem habemus inclinationem ad idem videlicet sive ad prosequendum vel fugiendum sed quod hic inclinatio vincit aliam vel econtra nos dicimur continentes vel incontinentes sed in bestiis aliquis duplex talis inclinatio invenitur sive ad prosequendum et fugiendum idem sicut dictum fuit in alia questione. Oppositum videtur velle aristoteles in isto septimo. Dicendum est breviter quod ad continentiam et incontinentiam proprie dictas prout de his intendit aristoteles in isto 7° requiritur primo rectitudo rationis et 2° impetus passionis obvians ipsi rationi propter quod iam bestias aut homines bestiales ex toto carentes usu rationis non possunt dici proprie continentes aut incontinentes. Requiritur etiam ultimo ad continentiam et incontinentiam proprie acceptas efficatia seu valitudo quedam rationis et passionis. Si quis enim debilem habuerit rectitudinem rationis propter impotentiam naturalem et ob hoc sequatur impetus passionis ut puta non inculpatur tamen incontinentia est inculpabilis igitur non est incontinentia sed vocatur nature fragilitas. Similiter et modo si quis debilem habeat rectitudinem rationis propter malam assuetudinem ipse iam exit terminos incontinentie et subintrat terminos malitie propter quod oportet ad continentiam vel incontinentiam proprie dictas rationem esse fortem et non facile esse declinabilem. Ita etiam apparet quod si quis a debili passione vincatur ipse reprobabitur non solum ut incontinens sed ut malus. Et si vincat non tamen ideo non laudabitur inde continentia tamen est laudabilis oportet igitur impetum passionis fortem esse. Ex his apparet quod pueris vel hominibus bestialibus continentiam vel incontinentiam non attribuit propter debilitatem rationis. Similiter mulieribus saltem ut in pluribus quod non sit firmum iudicium rationale propter fluiditatem et fragilitatem complexionalem continentia tamen et incontinentia sic et virtus et malitia attribuuntur eis in parte et secundum quid ut non nocemus eam continentiam simpliciter ut nec virtutem simpliciter sed continentiam aut virtutem pueri vel mulieris. Et hoc videbatur aristoteles intendere primo politice dicens femina quidem habet consilium invalidum

puer autem habet quaedam secundum imperfectionem et quasi similitudinem existimandum habere aliquas virtutes morales existimandum enim oportet haec omnia secundum non eodem modo secundum quantitatem unumquodque ad suum ipsius opus. Et addit quod non est eadem temperantia viri et mulieris nec fortitudo nec iustitia. Contingit tamen in aliquibus in lucubilius multum ingerere rationem propter bonam naturam et assiduam eruditionem quibus in simpliciter et proprie attribuendae sunt virtutes et malitia continentia et incontinentia sicut dictum est. Ex hoc est ut in patet rationibus dictis huius. Et secundum ea quae dicta sunt patet satis solutio sextae.

Quinto quaeritur utrum continentia dicatur una virtus. Dicendum quod Tullius in sua rethorica reponit continentiam sub temperantia tamquam partem quandam vel speciem ipsius et quod Seneca numerat eam inter virtutes cardinales in suo libello de quattuor virtutibus cardinalibus. Item incontinentia est malitia cum de ea vituperemur ergo continentia est virtus. Oppositum patet per Aristotilem qui praecipue tractaverat de singulis virtutibus [illegible] sequitur de continentia. Etiam ipsam non distinguit [illegible] tiam cum ipsa versetur circa materiam temperantiae tamen Aristotiles in 7° distinguit eam a temperantia et intemperantia. Etiam in principio huius septimi libri Aristotiles condividit incontinentiam malitiae et bestialitati et continentiam virtuti et heroicae. Dicit etiam Aristotiles in 7° quod incontinentia non est malitia ergo continentia non est virtus. Et continens non est virtuosus quia dicit post hoc quod in virtuoso et non in continente omnia consonant rationi ergo continentia non est virtus. Dicendum est breviter quod philosophi saepe utuntur eodem nomine continentiae. Saepe enim continentia capitur pro omni abstinentia ab actibus venereis et sic est idem quod virtuositas vel virginalis castitas de quibus in 3° huius satis dictum fuit. Aliquando tamen capitur pro temperantia ita quod continentia et temperantia sunt nomina synonyma. Et ita capit eam Seneca et sic continentia dicitur virtus sicut temperantia. Alio modo etiam capitur pro specie seu parte quadam temperantiae et sic videtur loqui Tullius de ea. Alio modo etiam capitur pro speciali habitu quo insistentes rectitudini rationis resistimus passionibus in nobis vehementibus existentibus non auferente totum tractum earum vel repugnantiam propter quod oportet inesse contradictionem vel displicentiam [illegible]. Et isto modo determinat Aristotiles de ea in hoc libro et sic etiam capio ipsam in principio quaestionis. Item sciendum est quod virtus dupliciter accipitur uno modo proprie scilicet pro habitu perfecto videlicet inclinante et determinante potentias ad optimum opus in quod ipsa potest. Alio modo large pro quocumque habitu inclinante et determinante potentiam ad opera laudabilia. Etiam satis manifestum est quod continentia dicenda est virtus large sumendo virtutem quia secundum opera consona rectae rationi sunt laudabilia. Continentia autem resistendo passionibus insistit rationi ut dictum fuit et sic operatur consone rationi rectae. Sic ergo bene dicit Aristotiles utique continentia et perseverantia studiosorum laudabilium esse incontinentia autem et mollities pravorum et vituperabilium. Sed si virtus sumatur proprie sic dicunt aliqui quod continentia prout attribuitur appetitui sensitivo non est virtus ipsius sensitivi appetitus quia non facit appetitum sensitivum optime se habere cum adhuc rebellet rationi et tamen in eo remaneat adhuc inclinatio prava. Secundum hoc dicunt isti quod continentia potest esse virtus in voluntate. Quod sic probare nituntur. Non est illa voluntas omnino bona quae resistens forti passioni et forti inclinationi appetitus sensitivi inclinat ad rationem quam illa quae non habens sibi obviam inclinat ad rationem [illegible] ad operandum secundum rationem [illegible] maior inclinatio est contra rationem. Sed in continente voluntas inclinat ad rectum contra contrariam appetitus sensitivi [illegible] inclinat ad rationem non habens obviam sibi voluntatem contrariam rationi ergo voluntas in continente potest tantam habere virtutem sicut in temperato. Item ex multis electionibus consonis rectae rationi potest acquiri virtus in voluntate dato quod non occurrat obviam ex appetitu quod homo possit operari secundum virtutem nam in [illegible] defectu

posset in talem amor honesti figi in voluntate quod nulla passione permitteret se trahi ad actum turpem sic turbatum in x° quarti libri et tamen propter incipientem passionum et consuetudinem sustinendi eas appetitus sensitivus minus inadvertenter passionis plus dolet et minus delectabiliter obedivit rationi quod si passiones essent in eo tempore talis quod non isti esset virtuosa secundum partem superiorem sed non ex toto propter illam rebellionem seu non delectabilem obedientiam partis sensitive propter quod ipsum vocaremus nomine proprio continentem. 3° isti dicunt quod continentia stare potest cum habitu primo appetitus sensitivi quia consistit cum rebellione appetitus sensitivi et inclinatione contra rationem. Omne autem quod rebellat rationi et inclinat contra rationem pravum est ut sic dicitur. Istarum autem trium opinionum prima indubie vera est ut apparet. 3a autem falsa. Nam continens similiter trahitur ad prosequendum idem rationem delectationis apparentis et ad fugiendum rationem turpitudinis. Et ideo melius quod omnis tractatus sit in appetitu sensitivo solum et alterum in voluntate solum sed in utroque appetitu puto hunc duplicem esse tractatum. Appetitus enim sensibilis est natus sequi delectabile et est natus obedire rationi propter quod secundum diversas rationes potest simul ad utramque partem inclinari et cum appetitus sensitivus organicus natus existens moveat tamen movere membra ad operandum videtur quod ad illud operandum moveat ea ad quod fortius inclinatur. Ideo puto sic continentes operari secundum rationem quod appetitus eius plus habet de inclinatione ad obediendum rationi quam ad sequendum passiones et ita videtur magis bonus quam malus et de hoc aliquid dictum fuit in permul tamen quod est primi libri. Secundum autem dictum scilicet enim est michi dubia pro quo videtur aliquibus quod primo ratio non valeat quia voluntas videtur esse potentior et firmius habituata quam potest et potuit omnem ipsam passionem extirpare quam quod potest solum resistere et tenere se contra passiones. Secundo quia videtur similiter quod voluntas sit ergo perfecta in se tamen voluntas in virtuoso extra in ordine ad decorem equalis enim virtus non videtur equalem producere effectum aliquo resistente sibi et non resistente. 3° quod si esset possibile sine experientia passionum voluntatem ob eius libertatem puram transire in extremum eius actum passione presente sicut si esset experta passionum tamen hoc est valde difficile et valde rarum. Quarto quia voluntas perfecta dominatur super appetitum sensitivum licet non possit extinguere dolorem vel tristitiam nisi tamen moderare cum sic si appetitus assuetus esset secundum rationem tamen ipsa posset auferre contractum appetitus ad oppositum rationis. Aliter enim infert tristitiam et tedium in repletum in tristitia vel esse delectari et tedium in prosequendo vel consiliatione delectationis. Vir enim virtuosissimus tristaretur si ex toto arte secundum rationem dictante quod hoc sibi esset fugiendum sensitivus appetitus ex toto dictum rationi nimis daret impetum ad fugiendum secundo contra se obviaret ad istam tristitiam sustinendam. Manifestum est ergo quod appetitus sensitivus in magnum dolorem in extremo opus secundum rationem non autem continentie nisi prout de eo loquimur hic secundum rectam in opus rationis que contra aufert voluntas intensa et perfecte consummata. Videtur ergo quod continentia non fuit virtus proprie accepta nisi appetitus sensitivus in appetitu sensitivo nisi voluntatis in voluntate secundum quod sit habitus adhuc incompletus sic tepiditas non est caritas in summo sed est caritas incompleta. Et esse continentia non est completa malitia sed est propinqua sibi propter quod ipsa est intemperantia. Ex his enim patet de quo quidam dubitaverit utrum quod temperantia melior est habitus quam continentia quia in bonis habitus completus est melior habitu incompleto temperantia autem est habitus completus et continentia habitus incompletus igitur etc. Contra quod aliqui obiciunt temperantia non agonizat continentia autem agonizat in eo bellum cum passione rebellante sed agonizans coronatur. Propter hoc ergo tantum magis delectatur continens quam temperans. Item 2° huius tamen difficilius operatur fit et virtus est bonum melius in hoc sed difficilius est sequi rationem appetitu rebellante quod facit continentia quam non rebellante quod facit temperantia. Magis enim passionibus augmentatur. Item nobilior potentia est temperantie in appetitu sensitivo et continentie in voluntate nobilior autem potentia nobilior est habitus ut dicitur. Sed istae rationes non concludunt. Ad primam enim dicendum est quod agonizare nobiscum non est bonum vel non est optimum sed agonizare cum obedientia passionatio est melius. Et hoc potest esse dupliciter vno modo sustinere in uniuersum tolerare alios sibi talia

trando et resistens solum corona autem magis debetur primo quam secundo et tertio primi modi quantum ad partem et autem oriens. Ad aliud dicendum est quod difficultas pueris erudiendis debita eis et ipsis nocitura est ex inobedientia secundum appetitum diminuit meritum. Ad alia rationes et ad principales rationes autem satis quid sit dicendum secundum predicta et cetera pro questione.

Sexto queritur utrum de aliquo operabili possit homo simul contraria iudicare et quod quia alia non possent simul autem idem homo duas contrarias secundum eamdem ad prosequendum et aliam ad fugiendum autem appetitum non sentiat nisi in cognitione sensitiva et similiter in intellectiva et in concupiscibili et irascibili unde per hoc ad contraria enim motus concupiscibilis. Item secundum non sunt ad appetitus agere id quod agit quod appetitus non facit nisi in appetitu hominis ergo sibi quod homo agit sed est autem sibi quando homo agit quod se comitetur se esse quod non homo agit dicit enim alius et probat de bonis ipsum secundo quando ago homo sed non possum me abstinere ergo et cetera. Item possibile est quod aliquid sit prosequendum nisi aliquid futurum obstaret et possibile est simul sensum respicere ad presens tantum ita ad solum et intellectum aspicere ad futurum ergo possibile est simul sensum iudicare quod hoc sit prosequendum et intellectum quod hoc sit fugiendum. Et tertio rationes in secundo autem notasse secundo de anima dicens quod appetitus fiunt contrarii hoc autem accidit cum ratio et concupiscentia contrarie fuerint sed autem in temporibus sensum habentibus intellectu quidem enim propter futurum retrahere iubet concupiscentia autem propter ipsum iam. Videtur enim quod iam delectabile et bonum simpliciter propter ea quod non videt quod futurum est. Similiter est quod pluribus videtur iudicare nisi solem esse bipedalem et intellectu maiorem terra vel esse propter colorem iudicare hunc esse fortem propter vocem autem non esse specialiter argumentis et auditu sunt potentie disparate non ex invicem dependentes. Oppositum quia sequeretur quod non esset impossibile concedere contradictoria simul esse vera non solum in ore sed et mente quod est contra firmum principium unde dicitur autem est enim impossibile namque quemcumque existimare idem esse et non esse. Nota dicendum est quod intellectus dicitur intelligere simul propositiones contradictorias sive habere in mente contrarias propositiones simul formatas et iudicare eas esse veras vel possibilis habere propositionem in mente quia forte parva fuit vel iudicare an sit vera vel non. Dicam ergo quod possibile est in mente simul propositiones contradictorias sive habere simul capere in mente fortasse alioquin non possem formare syllogismum per impossibile quod continet in se contradictorias propositiones scilicet idem inesse et non inesse eidem. Similiter tamen non possem formare questionem quod propter versatur inter opposita ut utrum deus sit an non sit. Sed dicam quod eamdem potentiam cognoscitivam iudicare sive credere ambas esse simul veras vel igitur credere vel iudicare quod simul deus sit et non sit et omnes contradictorias est impossibile quia hoc esset contra firmitatem primi principii et quia sequeretur quod in eodem essent simul contraria quia talia iudicia sunt contraria ut dicitur in quarto metaphysice. Sed dubium est de diversis potentiis puta de sensu et intellectu vel de duobus sensibus diversis. Ad quod ego puto esse dicendum quod possibile est eumdem hominem iudicare simul per intellectum unum contradictoriorum esse verum et per sensum alterum et hoc videtur mihi notum per experientiam. Iudicium enim sensus ex toto cadit quando contrarium iudicat intellectus. Astrologi enim hoc per sensum credident solem esse bipedalem tamen postquam habent demonstrationes credunt per intellectum ipsum esse maiorem terra. Nec umquam propter sensum stante illo intellectuali iudicio credunt ipsum esse bipedalem. Et puto quod causa huius sit illa quam ponunt auctores videlicet quod in eodem contraria non possunt existere. Eadem enim est anima in nobis [illegible] intellectiva sensitiva et appetitiva secundum locum motiva et vegetativa. Nec extensa extra corpus sed tota ubique licet in bestiis non sit ita. Potentie enim sensitive appetitive secundum locum motive et vegetative in nobis sunt per dispositionibus qualitatis aut quantitatis dispositionibus ad actus sentiendi secundum locum movendi vegetandi et iterum videndi et audiendi sunt bene diverse realiter et diverse loco et subiecto sicut prius dictum fuit. Cum ergo de istarum contradictionum iudicia fit contraria impossibile est quod sit in nobis quod simul existeret in anima nostra unica et indivisibiliter existente. Iudicium enim non solum est in dispositionibus qualitatum vel quantitatum organi sed

est in substantia anime subiective licet tamen in corpore remoto sic autem in materia prima non possunt propter quascumque dispositiones qua-
litativas aut quantitativas inesse simul forme contrarie puta calidi et frigidi ita nec in anima. Item et
eius solet alia ratio esse causa videlicet quod in potentiis cognitivis subordinatis superior ipsa dominatur inferioribus unde quod
superiori iudicante iudicium inferioris si fuerit contrarium extinguitur omnino quod manifeste videbis in frenetico qui videns
oculo festucam nullo modo credet eam esse festucam sed serpentem vel lupum vel omnino ideo quia extimativa potentia
superior existens iudicabit vino iudicabit se non videre festucam sed serpentem. Et audiens parvum sonum et
dulcem iudicabunt se bella audire vel tonitrua. Quod igitur minus sit homines rationem in actu de magnitudine
solis iudicat solem esse maiorem terra et esse factum omnino quod sit minor et quod non credat ipsum esse maiorem.
Sed tamen adhuc vobis obviat dicens quod non nisi assignare causam propter quam principium ... non sit ... quod primum principium non est causa sicut quod
concedamus propter concessionem alterius propositionis cuiuscumque. Nullius igitur alterius propositionis concessio est causa concessionis
primi principii in suo vero sunt tamen aliquae ex natura rei propter quas intellectus non potest negare primum principium sed concedere
dicit ipsum sicut est necesse contra ignis virtute calefaciat et non potest frigefacere vel etiam quare idem non potest simul esse calidum
et frigidum. Sed ordo videtur quod intellectus noster habens in se formatam propositionem potest ad iudicium de veritate ipsius se
habere quadrupliciter. Uno modo quod ratione vel apparentia careat ad utramque partem sicut forte esset de problemate
an astra sint paria vel imparia. Alio modo quod habeat ad utramque partem rationes probabiles sed tamen
neutram determinantes ipsum ad unam partem vel ad aliam sicut esset de problemate an forme substantiales
elementorum maneant substantialiter in mixto. Tertio quod per rationes ex una parte vincentes determinetur ad iudicium unius
partis sed tamen non sine formidine ad oppositum. Et iste intellectus est sicut vapor conversus iam in nube
qui licet sit magis aqua quam aer tamen multum in dispositione et tendentia ad aerem. Quarto modo quod intellectus
ex toto sit ad unam partem determinatus omni formidine remota. Et iste est sicut vapor iam perfecte fac-
tus sit aqua sic quod nichil remaneat in eo dispositionis contrarie aque. Dicam igitur quod sicut in aqua complete generata
remote sunt omnes contrarie dispositiones. Ita in completo iudicio de veritate unius partis omnes abla-
te sunt apparentie ad partem oppositam sic quod nullam habent vim super intellectum. Sed sicut nubes licet
magis sit aqua quam aer tamen aliquam reservat aeris apparentiam et virtutem. Ita in debili iudicio sal-
vatur effectus apparentie partis opposite reddens iudicium debile et faciliter in oppositum mutabile
vel adhuc ad ampliorem determinationem. Dici potest quod sicut aliqui ponunt formas aque et aeris non mis-
ceri simul substantialiter sed secundum dispositiones ipsarum ita aliqui ponunt quod iudicia contraria non miscentur simul substantialiter
secundum dispositiones eorum scilicet apparentie. Et isti habent dicere quod sicut materia non potest esse simul sub forma aque
et aeris tamen ipsa in nube existens sub forma aque potest propter dispositiones aeri convenientes transire faciliter
in aerem. Ita intellectus existens sub iudicio formidinali unius oppositi potest ex facili motivo tran-
sire in iudicium alterius oppositi. Alii autem ponunt quod non sit aliud iudicium quam apparentia quod si
concedantur eius apparentie opposite licet secundum esse remisso possint simul stare. Sic oportet dicere quod similiter iudi-
cia propter quod diceremus quod sicut tepidum in puncto non esset magis calidum quam frigidum vel econtra propter
quod nec simpliciter diceretur calidum nec frigidum. Sic habens ad utramque partem apparentiam equalem
non diceretur simpliciter iudicare unam partem nec aliam. Et sicut tepidum habens plures gradus caliditatis
quam frigiditatis diceretur simpliciter calidum et non frigidum ita habens plures apparentias ad unam partem quam
ad aliam dicitur simpliciter iudicare illam partem et non aliam. Si queras an iterum magis magis asse-
ram. Dicam quod tamen sepe potest homo dicere me apparentiam et videtur quod sepe ut michi videtur expertus sit quod

cum rationes viderem ad utramque partem probabiles tamen ad neutram partem iudicium determinabam me etiam
in novis rationibus ad unam partem vel ad aliam supervenientibus sed in suspenso tenebam me. Et iterum vide-
mus non omnes ex toto nec ex intense consentire apparentiis immo prudentes et prius examinare eas
illa. Apparentie namque videntur se tenere ex parte rei et circumstantiarum suarum. Iudicium autem est
actus ipsius intellectus circa apparentias. Et nos videmus si unde verius ad unam partem affirmat quod intellectus
plene iudicabit propter hoc ex apparentia debilissima. Nec apparentia valde fortis potest ipsum movere ad aliam partem. //
Verum est tamen quod secundum nos utimur nomine apparentie pro actu intellectus quo ipse assentit apparentiis sibi presentatis et apparentia concedo
aliquo esse quod iudicium tamen etiam dicere quod ex eisdem apparentiis ex parte rei se tenentibus oblatis huic et illi non concordat apparere huic
et illi. Ultimo etiam puto esse dictum quod eundem hominem iudicare simul unum contradictoriorum esse verum per unum sensum et alterum per alterum est possibile.
Et hoc etiam est valde notum per experientiam. Si enim iste homo generat in colore et habet similitudinem sortis et in voce similitudinem alterius tu videns
eum et non audiens eum iudicabis bene quod ipse sit sortes et cum iudicabis quod non sit sortes si audies et non videres. Sed
si autem simul audias eum et videas statim extinguetur unum iudicium vel etiam ambo sed quasi in suspenso stabis tamen sic di-
cens: ignoro si est ipse vel non. Numquam enim dices credo quod sit sortes et quod non sit sortes. Sed tu bene dices quod iste in colore videtur
esse sortes et in voce autem non esse sortes. Loquendo de apparentiis exterioribus. Sed si loquatur de apparentia per consensum interiorem numquam erit possibile
numquam enim simul consentire posses quod ipse esset sortes et non esset sortes. Ideo quantum ut puto tamen post assignationem duplex videtur apparentia nobis et
alia nobis etiam alia. Propter quod patet quod contraria in anima idem exterius est in toto corpore sed in aliqua parte eius et iudicium ut dicit non est solum in
dispositionibus qualitatum et quantitatum organorum. Ideo sicut in eodem aliquo propter quod cum anima non contraria se in eodem secundum tempus est sive secundum
unum sensum sive secundum diversos habere simul contraria iudicia. Ad aliud cum assignatur quod sensus exteriores habent ad sensum communem ...
ita quod statim videntur concurrere ad ipsum ipse attendens exterius non potest simul habere iudicia contraria iudicans contrariam partem
extinguet iudicium prout quidem sic probatur dicebatur propter hoc quod ipse est potentia superior ad omnes sensus exteriores. Verum dicitur aliquid probabiliter
quod in organis exterioribus non iudicium fit sed in sensu communi solum ad quem species diversorum sensibilium deferuntur per organa divisa
... dicitur esse quod habens lesum organum ... quamvis habeat oculum bonum sic fiunt non iudicat aliquid bene per oculum.
Dicitur ergo primo quod sensus communis unus existens habet diversos plures sensus ... per ut iudicat de coloribus sibi per oculum presentatis
et de auditu per ut iudicat de sonis per aurem delatis ad ipsum et propter quod in sompniis ubi ligata sunt or-
gana sensuum exteriora iudicamus de sonis et coloribus ac si vigilaremus et putamus audire vel vi-
dere. // Ad primam rationem dicitur quod ad contraria sunt motus in appetitu in quantum scilicet apparentia ex passione inclinat ad fu-
giendum et in parte ad prosequendum et ita non simul. Vel etiam dictum est quod intellectus simul iudicat idem esse de-
lectabile et turpe et apparentia ab hoc statim inmutatur et habet autem complacentiam delectabilis et displicentiam turpitudinis in isto etiam
complacentiam et displicentiam non sunt opposita. Sed sic intellectus non potest simul iudicare quod totum sit prosequendum et fugiendum. Ita non apparentia
potest simul idem totum acceptare et refutare. Et sic intellectus potest iudicare totum esse prosequendum ratione delectationis. Iudicio
tamen debili et formidabili propter apparentem turpitudinem. Ita appetitus potest totum acceptare sed tamen acceptatio debi-
lis erit annexa displicentia propter turpitudinem et erit involuntarium mixtum et sicut apparuit in tertio libro Ethicorum.
Demum dictum est ad aliam nisi quod si quid de fine restat dicendum dicetur post. Ad ultimum dictum est
quod si intellectus aspiciens ad futurum iudicet non esse faciendum numquam sensus tamen iudicaret esse
faciendum tamen adhuc manet iudicium quod est delectabile quod hoc est iudicium intellectus propter quod appetitus in obiecto com-
placentiam ... non possit acceptare ipsum stante tali iudicio. Aliud etiam intellectus ... iudicio sensus nec obstante
nocumento futuro propter delectationem et appetitus acceptat sed cum aliqua displicentia propter nocumentum.
Ad aliud satis visum fuit in corpore questionis. Et sic est finis questionis.

Septimo queritur utrum incontinens sciat quod prave agit. Socrates ut dicitur
arguebat quod non quod nullo modo ignorans agit quod non putat esse bonum. Appetitus enim qui
exigitur ad agendum non est natus ferri nisi in bonum vel apparens bonum sed non possumus putare
esse bonum quod scimus esse malum an non possumus simul iudicare contraria sicut dictum fuit in alia questione. Et ergo
dicendum esse videtur quod pars sensitiva impareret et trahat partem intellectualem sicut servum. Sed ista quod propter sensum
passionis incontinens sciat hec omnis quod nunquam cognitio quod agere scimus esse malum. Ideo dicitur ignorare ideo ignorat quidem. Ergo omnis malus quod operari et a quibus fugiendum. Et sequitur quod incontinens esset peior quam intemperatus
ex quo sciens prave agere intemperatus autem ignorat. Sed hoc apparet falsum in septimo huius capitulo
et per confessionem multorum qui respondentibus cos dicunt. Scio quia male ago sed abstinere non possum. Item
incontinens ex passione existens tamen certum tenet ut vult Aristoteles ergo per eam ipse scit fornicari esse malum quando
fornicatur vel scit adhuc id quod prius et habitu in memoria vel illius oblitus est quod dicitur non potest quod oblivio
fieri nisi per temporis longitudinem et quod si quis aliquis et totum reducat ad memoriam non propter hoc abstinebit. Item
si est possibile quod aliquis sciens prave agat sequitur esse incontinens sed hoc est possibile probatio quia aliquis incontinens esset peccatum
contrarium vel etiam ex certa malitia. Aliter enim omne peccatum esset ex ignorantia quod non vult Aristoteles quia ponit aliud peccatum
esse ex ignorantia aliud ex passione aliud ex electione. Secundo quod voluntas non esset libera ex quo non potest in oppositum
ratione necessario determinat voluntatem operationum voluntatem natura a principio unius ad finem quod est contra Aristotelem 3° huius. 3° quia hoc esset contra Aristotelem
illum prius sciens Socrates scit in universali et particulari si movetur non possumus velle oppositum errorum. Ergo distinguendum primo sic potest
sciens dicitur uno modo in habitu solum absque actuali consideratione secundum scientiam. Alio modo in actu 2° secundum actualem consideratione
secundum scientiam. Dicendum est ergo quod sciens in habitu solum potest agere contra scientiam quod intellectus non est primus motor sed quia
in habitu solum potest agere contra scientiam quia intellectus non est primus motor. Sed sciens quod in actu vel quia sciens
quod propter turpitudinem nunquam est mechandum vel actu considerans de turpitudine sed considerans quod delectabile coire cum tali muliere et
quod delectatio sit bonum non est mirum si mechatur. Et ista sit prima conclusio. Item aliquis potest esse sciens in actu secundum duplex
uno modo in universali tantum ut quod nunquam est mechandum. Alio modo in particulari ut quod nunc cum ista non est mechandum. Dicendum ergo
quod sciens in universali tantum in actu potest agere contra scientiam quia potentia et non universaliter existentia movent ut dicitur 3° de anima motus enim
et actiones sunt circa singularia. Sicut ergo sciens actu omnem mulierem esse sterilem et videns hanc mulierem
potest opinari quod sit pregnans eo quod non consideraverit ipsam esse mulierem sed consideraverit quod ipsa habet magnum ventrem
ita non est impossibile sciens actu quod nunquam sit mechandum et tamen putare quod nunc cum ista sit delectandum et coire. Et ista
sit 2a conclusio. Item aliquis agere contra scientiam actualem et particularem potest intelligi dupliciter uno modo contra dictamen et forte 4° modo iudicium
rationis vel non forte sed consecutione voco contra agere contra dictamen et forte si sed eam dicens ratio ego non moveor ad agendum hoc
agibile secundum quod est sic ipsum non esse agendum. Sed voco agere contra non dictamen sed consecutione si sic sed actualiter ratio hoc
non esse agendum et sed actualiter ratio ergo ipsum voluntas agere contra dictamen est si scire forte quod non esset nunc mechandum cum ista
et mecharer sed apparenter inclinante forte commechari nunc cum ista iudicato quod non sit mechandum cum ista. Sed similiter hoc
videtur contraria et impossibile sicut dictum fuit in alia questione. Et hoc sit 3a conclusio. Cum probatione non ex toto concedo sed postea
volo regredi super eam. Agere autem contra iudicium sive consecutionem et non forte est si scire forte quod
non esset nunc mechandum cum ista et mecharer sed apparenter inclinante forte non inmechari nunc cum ista sed in
delectari cum ista per coitum et hoc est bene possibile quod forte ignorare vel non actu considerari quod sic delectari esset
mechari possit enim simul hoc iudicium non contraria non stare iudicium contraria quod nunc est mechandum et quod est delectandum in coeundo
quod cum aliquis tamen posses coire non mecharis videlicet cum muliere propria sed non precedo non esset contraria iudicium vel ego actu

consideraret quod sit delectatio et medium in quo est. Et hoc sit quarta conclusio. Vel forte hee due conclusiones ultime possent coniungi
per hoc quod tali distinctione. Scientiam actualem et particularem possum dicere dupliciter: unam perfectam ubi nichil remanet ignotum nec
inconsideratum nec iniudicatum pertinens ad operandum vel non operandum, et talem non est possibile agere contra talem scientiam quoniam
oporteret simul habere iudicia contraria. Nam si in actu iudicet non esse medendum tunc in actu et ipse actu iudi-
cet quod oportet tunc ea esse medendum quoniam ea oportet te actu iudicare quod non est medendum quoniam ea que sunt ad
propositionem [illegible] inducentes sub maiori in minore simul cognoscuntur, quoniam hoc autem stante non contingit nisi simul
iudicet medendum et non medendum esse, et hec sit sexta conclusio. Aliam contingit esse scientiam particularem et ac-
tualem incompletam, ubi scilicet aliquid remanet ignoratum vel inconsideratum vel iniudicatum, et tunc est
possibile agere contra scientiam, non tamen contra directe et formaliter, sed sicut dicebatur in quarta conclusione, et
ista sit septima conclusio. His autem consideratis intendendum est de principali quesito. Propter quod est bene notandum quod quando quis
liberatus est ab omni passione sensitivi appetitus per [illegible] causatam [illegible] et cognoscit hoc et ipsam
passionem et motum eius, quod ille qui passione alligatus est sicut non sobrius aut vigilans manet propter ebrietatem et
soporolentiam et omnes eas condiciones inspicit quod ebrius et soporolentus [illegible]. Quia passiones
sensitivi appetitus non sunt sine motu sanguinis aut aliorum humorum vel spirituum, qui motus si fuerit magnus turbat
sensum et per hoc ipsum intellectum, detinet vinculando, quia intellectus de particularibus [illegible] non potest [illegible] perfecte
[illegible] convenienti [illegible] iudicare. Sensu enim [illegible] detentus non sit [illegible] appetitus [illegible] si passione
detentus fuerit non [illegible] intellectum nisi passionem vel ea [illegible] quod intellectus nichil [illegible]
adverteret in passione et iudicabit secundum exigentiam passionis [illegible] non [illegible] si ex passione [illegible] ad [illegible] [illegible]
[illegible]. Dicendum ergo quod incontinens antequam passione detentus sit et postquam a passione liberatus est potest
libere attendere et cognoscere et de omnibus absque ignorantia vel inconsideratione vere iudicare, propter quod ipse
scire potest scientia particulari actuali et perfecta quoniam malum hoc est agere et quod male agit si hoc agat,
et ista sit septima conclusio. Octava conclusio est quod incontinens dum incontinenter agit scit in habitu quoniam prave
agit, sicut enim ante et illius non est oblitus, quia cessante passione scit idem non de novo ad-
discens. Nona conclusio est quod incontinens dum incontinenter agit scit aliquo modo in actu vel etiam in particulari, non tamen directe
vel perfecta scientia quoniam prave agit. Et hoc totum patet ex prioribus conclusionibus. Decima conclusio
est quod incontinens dum incontinenter agit scit quoniam prave agit scientia actuali particulari et perfecta, quod esse
totum manifestum est ex predictis. Ad rationes dicendum est. Ad primam quod numquam agimus quod agere sci-
mus non esse malum scientia actuali particulari et perfecta. Ad aliam [illegible] de comparatione incontinentis et temperantis
dicetur post. Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum est quod confitetur se scire quoniam male agit, confitetur vere de scientia
imperfecta vel indirecta, potest enim incontinens scire quoniam turpe agit. Sed tamen actu non iudicat quod nunc tale turpe
sit agendum vel esse [illegible]. Scit tamen nunc tale agendum turpe esse si non considerat se turpe agere.
Sed aut incontinens confitetur scire se quoniam male agit scientia actuali particulari et complete non confitetur
verum. Et si aliquis [illegible] probandum quod male agit adducat vel expectat nisi in [illegible] non iudicat esse
verum quod dicit [illegible] sed formet [illegible] syllogismum nunc [illegible] est [illegible] [illegible] est medium. Sed
non est nunc [illegible] Talis potest maiorem proponere nichil tamen iudicans de ea sicut ebrius vel maniacus pro-
nunciat versus Empedoclis ut dicit Aristoteles. Et ista [illegible] iudicet de maiori [illegible] ad delectationem [illegible] [illegible]
[illegible]. Ad aliam [illegible] quod ille nichil est oblitus [illegible] [illegible] non potest [illegible] complete sicut nec [illegible] eb-
rius vel soporolentus. Ad aliam [illegible] est quod [illegible] potest scienter agere male [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod

nullum esse peccatum contra conscientiam dicendum est quod uno modo predicto. Potest enim aliquis agere id quod
actu scit esse inhonestum uel deo displicere. Sed tamen non iudicat quod honestum uel quod deo
placeat sit preferendum utili uel delectationi quam apparet sibi in opere quod ipse agit. Cum etiam
di[citur] quod nullum est peccatum ex certa malitia non ualet quia peccans dum peccat iudicat ut est et non
certitudine se male agere. Sed quia cum certitudine cognoscit omnes circumstantias operis sui et
cum hoc etiam cognoscat opus suum esse inhonestum et deo displicere sicut statim dicebatur. Cum etiam
dicitur quod omne peccatum est ex ignorantia dicendum est quod satis apparuit in prioribus libris quo
et quomodo dicatur omne peccatum ex ignorantia. Cum etiam dicitur quod aliter non essemus domini actuum nostrorum, et
aliter uoluntas non esset libera dicendum est quod ex eo uoluntas non dicitur libera quod possit uelle quod iudicatum est esse malum
et hoc illo iudicio stante. Sed quia ipso stante iudicio de bonitate uel malitia potest deferre actum uolen-
di et nolendi sicut magis uisum fuit in . libro. De articulo autem parisiensi dicendum est secundum
exigentiam dictorum nostrorum et priorum in 3o libro. Nunc est regredi ad litteram 3a et 4a rationes probationem. Super
quo notandum est quod forte non est ad hoc quod appetitus feratur in obiectum quod in eo sit utrumque prius facta practica
scilicet appetitus supplere potest ad defectum maioris uel minoris. Sit syllogismus practicus quod omne delectabile est prosequen-
dum hoc autem uinum delectabile est ergo hoc uinum est prosequendum. Dicamus ergo quod concupiscentia suppletur ma-
iorem quia inclinat ad delectabile prosequendum ideo ostenso solum quod hoc uinum est delectabile ipsum prose-
quitur. Et hoc uidebatur innuere aristoteles in 7o huius cum dicit quod quidem uniuersalis opinio insit
prohibens gustare hoc autem quia omne dulce delectabile hoc autem dulce hoc operatur 1 quod si uniuersalis ideo
prohibet gustare propter inhonestatem uel alicuius tam hoc autem 1 concupiscentia dicit sine simpliciter propter eius determi-
natorem istam propositionem quod omne dulce est delectabile et prosequendum cum consilium fuit hoc esse dulce operatum
confestim. Forte etiam quod hoc est de intentione aristotelis 3o de anima quod uult uelle quod aliqua prefecta mouet
per appetitum et fantasiam licet non habent fantasiam deliberatiuam in sillogizatam. Cum ergo est hic potentia
quod appetitus est naturis inclinatis in obiectum conueniens. Fantasia autem siue sensus cum conuenientia
huius cibi et statim animal mouetur ad capiendum ipsum appetitus autem uero siue sensualis siue intellectualis non est
mirum potentie quod appetitus talium animalium ergo prosequi potest delectabile propter inclinationem eius ad ipsum ostenso solum
per sensum uel per intellectum quod est delectabile licet possit ratio libertatis non acceptare et prosequi illud. Et hoc
uidetur aristoteles idem expressius declarare in hoc de causis motum animalium dicens. Cum enim operatum fuit a
sensu ad id in genere aut fantasia aut intellectu quod appetitur statim fit per interrogationem eius a intel-
ligentia appetitus fit et operatio. Et aristoteles dat exemplum in animalibus dicens potabile concupiscentia dicit istud autem
potabile hoc ... dicit autem fantasia aut intellectus statim bibit. Et adhuc in 2o huius expressius dicit
aristoteles concupiscentia autem si solum dicat quod delectabile ... uel ... modo ad fruendum. Sic ergo ... concedatur
non uidetur quod ... que adducta fuit ad 3am conclusionem probandam sit uniuersalis quod appetitus eius potest inclinare forte
in rem prosequendum quod non est forte iudicatum esse prosequendum ... appetitus ... aut propter non a
posse forte inclinationem ad prosequendum delectabile ostenso autem uel intellectu solum dicit quod hoc est delectabile appetitus
prosequitur ipsum. Posito ergo quod intellectus iudicet forte hoc delectabile non esse prosequendum et quod sensualis appetitus ... modo
prosequatur ipsum appetitus quod non est ob hoc in nobis ... sicut ... arguebat propter quod forte ...
... non uidetur esse ... Et ita forte aliquis negaret ... 3am ... et 4am sequentem et dicent
sic plene ... ut habere duos parentes ... constitute ... in uniuersali et in particulari

actu quod voluntas non posset in oppositum eius et quod sit contracta natura et voluntatem esse certam eius. Quia tamen plurimi doctores solempnissimi tenuerunt illas conclusiones forte non oportet eas abiicere quamvis ratio supra adducta non demonstret tamen contrarium probabiliter videtur et esse probabile. Cum enim voluntas pura sit innata parere iudicium intellectus unde visum fuit in 6° quod malicia fuit minima [illegible] ipsa si ipsa sit mediata fuit vel delectabile prosequendum quod ex sola delectatione ostensione prosequitur ipsam videtur quod ipsa non separat ab huiusmodi mediatione [illegible] non [illegible] intellectum iudicare quod delectabile non sit prosequendum. Sicut sensitiva natura ad passionem [illegible] ad se [illegible] voluntas impetu huius et in impetu manens [illegible] sic iudicare. Et ipsa non videtur [illegible] possibile si eadem anima realiter sit intellectiva et voluntas quod ipsa prosequatur actu quod ipsa iam [illegible] decreuit non esse prosequendum. Et apparet quomodo habitualiter iudicatio possit trahere voluntatem in id quod actu decreuit esse malum et non faciendum nisi primum obnubilet [illegible] decretum vel suspendat per quod dicte conclusiones predicte non obstantibus teneri possunt ut michi videtur. Et sic finitur questio.

Utrum queritur utrum voluntas necessario feratur in id quod per rationem practicam conclusum est. Arguitur quod non quia quod necessario appetitur necessario prosequitur et necessario manutenetur sed patet quod multa sententiata per rationem nec prosequitur nec prosequuta manutenentur. Item possimus [illegible]. Item quod de necessitate operatur de necessitate operatur finaliter sive posterius sed quod iudicatum esse bonum non de necessitate diligimus finaliter vel primo quod plures [illegible] esse bonum [illegible] diligit [illegible] et alterum [illegible]. Item voluntas non esset simpliciter libera in omnia sua acta. Arguitur et partim [illegible] parisienses plures allatos et ulterius per rationes que adducte fuerunt in prima questione 3ii libri. Ad illam opinionem persuadendam quam tenuimus. Et forte per rationes que adducte fuerunt in [illegible] questione 3ii libri ad partem [illegible]. Et per rationes que adducte fuerunt in prima [illegible] questionis 3ii libri. Oppositum arguitur per aristotelem dicentem hic quidem enim universalis opinio altera autem de singularibus est cum autem una fiet ex ipsis [illegible] necessarium conclusum. Hic quidem dicere autem in factivis ~~dicere [illegible]~~ operari confestim. Et exemplificat dicens puta si omne dulce gustare oportet hoc autem dulce ut unum aliquod singularium necessarium potentem et non prohibitum simul hoc et operari. Ad idem et [illegible] rationes sunt in omnibus statim allegate [illegible] propter ista [illegible] non [illegible] quod sic voluntas est velle bonum vel iudicatum in [illegible] ita eius est nolle malum et declinare ab eo quodcumque [illegible] dicetur de voluntate in respectu boni quo ad actum volitionis et complacentie vel acceptationis et inversi et ita proportionabiliter intelligenda de ea in respectu mali quo ad actum volitionis vel displicentie vel refutationis et inversi. Sic [illegible] questio formetur ulterius utrum voluntas necessario feratur in id quod iudicatum est per intellectum practicum. Aliqui distinguunt de ultimo fine et de hiis que ad ipsum [illegible] in primo [illegible] dictum. Et [illegible] voluntas [illegible] voluntas [illegible] quod non sit iudicatum per intellectum esse bonum vel [illegible] boni vel [illegible] specialem [illegible] delectabile vel utile vel honestum. Et [illegible] iudicatum [illegible] appetitum [illegible] et intellectivum ex una parte ab appetitum naturali ex altera [illegible] intellectiva ut [illegible] ad [illegible] non [illegible] intellectus [illegible] naturalis dico et per [illegible] ab appetitu [illegible] intellectum [illegible] et voluntatem intellectivam. Et hic primo supponendum esse [illegible] nomina significantia. Et dico iudicatum esse bonum quod [illegible] bonum et non [illegible] supponit omnino esse appetitum

et ista sit prima conclusio. Secundo videtur mihi quod voluntas non fertur necessario in id quod iudicatum est esse bonum si non iudicatum sit sibi esse bonum. Unde latro scit iustitiam esse bonam simpliciter et iudicat esse bonum homines tamen non diligit eos sed odit. Et ita diaboli oderunt deum. Sic etiam si scias aliquem iuvare esse bonum inimico tuo contra te tu non diligis illum sed odis. Hoc videtur notum per experientiam. Et ista sit 2a conclusio. Deinde prout aliquantum visum fuit in 3o libro huius suppono distinctionem inter diversos actus voluntatis puta inter actum complacentie actum acceptationis et actum motionis aliarum potentiarum ad prosequendum acceptatum. Videtur mihi esse dicendum 3o quod si quis iudicaverit aliquid esse sibi bonum voluntas necessario feratur in id quo ad actum complacentie. Et hec sit 3a conclusio que declarata fuit in 3a questione 3i libri. 4o dico quod si quis iudicaverit aliquid esse bonum sibi secundum aliquam rationem partialem bonitatis solum que scilicet in eodem reperta possit aliqua ratio malicie non est necesse voluntatem ferri in id secundum actum acceptationis quia sua libertas de nichilo deserviret. Et ista etiam conclusio satis declarata fuit in 3o libro. Quinto etiam dico quod si quis iudicaverit aliquid esse sibi bonum secundum omnem rationem bonitatis dico omnem circumstantiam predicationis non est necesse voluntatem ferri in id secundum actum acceptationis quia iudicium secundum omnem circumstantiam est minus efficax quam iudicium secundum speciale primo iudicium speciale claudit in se iudicium universale propter quod si voluntas non necessario trahitur per iudicium speciale ipsa minus necessario trahitur per iudicium universale. 6o si quis iudicaverit aliquid esse sibi bonum secundum rationem integre bonitatis ita scilicet quod ei apparet bonum secundum omnem rationem bonitatis sic quod omnis ratio malicie excludatur videtur mihi si iudicium fuerit dubium quod non debet voluntas necessario acceptabit. Et credo quod hoc sit expertum. Aliqui enim confitentur se putare quod tale officium vel talis dignitas esset sibi honestum et delectabile et utile et amicis suis et quod inde nullum malum sequeretur tamen propter dubium periculorum acceptare non audent. 7o si predictum iudicium fuerit certum omnino videlicet quod homo credat firmiter omnia sufficienter vidisse circumstantias et obviasse et si earum obviationem credat firmiter esse sibi bonum secundum omnem rationem bonitatis et nullo modo malum puto quod voluntas necessario acceptaret. Et non intelligo hic per certum iudicium idem quod iudicium verum vel scientificum sed id quod firmiter creditum omni exclusa formidine. Sicut enim aliquis opinione vera vel etiam falsa est certus de conclusione de qua [illegible] quod est opinio vera sed non scientia propter quod tamen magis vel minus adheret ei quidam opinantium non dubitant sed existimant certe scire sicut [illegible] quidam credunt opinioni sue sicut scientie propter opinionem magis vel minus adheret ab opinione. Credat enim credulus nimia quibusdam opinionibus sicut alii quibus sciunt magis tamen quam eis creditur sicut videtur mihi non per experientiam. Unde quandoque peteres ab aliquo amicitiam [illegible] quod scit omnino se esse bonum et nullo modo malum credo quod duceret sic. Et si diceret non omnes crederent ipsum mentiri. Illa est conclusio prima sicut in 3a questione 3i libri prius quod in appetere bonum voluntas necessario habet complacentiam. Et sic in 3a questione eiusdem libri probabatur quod voluntas dimisso maiori bono non posset acceptare minus bonum quando si stante dicto iudicio voluntas posset acceptare hoc scilicet proveniret ex sua libertate ut esset necesse secundum tamen quod nunc illa libertas esset mala quando a deo ei bona libertas auferretur. Propterea ei non acceptare bonum appetens vel non refutare malum apparens non procedit nisi [illegible] huiusmodi non acceptatio vel non refutatio circumstantiarum in quantum ut [illegible] acceptatio vel refutatio inquantum de omni bonitate vel malitia que est obiecti consideratione est annexa quod ut tandem quod est simpliciter mihi acceptum et quod est simpliciter per refutatum. Sed si quis sic [illegible] plenarie sic quod scilicet iudicium perfecte creditum omni sublata formidine nullatenus procedere potest non

acceptandi sed obest quia per eam possemus frustrari bono nostro et ubi maxime oportet tertio
contra ponunt doctores aliqui quod ubi non sic clare et perfecte in se non est necessario velle ipsum. Dicunt et
tres priores quod quando ipsum in se non clare sed forte solum sub ratione bonitatis vel etiam ipsum non in se per
fecte sed omnino et totaliter non sine bonitate sed solum sub aliqua particulari non est necesse nolle ipsum possum
enim dubitare ne illi fini esset annexa ratio alicuius malitie ratione cuius licet omnis natura sciret desi
derare tamen aut ad ipsum scire complacentia vel amore tamen si dicitur impeccato quod ipsum est comparato ipsum
sed sinistre et simul sensualiter delectatur ipsum statim dicit non tamen tale opus hoc autem est quia non propter rationem
rationis delectabilissimi. Item ratio quartam concedunt dicunt et multi doctores quod aliquo alio ultimo
fine quod sibi in se non claudat perfecte omnem rationem bonitatis clare et perfecte in se non est necesse nolle
velle ipsum quod ubi deficit aliqua ratio bonitatis potest esse dubium ne ei sit annexa ratio alia malitie vel forte du
bitatur potest an aliud sit medium melius ad finem ultimum attingendum propter quod non necessarie potest acceptationem differ
re donec ratio de hiis inquisierit perfecte. Ultimo dico etiam quod quantum ad eam que non aliqua ratione
bonitatis habet aliquam rationem malitie apparentem annexam puta laborem vel tristitiam aliquam corporalem vel per
cunie consumptionem aut huiusmodi ut nulli si quis indicio certo certitudinis primo exposita iudicavit ipsum
esse sibi bonum non obstantibus malitiis apparentibus quod non necessario acceptabit ipsum et hoc eisdem rationibus
apparet cum quod predicte. Nono dico quod acceptatione alicuius presupposita non est necesse movere ad prose
quendum ipsum nisi ipsum sit iudicatum esse possibile et sibi possibile. Sic etiam tu velles esse rex vel incorruptibilis
et non moveris ad prosequendum. Item secundo manifestum est quod licet appareat sibi possibile tamen si apparuit
in medio aliqua ratio malitie puta difficultas labor expense vel huiusmodi volitas non necessario
movebit ad prosequendum ipsum. Sic enim piger multa perdit et prudens etiam antequam prosequatur
finem volitum bene considerat an bonitas finis sit preferenda labori et expensis. Ultimo vero
nihil nisi facta collatione finis voliti ad omnia que in medio certo certitudinis predicta iudi
caverit omnibus non obstantibus prosequendum esse voluntas necessario movebitur ad prosecutionem. Ad
primum sic quia quod probabatur ad quam intellectus dicit ad aliud. Cum autem una fiet ex ipsis ratiocinationis
conclusum hic quidem dicit anima in factivis autem operari confestim puta si omne dulce gus
tare oportet hoc autem dulce ut unum aut aliquod singularium necessarium potentem et non prohibitum simul
hoc et operari. Et idem etiam habetur nono metaphysice. Quod enim desiderabit principaliter hoc
faciet ut quando ut possit existens et approquinquat passivo quia potens sub ratione omne necesse quando desiderat
cuius potest ut habet hoc facere. Ad rationes ergo dicendum est. Ad primam quod multi sapientes ratio sepe inten
dens ad alia convertit actum priorem iudicium quem habebat vel ad ipsum minime intendit et ita non
sequitur prosecutio que sequeretur si remaneret semper actus iudicii uniformis. Cum hoc etiam alie
cause plures apparuerint propter quas non semper prosequimur acceptatum etc. Ad aliam rationem que petit de cau
sa intensionis et remissionis actuum voluntatis potest dici quod actus complacentie potest fieri intensior aut
remissior multiplici uno modo quia intellectus iudicat de bonitate obiecti certo aut magis dubie.
Alio quia iudicat bonitatem obiecti maiorem vel minorem. Vel quia magis aut minus attendit ad
eam. Tertio quia maiorem vel minorem iudicat annexam rationem malitie vel magis aut minus attendit
ad eam. Quod iterum potest accidere aut propter maiorem vel minorem in aliis occupationem vel intentionem
vel propter fortiorem aut debiliorem per sensus obiecti representationem. Et adhuc forte potest causari non actus

intensior esse vel remissior propter consuetudinem vel dispositionem ipsius voluntatis et aliis multis modis et iterum acceptatio sequens vel refutatio quam in omnibus predictis est in potestate voluntatis intendit vel remittit complacentiam propter ceteras. Si autem loquimur de acceptatione et prosecutione in quibus non necessario ratio vel non habet locum tamen voluntas libere possit in hoc et in suum oppositum. Si si loquamur de illis in quibus necessario scilicet ubi est certum iudicium potest dici sicut prius quod actus acceptationis aut motionis in prosecutione potest esse intensior vel remissior multis de causis uno modo propter sensitivam complacentiam maiorem vel minorem vel alio modo propter intellectum iudicantem maiorem vel minorem bonitatem in obiecto vel plurimam vel minorem esse malitiam annexam ei vel propter attendere magis aut minus ad iudicium vel propter alium et alium consuetudinalem habitum vel dispositionem voluntatis et sic de aliis multis causis. Alie autem rationes de quibus in principio questionis mentio facta fuit et alie plurime quas diversi doctores huic inde adducunt procedunt viis suis vel potest solum sufficienter excedi hic et in tertio libro etc. Et sic finitur prima questio.

Modo solet queri utrum appetitus sensitivus possit movere voluntatem. Arguitur quod non quia 3° de anima dicitur quod agens est nobilius patiente et etiam movens moto. Appetitus autem sensitivus non est nobilior voluntate. Item voluntas non fertur in incognitum ergo potentia autem non cognoscitiva non potest movere voluntatem sed appetitus non est potentia cognoscitiva ergo etc. Item in hiis que non communicant in materia agens non patitur ut patet primo de generatione voluntas autem cum sit potentia abstracta non communicat in materia cum appetitu sensitivo et tamen ipsa movet appetitum sensitivum ut dictum fuit in 3° libro ergo ipsa non movetur ab eo. Oppositum arguitur quia de concupiscentia dicitur quod movere eum potest virtus superior particularis. Et idem videtur velle 3° de anima hoc enim videtur esse proprium in incontinente scilicet quod appetitus sensitivus vincat et per consequens moveat partem superiorem scilicet intellectum et voluntatem. Puto quod de ratione voluntatis prout distinguitur ab appetitu naturali sit quod non feratur in obiectum non cognitum et prout distinguitur ab appetitu sensitivo sit quod non feratur in obiectum non cognitum per intellectum propter quod videtur apparere quod sensus vel appetitus sensitivus non possit movere voluntatem nisi mediante prius intellectu. Sensum autem movere intellectum dicimus in hoc quod representat ei speciem obiecti propter quam vel mediante qua intellectus movetur ad intelligendum et hoc est cum intellectio sit species quam precedit de quo videtur dicere 3° de anima. Sed appetitum sensitivum dicimus movere intellectum in hoc quod intellectus aliter et aliter iudicat de obiecto appetitu existente in actu et non existente in actu vel ipso existente in alio et alio actu vel etiam in eodem actu intensiori aut remissiori ceteris eodem modo se habentibus. Et isto modo non est dubium quod appetitus sensitivus potest movere intellectum et per consequens voluntatem. Intentum voluntatis in materia est divisio quoad eius actum secundum alterum et alterum iudicium intellectus. Nam ut dicitur 2° rethorice non eadem videntur amantibus et odientibus neque iratis et mansuete se habentibus et hoc quidem explanatur. Modus autem per quem hoc fit est duplex scilicet positivus et privativus. Positivus quidem quia cum ex parte autem sit idem realiter sensus et appetitus sensitivus ut dicebatur in sexto sensibus in eo quod appetitus acceptat representat intellectui evidentissime eius bonitatem propter quam appetitus acceptat illud et omnem malitiam eius obumbrat. Ad quod enim appetitus maxime afficitur ad illud sensus maxime intendit. Et ita etiam sensus in eo quod appetitus refugit representat intellectui evidentissime eius malitiam propter quam refugit illud. Intellectus autem est natus iudicare secundum exigentiam representationis sibi facte per sensum nisi revocetur ad considerationem ab aliis propter nullus. Et ideo non est mirum si intellectus aliter iudicat de obiecto appetitu acceptante ipsum et refugiente. Modus autem privativus est quia cum intelligentem quemcumque necesse sit fantasmata speculari sensu ligato vel perturbato fantasmatibus impossibile est intellectum exire debite in actum suum passiones autem

appetitus sensitivi enim non sunt sine corporali passione ligant sensum vel perturbant fantasmata per
sanguinis et spirituum commotionem propter quod intellectus non potest videre verum et si aliter videbat oportet quod cedat ab illo actu. Ad primam rationem dicendum est quod appetitus non movet principaliter voluntatem sed solum quia movet intellectum qui movet vel principaliter vel solum dispositive secundum diversos diversimode opinantur moveri voluntatem. Quod autem sensus cum non sit honorabilior intellectu possit ipsum movere videndum est 3° de anima. Sensus enim vel non movet intellectum tamquam principalis motor vel non movet ipsum ad eius principaliorem operationem propter quod non oportet quod sit nobilior eo. 4a ratio soluta est per hoc quod appetitus non movet voluntatem nisi mediante intellectu. Ad aliam dicitur potest quod omnes potentie anime conveniunt in una substantia anime que eadem existens se habet per modum subiecti ad eas. Vel dicitur quod sensus non movet ipsum ut principalis voluntatem aut etiam intellectum sed representans intellectui suum obiectum quo mediante intellectus et voluntas movent in se intellectionem et volitionem. De his aliqua dicta fuerunt in 3° libro forte tamen vel plus quam ad subiectam materiam. Et sic finitur questio.

Consequenter queritur in ordine octavo utrum materia propria seu obiectum proprium continentie et incontinentie sint delectationes tactus et gustus. Arguitur quod non quia nomen continentie sumitur ex tenere se in bono contra impetum passionis sed hoc contingit in omnibus passionibus et maxime circa iras et timores que sunt valde forte impetu ergo continentia et incontinentia non sunt solum circa delectationes tactus et gustus. Item Tullius 2° rethorice diffiniens dicit continentia est per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. modo cupiditates maxime videntur esse circa pecunias. Similiter etiam Seneca in libello de 4or virtutibus cardinalibus dicit quod si continens esse vel animi esto benignus nemini blandus parcus familiaris omnibus equus. Hec autem de continentia et alia plurima que in dicto libro posita sunt de continentia non solum respiciunt delectationes tactus et gustus. Item delectationes bestiales sunt delectationes tactus et gustus ubi tamen continentia et incontinentia non inveniuntur secundum Aristotelem. Item continentia solum attribuitur venereis solum delectationes autem tactus non sunt in venereis solum ergo etc. In oppositum arguitur est quod vult quod continentia et incontinentia sit circa eandem materiam temperantie et intemperantie que propria materia sive propria obiectum sunt delectationes tactus et gustus vel per se et per accidens tactu solum sicut apparuit in 3° libro. 4a conclusio dicatur prima distinguendo quod delectabilium quedam sunt necessaria alia non necessaria. Necessaria sunt cibi et potus venerei actus. Nam cibi et potus sunt necessarii ad salutem individui venerei autem actus ad conservationem speciei. Alia autem sunt delectabilia non necessaria sed honestiora sicut sunt honor lucrum ludi melodie et multa alia. Tunc secunda conclusio est quod temperantia et intemperantia simpliciter non sunt nisi circa delectationes maximas secundum tactum in cibis et potibus et venereis actibus ut in 3° dictum fuit. Tertia conclusio est quod continentia et incontinentia simpliciter sunt circa easdem delectationes et non circa alias. Et intellige dicta delectabilia esse necessaria secundum genus non secundum omnem modum ipsorum. In excessu enim non sunt necessaria sed nociva valde. Has autem conclusiones determinat Aristoteles solum ex modo loquendi et utendi dictis nominibus proprie sic. Quia si quis excedit in appetitu lucri vel honoris aut in ira vel amore filiorum vel parentum vel in delectatione picturarum vel animalium vel melodiarum vel huiusmodi immoderate sicut in cibis et potibus et venereis actibus nunquam ipsum dicimus incontinentem simpliciter sed modo cum adiunctione addita dicimus ipsum incontinentem lucri utputa vel honoris. Si autem excedat in cibis et potibus et venereis actibus et in aliis hiis excedens

dicemus ipsum simpliciter incontinentem. Et ad hoc Aristoteles apponit signum quia incontinentia vituperatur non
solum ut peccatum i. ut dissonum recte rationi sicut malitia sed quia dicimus homines similiter secundum modum malum hominem tamen
per incontinentiam peccamus moraliter sicut et per intemperantiam. Nullum autem excedentium in predictis
intemperatum tamen malum hominem quod videtur esse quia non est in talibus morale peccatum nisi illo tantum quo
consequentur peccatum contra virtutes cardinales sicut dictum fuit in 2o libro. Item aliud signum
apponit Aristoteles quia circa eandem materiam videntur esse molles et incontinentes ut dicetur in isto septimo. Molles autem non
dicuntur circa pecunias aut honores sed circa passiones tactus. Item etiam aliud signum apponit quia multi dixerunt idem esse
incontinentem et intemperatum non autem idem esse incontinentem et illiberalem vel tymidum [?]. Et similiter idem esse
continentem et temperatum non autem idem esse continentem et liberalem et magnificum. hoc autem ex eo videtur esse quia
continentia et incontinentia sunt circa eandem materiam temperantie et intemperantie. Item adhuc apponit aliud
signum quia continentem magis laudamus contra delectationes de refugiendo quam de acceptando et prosequendo. Secundum eam
contra delectationes magis laudamus aliquem de studendo an diligentia ad lucrum ad honorem ad amorem filiorum vel
parentum ad resistendum iniuriis et huiusmodi si non minus superexcedat quam de refugiendo hec
etiam ergo est. Aliqui enim considerant predicta attendendo ad quod nomen sunt rationabiliter dicendum quod continentia
a continendo dicta quandam refrenationem importat. refrenatio autem magis habet locum in impul-
su ad prosequendum quam ad fugiendum. Nam in difficilibus aut terribilibus sustinendis aut
repellendis magis habet locum firmitas circa que dicitur postea constantia quam refrenatio proprie loquendo propter
quod continentia proprie non habet locum circa materiam fortitudinis. Eorum autem que ad prosequendum habent contra ipsa
sunt quedam secundum naturam sicut cibi et potus et venerei actus ut dictum fuit. Alia autem non sunt naturalia
ut pecunie honores victorie ludi et talia. Natura autem que non deficit in necessariis sic
inclinat in superfluis fortiorem vel saltem magis communem dat impulsum ad prosequendum
naturalia quam alia propter quod magis indigemus refrenatione circa ea. Ergo continentia cum refrenationem importat ut dictum est
solum habet locum proprie loquendo circa cibos et potum et venereos actus circa que versatur temperantia. Secundum eos sicut quod sit circa
delectationes tactus predictas est dare habitum in virtute moderantem proprie passiones et proprie detinentem
appetitum ne rebellet in aliquo rationi sed consonum ei per omnia quam vocamus temperantiam et alium habi-
tum non sic moderantem passiones quin appetitus rebellet rationi non permittentem tamen vinci ratione quem vo-
camus continentiam sicut dictum fuit ita oportet circa alias passiones habitus proportionales predictis. Illorum
autem habituum virtuosi qui proportionantur temperantie habent propria nomina sibi imposita ideo propter similitudi-
nem proportionis nomen continentie transfertur ad significandum illos habitus non tamen simpliciter sed cum ad-
ditione verbi gratia circa timores dicitur continentia timoris circa pecunias continentia lucri circa iras continentia ire et
sic de aliis. Et hoc intendit Aristoteles cum dicit Cum excedentes circa talia simpliciter quidem non dicimus incontinentes
nec apponentes autem pecuniarum incontinentes et lucri et honoris et ire. Sic ergo continentia et incontinentia simpliciter
sunt solum circa delectationes tactus predictas vel est circa alias aliquas cum additione ad predicta. Sic de temperantia dictum fuit in 3o libro.
Secundum circa alias passiones dicuntur continentia et incontinentia secundum quid sive secundum appositionem et tamen appositione ut in ira non secundum quod circa delectationes
tactus temperantia et continentia sint habitus magis proprie distincti aliquo modo quantum est ex natura rei quam habitus proportionales circa
alias passiones sed solum quia nomen continentie secundum proprietatem sermonis et usum communem vocabuli magis appropriatur illis pas-
sionibus quam aliis. Sed contra quare nomen proprium magis assignatum fuit tali habitui circa passiones istas quam circa ali-
as. Ergo forte potero respondere quod causa fuit vocabulorum institutio. Nomina enim sunt significativa

ad placitu

ad placitum uel forte quia hoc fiunt per coniones et magis necessarium usum illarum passionum quam aliarum
Ad rationes igitur dicendum est Ad primam concedo est quod continentia se extendit ad omnes passiones
circa quas sunt uirtutes morales si large utamur isto nomine sed non simpliciter Ad aliam solutam satis fuit
in hac questione immo 7a et in 2a 3a libri ubi dictum est quomodo Tullius et alii utuntur nomine temperantie et nomine
continentie Ad aliam potest dici quod si circa passiones enim et operationes bestiales aliquando inueniatur proprie
continentie et incontinentie tamen ibi non est proprie continentia et incontinentia simpliciter sed secundum appositionem puta
continentia uel incontinentia bestiales eo quod bestialitas posita fuit extra terminos uirtutis humane ut
dicebatur Ad quod etiam in ista ratione fuit assumptum uidelicet quod circa delectationes tactus et gustus
non est concedendum proprie immo bestialitas inuenitur et circa illas passiones ut dicit aristoteles est quod
aristoteles non attribuit continentiam et incontinentiam uenereis solum sed tantum nomine temperantie et temperantie Si
autem aliqui doctores nominibus utuntur solum in uenereis hoc facere possunt quia uenerea similiter ad plures et quia
forte circa uenerea magis indigemus refrenatione quam circa cibos et potus iuxta illud in 7o huius Concupiscentia
uenerea deceptio est que furata est intellectum spisse sapientis etc. est finis huius questionis

Undecimo queritur consequenter utrum incontinentia ire sit minus
turpis quam incontinentia concupiscentie Arguitur quod non primo turpior est quia quanto difficilius
passioni resistere tanto minus turpe est uinci ab ea et sequi impetum eius propter quod
dicit aristoteles in isto septimo Non enim si quis a fortibus et superexcellentibus delectationibus uincitur
uel tristitiis admirabile sed condonabile Sed difficilius est resistere concupiscentiis quam
ire unde dicitur secundo huius quod difficilius est uoluptati pugnare quam ire Item secundo incontinentia est peior
quam depravat partem anime nobiliorem Sed incontinentia ire est huiusmodi depravat enim appetitum irascibilem qui est nobilior con-
cupiscibili quia inclinatur ut communiter dicitur ferri in magis et ardua concupiscibilis autem in humiliora Item illi incontinentes
sunt turpiores et peiores quos omnes communiter magis timent et magis fugiunt Sed omnes communiter magis
timent et fugiunt incontinentes ire quam incontinentes concupiscentie igitur etc. Item per oppositum rationem aristotelis
arguitur sic quam passiones extinguunt rationem ut mania uel alia infirmitas peccantium et turpitudinem excusant igitur illa con-
tinentia est peior que est cum maiori usu rationis sed incontinentia ire est huiusmodi ut dicit aristoteles igitur etc. Quia
illa est turpior quam est propter passiones minus naturales prout aristoteles uelle uidetur inclinatio enim naturalis uidetur aliqualiter
mitigare et excusare peccatum sed concupiscentia uidetur naturalior quam ira quod probatur quia obiectum concupiscentie est
naturalius quam obiectum ire Cibi enim et potus qui sunt de necessitate salutis humane sunt naturaliores quam uindic-
ta uel punitio Secundo quia illud est naturalius cuius oppositum est innaturalius Sed tristitia que opponi-
tur delectationi circa quam est concupiscentia est innaturalior quam mansuetudo que opponitur ire primo
homo est naturaliter animal mansuetum tristitia autem stupefacit et corrumpit naturam habentis 3o huius 3o quia
passio est naturalior quam est nobis coniunctior et que est magis conutrita nobis ex pueritia sed delecta-
tiones circa quas est concupiscentia sunt huiusmodi ut supra 2o huius igitur etc. Item peccatum est turpius quod fit
manifestum unde dicitur est Si non caste tamen caute Sed incontinentia ire est manifestior ut dicit aristoteles igitur
etc. Item secundo incontinentia est peior quam est iniustior ut dicit aristoteles sed incontinentia ire est iniustior probatur quia uentre est forte
iniusta concupiscentia eo quod si iniustius et iniustius dicitur attendi secundum effectum iniuriarum ad quos ipse tendunt nunc ira
tendit ad iniustum quam concupiscentia quia ad homicidium igitur etc. Oppositum determinat aristoteles dicit enim aristoteles quod incontinentia
concupiscentie est turpior quam incontinentia ire quod probatur rationibus aristotelis primo quia incontinentia est turpior quam minus uin-

rectitudine rationis. Concupiscentia autem est minor quia est magis et per se non. Sed minor propter quod concupiscentia non utitur ratione aliquo modo sed omnino solum quia sit delectabile movetur ad fruendum. Secundo autem aliquis est ira preter motum ire videlicet talis expellendus est iniurians et puniendus est iniuriator. Irascitur autem qui fecit iniuriam et contra factum homo credens ad puniendum sed inclinatur ira sentit et movetur ad punitionem plus aut aliquo quam deberet non enim perfectis rationis operatur sine modo sequens passionem. Item tertio incontinentia est turpior que operatur secundum passionem minus naturalem quam inclinatio naturalis videtur aliqualiter excusare vel diminuere peccatum. Qui enim sine naturali inclinatione operatur ex malitia operatur. Sed ira et passio magis est naturalis quam concupiscentia ideo sed quam dicitur incontinentia concupiscentie. Minor declaratur quia dicuntur eundem sensum est quia concupiscentie sunt duplices. Quedam sunt communes sicut concupiscentie cibi et potus communiter assuetorum et necessariorum ad vitam communiter naturales. Alie sunt concupiscentie superflue sicut cibi et potus delicatorum non assuetorum vel ultra modum assuetum delicate preparatorum. Alie etiam concupiscentie cibi et potus communiter assuetorum in extremissimo concupiscentie communes sunt valde naturales. Nam enim necessitat nos ad eas propter salutem vite. Sed alie tales concupiscentias non est incontinentia immo contra superfluas consistit in excessu usu ciborum et potuum aut in fluentia appetitu minus delicatorum. Non ira est naturalior quam tales superflue concupiscentie. Cuius signum potest accipi parentum magis transfundi in filios quam concupiscentia. Causa est quia ira est in corde hic primum, concupiscentia autem magis in renibus. Calor autem cordis est principalis et qui est fecit semine totius corporis et non complexionem renum. Et ex his sequitur propter ira est naturalior quam concupiscentia quia ira est magis naturale membrum quam renum.

Item predictis rationibus potest addi talis ratio. Incontinens aliquis potest operari male multipliciter: uno modo ex [illegible] propter fortitudinem sibi passionatum; secundo propter naturalem complexionem per quam multum inclinatur ad obediendum passioni; tertio propter pigritiam voluntatis negligentis resistere passioni; quarto modo propter consuetudinem frequentandi passionem. Modo in primis duobus modis quanto causa est maior tanto peccatum est magis veniale propter hoc quia cause non sunt in potestate nostra. Sed in aliis duobus modis quanto causa est maior tanto peccatum est turpius et minus excusabile propter hoc quia ipse sunt ex culpa nostra prout naturale distinguitur contra voluntarium. Prime due cause sunt naturales et due posteriores sunt voluntarie. Peccatum autem est maius quanto magis est voluntarium et minus quanto est magis naturale. Constat autem quod omnino nec est fortior impetus quam omnium concupiscentiarum superfluarum quia difficilius est tristitiam ex iniuriis sustinere quam a delectabilibus et specialiter superfluis abstinere. Cum hoc quantumcumque ratio dictat non sustinere iniuriam sed repellere, propterea autem non dictat sequi superfluas delectationes. Item est naturalis inclinatio ad iram fortior est quam ad concupiscentiam superfluam quia complexio indifferens disposita ad iram temperatam aut magis ad concupiscentiam. Ceteris autem inter cetera vis quanto est fortior actionis et impetuosior ratione.

Item in quarto ad articulum incontinentia est turpior quam insidiosius et magis occulte operatur ad nocumentum aliorum sed incontinentia in concupiscentia est huius. Declaratur statim maxime quia quilibet nocumentum inferre et talis magis causis patet. Concupiscentia autem specialiter in venereis [illegible] factum patitur suam delectationem et infert dampnum et tristitiam multam et omnino aufert maxime delectationem de quo visum fuit sicut in secundo libro. Etiam concupiscentia nititur ab alio auferre bonum virtutis, ira autem non sed bonum corporis aut exteriora bona. Item sicut intemperantia ad iracundiam ita incontinentia concupiscentie ad incontinentiam ire. Sed intemperantia turpior est quam iracundia quia intemperantia malitia est simpliciter sed quam dicimus hominem simpliciter malum iracundum autem non sic, et cetera. Istam rationem novit Aristoteles dicens quod incontinentia simpliciter est malitia aliqualiter videlicet quod ipsa est aliqualiter intemperantia [illegible]. Item cum iniustitia sit prelata virtutum et iniustitia pessima malitia, ideo incontinentia est turpior que est iniustior; sed incontinentia concupiscentie est iniustior multo quam incontinentia ire. Probatur primo quia magis iniuriat

qui cum delectatione iniuriatur quam qui cum tristitia operatur eum magis voluntarie et involunta-
rium auget culpam. Sed concupiscentia iniuriatur cum delectatione ut in adulterio. Ira autem semper cum tristi-
tia etc. Secundo quia in ira non est proprie iniuria sed in eo qui movet ad iram. In concupiscentia vero est iniuria
propter quod est iniustior et iracundia quia qui propter concupiscentiam vult inferre nocumentum est peior quam qui propter iram contemptum est quam propter iram
vult inferre nocumentum licet causa sit iniuria sibi facta alter autem non etc. Sed cum iniustitia est iracundia turpior est
iniustitia propter quod iterum concludi potest quod concupiscentia sit iniustior. Hic ergo videtur mihi dicendum
circa ad dictam conclusionem. Et dicam quod recolligendo et addendo quod incontinentia irae est
minus turpior. Primo in ordine ad operantem. Secundo in ordine ad alium circa quem operatur. In ordine autem
ad operantem multipliciter. Primo ex parte obiecti quia obiectum irae est fortius impulsionis. Secundo ex parte naturalis
complexionis quia complexio inclinans ad iram est activior. Tertio ex modo operandi quia ira
magis utitur ratione. Quarto ex parte instinctus quia incontinentia est peior iracundia et incontinentia concu-
piscentiae est aliqualiter intemperantia. Deinde incontinentia irae est minus turpis in ordine ad alium
videlicet quia est minus iniusta multipliciter. Primo ex parte motivi quia iratus propter iniuriam sibi
illatam habet occasionem iniuriandi, concupiscens autem non. Secundo ex parte nocumenti quod
infertur quia ira nocumentum infert secundum corpus aut secundum exteriora bona aut saltem
trahens alterum ad peccatum. Tertio ex modo operandi quia concupiscentia iniuriatur insidiose et
cum delectatione, iratus autem non. Ad rationes ergo dicendum est ad primam quod difficultas pug-
nandi concupiscentiae provenit communiter ex assuetudine vel pigritia voluntatis sicut patet videlicet ex 2a
q. 2i libri. Talis autem causa non excusat peccatum sed deturpat. Difficultas autem pug-
nandi irae provenit ex causis magis naturalibus sicut dictum fuit. Ad aliam patet dicta quod incontinentia con-
cupiscentiae deturpat non solum appetitum sensitivum sed et voluntatem et magis incontinentia concupis-
centiae. Vel dicendum est quod ratio valet de appetitu concupiscibili et irascibili sed sicut prius
dicebatur supponendo per hoc quod concupiscibilis sit circa passiones viliores et irascibilis circa
arduas. Tunc dico patet ad oppositum adductum magis cum culpabile est appetitum qui vincitur propter debi-
liorem passionem. Ad aliam dicendum est quod vulgus magis communiter timet mortem vel lesionem corporalem
aut pecuniae vel honoris amissionem quam mentis deturpationem per intemperantiam. Sapientes autem et
virtuosi e contrario se habent. Ideo quod ira magis timetur a vulgo sed forte non a sapientibus. Vel
diceretur quod ira magis timetur quia terribilior est propter actum impetuosum ipsius et non quia peior sicut pos-
tea dicetur de bestialitate. Ad aliam dicendum est quod usque communiter incontinentia vel intemperantia non tollitur nisi
depravatur. Et si aliquando tollitur hoc est ex malitia notabili. Ad aliam dictum fuit quod ira est passio
naturalior, nunc tamen oppositum videbatur dictum fuisse in q. 12 secundi libri. Sed si quis at-
tente consideret totum concordat. Nam cum dicitur naturalior quod procedit a principio intrinseco magis naturali
scilicet a corde sicut dictum fuit. Sed concupiscentia dicitur connaturalior sive convenientior appetitui quia
causatur ab obiecto convenienti appetitui. Sed non est ergo naturalitas id est similitudo nec in concupiscentia inter obiectum
et appetitum quae non est in ira propter quod dictum fuit quod concupiscentiae operatio auget conatum. Et hoc etiam
probant rationes hic adductae et non plus. Ad aliam dicendum est quod ceteris paribus peccatum manifestius
est turpius. Sed si occultatio fiat in fraudem ad decipiendum ipsa auget peccatum sicut est de
concupiscentia quae palam promittit maximam delectationem et sub eius specie venenum occultum etc. In

corporis infunditur. Ad aliud dicendum est quod concupiscentia est iniustior ita quod ipsa magis iniustitie modum participat. Ira enim de post se non attendens in iustificatorem licet excedat. Illam enim tunc repulsio et punitio in qua tenditur ira uidetur esse quedam iustificatio. Sed concupiscentia fertur in uenereis statim ex directo non attendens in iustificatorem. Venus enim mater mulierem quam nullus sibi fecerat … et trahens in peccatum et decipit et ualde fraudulenter quia delectationem et amicitiam maximam pretendens. Et hec est finis questionis.

Undecimo queritur utrum incontinentia sit peior quam bestialitas. Arguitur quod non quia sicut se habet heroica ad temperantiam in bono ita bestialitas ad intemperantiam in malo cum utrique opponatur utrique. Sed heroica est melior quam temperantia, ergo etc. Item homo quanto plus recedit a medio tanto est peior. Sed bestialis plus recedit a temperantia quam intemperatus quia per eius minimum excessum transit limites humane condicionis, ideo etc. Item in contrariis distantibus maxime in eodem genere … pessimum quod contrariatur optimo habitui. Sed bestialitas contrariatur optimo habitui scilicet heroice, ideo etc. Item malum quanto est peius tanto uidetur esse terribilius. Sed bestialitas est terribilior ut dicit Aristoteles, ideo etc. Oppositum dicit Aristoteles. Sciendum est quod concupiscentie et delectationes quedam sunt humane et quedam inhumane. Humane autem dicuntur que sunt ciborum et potuum qui consueuerunt sumi ad humanum usum. Inhumane autem ciborum et potuum non assuetorum ut si quis comedat pueros uel gattos uel mortuos. Inhumane ergo concupiscentie pertinent ad bestialitatem. Humanarum autem quedam sunt naturales et generis et magnitudinis, quedam sunt innaturales aut generis aut magnitudinis aut utroque modo. Sed naturales generis et magnitudinis ciborum et potuum non nimis delicate paratorum nec in excessiua quantitate sumptorum. Sed innaturales generis dicuntur ciborum et potuum ultra modum delicate paratorum. Innaturales autem magnitudinis sunt si in nimia quantitate sumantur. Concupiscentie ergo humane et naturales pertinent ad temperantiam, humane autem et innaturales pertinent ad intemperantiam. Item sciendum est quod aliqui trahuntur ad concupiscentias inhumanas similiter uno modo per electionem propter prauam consuetudinem et maliciam uoluntatis. Alio modo propter orbitatem id est propter defectum sensuum interiorum sicut est in maniacis uel in his qui fatui sunt a natiuitate. Alio modo propter passionem ut in mulieribus … in quibus … appetitum ut quedam uolunt comedere carbones aliqui terram. Alio modo propter aliquas egritudines ut in febricitantibus.

Nunc ergo ego puto si quis primo modo trahatur propter maliciam uoluntatis et propter pessimam assuetudinem ad concupiscentias inhumanas et fiat in hoc bestialis quod talis bestialitas est peior quam intemperantia … ut bene adducunt … adducte. Sed bestialitas procedat aliis de causis. Ego puto sicut dicit Aristoteles quod ipsa sit terribilior quam intemperantia sicut minima mala. Dico autem terribilius quia aliquid ex eo dicitur terribile quia uehementer habet impetum et est terribilius ualde si sunt inconsueta. Bestialitas autem uehementior est impetus propter non deliberare sed in sensu solum est et inconsueta propter quod in paucissimis potest inueniri ut dicit Aristoteles. Sed quod intemperantia sit multo peior probat Aristoteles multum bene quia peior est ille habitus qui deprauat hominem secundum partem superiorem scilicet intellectum et uoluntatem quam qui deprauat solum partem sensualem. Sed bestialitas deprauat solum partem sensualem quia bestialis non habet usum rationis propter electionem impeditam ab egritudine uel infirmitate uel orbitate. Cum enim non potest uti ratione et electione ipse non potest uti eis male propter quod intellectus et uoluntas in eo manet uacua ab omni malicia uel bonitate morali. Intemperantia autem corrumpit id est deprauat et inficit intellectum et uoluntatem. Intemperatus enim male operatur ex electione. Sic ergo … est peior … bonum … in malo puta … intemperati est peior quam in homine bestiali. Item … est peior … et homo iniustus peior quam iniustitia. Sed malitia humana … est intemperantia sicut se habet bestialitas … ad … et sicut homo iniustus ad iniustitiam. Ergo intemperantia est peior. Maior probatur quia prauitas quanto plus habet de principio directionis id est cognoscitiuo et ordinatiuo tanto plus habet nocere et ideo tanto

peior. Sevissima enim est iniustitia habens arma. Aliud autem plus habet de principio cognoscitivo quam tantum et
homo iniustus quam iniustitia quoniam iniustitia per se supra tale tamquam per se sine cognitione. Homo autem iniustus in se habet rationem
ostendentem iniustitie modum et formam agendi male. Minor autem patet quia intemperantia habet usum rationis,
bestialitas autem non vel absque ratione aliqua. Patet ideo formaliter perversitas quanto plus habet de principio cognosci-
tivo tanto est peior et nocentior. Propter quod inviste sive in virgiste et ubi ingenia et subtiles in
agentibus si depravaverentur fiunt nocentissimi. Sed intemperantia plus habet de principio cognoscitivo quam bestialitas
ideo etc. Propter solam rationem sciendum est quod heroyca temperantia et intemperantia sunt habitus electivi et
similiter etiam prima bestialitas quam peiorem esse dicimus intemperantia. Et omnes illi habitus in eodem genere
continentur scilicet in genere habitus electivi in quo genere contrariantur extreme scilicet boni et mali
heroyca et bestialitas. Propter quod de ista bestialitate bene concludit tres propositiones in principio questionis adducte sic
dicti prius. Sed bestialitas alio modo accepta quia scilicet est sine usu rationis non est eiusdem rationis cum pre-
dictis habitibus cum ipsa non sit habitus electivus ideo non contrariatur heroyce proprie nec se habet ad
intemperantiam in malo sicut heroyca ad temperantiam in bono. Nec bestialitas recedit a temperantia se-
cundum malitiam electionis. Sed per carentiam eius magis recessus per carentiam non est peior quam
recessio per malitiam. Et sic patet quomodo debeant solvi omnes rationes etc.

Sextodecimo queritur utrum continentia sit habitus melior quam perse-
verantia. Dicitur quod non quia idem non est melius seipso. Sed continentia et perseverantia
videntur esse idem habitus. Probatio quia idem videtur esse habitus circa contrarias passiones.
Contrariorum enim eadem est disciplina. Et videmus videlicet quod eadem est fortitudo circa timores et au-
dacias. Sed continentia et perseverantia sunt circa contrarias passiones scilicet circa delectationes et tris-
titias tactus ut vult Aristoteles. Et confirmatur quia continentia et perseverantia se habent ad temperantiam
sicut habitus imperfecti ad perfectum. Modo non videtur ideo quare circa delectationes et tristitias tactus de-
beant esse diversi habitus imperfecti magis quam diversi perfecti. Et tamen circa eas ponitur solus habitus
perfectus scilicet temperantia ideo etc. Item secundo huius circa difficilius semper ars et virtus et circa bonum melius
in hoc. Sed perseverantia videtur esse circa difficilius quoniam ipsa est circa tristitias et continentia circa delectationes.
Dicitur autem secundo huius quod difficilius est tristitia sustinere quam a delectationibus abstinere. Ergo perseverantia est
laudabilior. Oppositum determinat Aristoteles. Oportet primo videre convenientiam et differentiam inter continentiam et
perseverantiam. Et oportet supponere quid est quod dicitur per nomen cum hoc sit ad philosophum. Vult ergo Aristoteles quod
perseverantia sicut opposita mollicie sicut incontinentia continentie et quod mollicies et perseverantia sicut continentia
et incontinentia sunt circa easdem materias temperantie et intemperantie scilicet circa delectationes tactus et gustus in cibis
et potibus et venereis actibus et circa tristitias his delectationibus oppositas. Sed continentia
et incontinentia circa delectationes. Sed perseverantia vero et mollicies circa tristitias. Hec
omnia sicut dicit Aristoteles secundum proprium usum nominum in ... sit. Sed statim contra hoc obicitur quia
dicit Aristoteles lusivum esse mollem et tamen delectationes lusive non spectant ad materiam temperantie vel intemperantie
sed ad materiam eutrapelie que est circa ludos quarto huius. Tamen dicit temperantie intentio Aristotelis excipe a materia temperantie
omnes delectationes lusivas puta in narratione fabularum in melodiis et in gignasiis.
Ergo perseverantia et mollicies non sunt circa eandem materiam temperantie et intemperantie. Solutio credo quod sicut
continentia sive quid sive large sumpta est circa delectationes aliquas circa quas sit a ... intemperantia ...

ita concedet aristoteles quod perseverantia et mollities secundum quid sive large sumpta sit
circa aliquas tristicias circa quas sunt alie virtutes primo forte quod in ordinatione nostra nos ita voluimus uti
nomine perseverantie circa materiam fortitudinis sicut circa materiam temperantie propter quod forte talis perseverantia
possunt esse partes fortitudinis in rethorica Sed non est mens aristotelis nostra significet ad plenum sic dicere pro
nominibus igitur circa quascumque materias contingit inveniri quod incontinentia sit secundum quam continentes opponunt
animi mala propter insequi delectationes mollities autem sit secundum quam a bonis operibus retrahimur
vel et delectationes inhonestas sequimur propter fugere tristitias Continentia autem perseverantia
sit secundum quam tenemur in bonis operibus superando tractum delectationis vel tristitie Et nunc dictum est
lusivus dicitur id est qui in ludis immoderando excedit quod hoc potest esse dupliciter uno modo cum propter aliquas distractiones
ludis propter delectationem que in ludo est et ita lusivus magis proprie dicetur incontinens quam mollis cum
incontinentia dicatur circa delectationis Alio modo potest insistere ludis propter fugere tristicias et requiescere a
labore non volendo tunc esse ociosum esse ex toto ideo quod solis onositas non est delectabilis Et ita lu
sivus dicitur mollis magis quam incontinens Et si secundum aristotelem nos dicerimus mollitiem simpliciter
esse que est circa tristicias spectantes ad temperantiam et mollitiem secundum quid que est circa tristicias alias ut in virtutibus
omnibus videre ad aliam virtutem magis spectat id est tristitia propter quam fugiam ludis insistimus Et nunc
secundum materiam exigentiam dicemus illum mollem esse vel mollitiem simpliciter vel mollitiem secundum quid
Si quod continentia circa materiam temperantie quam proprie est circa delectationes comparetur ad perseverantiam circa
materiam fortitudinis quam est magis circa tristitias dicemus quod eodem modo comparabuntur ad invicem sicut temperantia ad for
titudinem de qua comparatione satis dictum sunt in precedentibus Sed si comparemus eas ad invicem ut sunt circa materiam
temperantie sicut aristoteles videtur eas comparare videtur michi primo quod non sunt habitus distincti secundum substantiam
ipsius habitus secundum quod sunt distincti secundum modum illum secundum quem diximus in libris precedentibus eandem
virtutem in specie dividi in multas partes quod hic reiterare non oportet Sicut enim de virtute temperantie
dicebamus quod eadem virtus erit fortis potest tamen intelligi vel in ordine ad delectationes
vel in ordine ad tristitias Et secundum illos conceptus diversos nomina possunt ei diversa
imponi Ita possemus dicere de habitu temperantie incompleto qui nundum ad plenum exuerit
tractum passionum Idem enim erit secundum substantiam vocatum est in ordine ad tristitias perseverantia
hanc autem per demptitatem secundum talem continentie ad perseverantiam et incontinentie ad mollitiem notavit
aristoteles bene cum dicit quod non solum delectabilissimum persequens superhabundantias sed et tristium
fugiens similiter et sitis et caloris et frigoris dicitur incontinens simpliciter et non secundum appositionem hoc tamen non obstante
bonum querendum est secundum quam istarum comparationum maior sibi debeat attribui nobilitas de quo cum aristoteles dicendum
est quod continentia laudabilior est quam perseverantia hoc est dictum quod ille habitus dicitur laudabilior secundum quod est circa
delectationes quam secundum quod est circa tristitias hoc enim aristoteles intendit probare Ad cuius evidentiam
sciendum est quod obiectum materia temperantie sicut cibi et potus et venerea circa inferunt appetitui delecta
tionem per sui presentiam et tristitiam per sui absentiam nam circa cibos et potus appetitum non invenit tristitiam nisi
per absentiam ipsorum Si enim esset mollis vel intemperatus de sustinendo sitim vel famem non ... vel de non habendo
cibaria delicatissima et superhabundantia tristaretur ergo maior potest esse virtus qui non vincitur Sed continentia assistit ...
... et perseverantia ... non ... pro se ... delectationem ... vitare consistit in repellere ...
... posse ... sustinere ... delectationes circa quas est continentia non ... sustinere ... repellere

grorem tristitias autem vero quas est perseverantia non oportet expellere sed sustinere propter quod perseverare est tantum non victum continens autem est tantum victor. Secundo ratio non videtur valere quia sic sequeretur quod aggressio esset nobilior actus fortitudinis quam exspectare cum oppositum determinabatur in tertio huius. Quarta patet quia exspectatio videtur esse ad sustinendum et sic propter non vinci aggressio autem videtur esse ad repellendum et ita propter vincere. Ad hoc respondendum est quod vincere ceteris paribus est potentius quam non vinci et laudabilius. Secundum autem magis fortitudinis ceteris non sunt paria. Unde enim aggredi et vincere respicit inimicos debiliores. Exspectare autem et non vinci respicit fortiores sicut dictum fuit in tertio propter quod exspectatio est actus laudabilior quia difficilior. Econtrario autem est in proposito. Nam delectationes quas oportet expellere sunt fortiores impetus quam tristitie quas oportet sustinere propter hoc quod obiectum ut dictum fuit infert delectationem per suam presentiam et tristitiam per suam absentiam. Obiectum autem [illegible] est movere fortius presens quam absens. Unde ratio continentis spectat et precipue attendit in hoc quod delectabilibus presentibus non utatur eis plus vel aliter quam oportet. Ratio vero perseverantie magis in hoc attendit quod delectabilibus absentibus non propter tristitiam de absentia illorum moveatur ad querendum ea ut plus vel aliter quam oportet. Modo non est dubium quod fame vel siti vel appetitu coeundi et huiusmodi paribus existentibus facilius est non querere cibum delicatum vel non querere lasciviam mulierem quam non uti [illegible]. Presentia namque obiecti auget concupiscentiam. Et ex hoc videtur evidenter quod continentia sit laudabilior et etiam difficilior propter duo. Primo quia habet agere contra fortiorem impetum. Secundo quia oportet non solum non vinci ab eo sed vincere ipsum. Ex iam dictis apparet quid sit respondendum ad primam rationem. Et similiter ad secundam. Nam licet [illegible] quod difficilius est tristitia sustinere quam a delectabilibus abstinere in tanta sua [illegible] ubi [illegible] tamen per prius [illegible] sic est in actibus fortitudinis [illegible] est difficilius sustinere [illegible] vulnera et labores in bello et timorem mortis quam a delectationibus superfluis abstinere. Sed de tali tristitia non est ad propositum. Et sic finitur questio.

Quartodecimo queritur utrum intemperatus sit peior quam incontinens. Et videtur quod non sicut arguit Aristoteles quia qui male agit non suasus sed dissuasus deterior est eo qui suasus agit. Et est enim minus sanabilis. Nam qui suasus agit dissuasus abstinebit. Sed intemperatus male agit suasus a ratione. In intemperato enim ratio et electio concordat passioni. Incontinens autem agit dissuasus bene enim rectam rationem egreditur ab ea et agit contra eam ratione. Item Aristoteles dupliciter ponit incontinentiam scilicet precipitationem quando propter non consiliari sequitur passionem et debilitatem quando consilians non manet propter passionem. Inter quas Aristoteles ponit precipitationem esse meliorem sive minus turpem. Videtur sic intemperatus esse turpior quam incontinens quia ipsa magis debet assimilari incontinentie meliori scilicet precipitatori. Sed hec est contra. Magis enim videtur assimilari precipitatori qui intemperatus [illegible] sine deliberatione prima sequitur passionem. Oppositum vult Aristoteles et arguit quod sicut temperatus ad continentem in bono ita intemperatus ad incontinentem in malo. Sed temperatus est melior ut dictum fuit prius. Ergo intemperatus est peior. Et confirmatur quia dictum fuit prius quia continentia et incontinentia sunt infra limites virtutis et malitie scilicet temperantie et intemperantie propter quod incontinentia videtur esse minus [illegible] quam [illegible] appetitus [illegible]. Ad [illegible] sufficientissime declarat hanc questionem in textu. Ideo non [illegible] nisi ad rationes ipsius exponendas. Dicit igitur Aristoteles quod intemperatus est multo peior quod probatur primo quia ille est peior qui in malis operibus suis non est penitens quam ille qui est penitens quia [illegible] status malitie est quod ille qui non est penitens magis voluntarie male operatur et peccatum est tanto magis quanto est

magis voluntarium. Sed intemperatus non est penitivus eo quod ratio et voluntas concordes sunt appe-
titui sensitivo. Incontinens autem est penitivus propter hoc quod extra passionem cognoscit se male egisse. Ergo intemperantia
est peior quia est insanabilior. Sed intemperatus est insanabilior cum non sit penitivus et impossibile est vel difficillimum
non penitentem de peccato abstinere per penitentiam. Per penitentiam autem fortificantur intellectus et voluntas in detestando
peccatum. Fortiores autem facti possunt resistere passioni ut in eius adventu non succumbant. Item
malitia continua est peior quam non continua. Sed intemperantia est malitia continua quia intemperatus et in
passione et extra habet corruptam rationem et electionem. Continentia autem est non continua quia electionem rectam et
rationem habet extra passionem. Alioquin non esset penitivus. Unde propter huius continuitatem intemperantie et discontinuitatem
incontinentie Aristoteles intemperantiam assimilat hydropisi et ptisi. Incontinentiam autem epilepsie. Que quidem
assimilatio valde conveniens esse videtur. In hydropisi enim est ab humore continua corporis depressio cui maxime
gulositas assimilatur. In ptisi vero est corporis ardor cui luxuria non assimilatur immo et totus intemperatus.
Intemperatus enim semper ardet super cibos et potus. In epilentico vero cerebrum opilatur unde et ad ter-
ram cadit epilenticus et pro tunc sensu privatur. Ita et in incontinente concupiscentia opilat rationem
ut decidat a rectitudine iudicii et in particulari iudicium rectum amittat. Quarto arguitur sic: ma-
litia secundum quam peccatum latet est peior quam illa secundum quam non latet. Est enim insanabilior. Unde Se-
neca in epistola. Epistola nona ad Lucillum dicit: Sic difficilius ad sanitatem pervenimus quia nos egrotare nesci-
mus. Et epistola: Quid non potest sic dicitur: Sed somnium narrare vigilantis est, ita vitia sua confiteri sani-
tatis indicium est. Item epistola: Peccant omnia vitia in aperto leviora sunt, morbi quoque tunc ad sanitatem
inclinant cum ex abdito erumpunt ac vim suam proferunt et avaricia igitur et ambitio et cetera ma-
la mentis humane tunc perniciosissima scias esse cum simulata sanitate subsidunt. Sed secundum intemper-
antiam peccatum latet quia ante nec post intemperatus ad rectitudinem iudicii revertatur. Secundum in-
continentiam vero non latet propter reverti ad rectum iudicium ut dictum est. Sed contra maiorem videtur obicitur per
unam considerationem primi rethoricorum. Illa bona que non latent publica sunt meliora quam ea que latent. Ergo
per locum a contrario mala que non latent publica sunt peiora quam que latent. Et confirmatur quia quanto
aliquis est peior et obstinatior in malitia tanto minus verecundatur palam peccare. Ergo secundum
maiorem malitiam peccata minus latent. Et per hoc obicitur contra minorem quia intemperatus mi-
nus verecundatur inhoneste sequi cibos et potus palam quam incontinens. Ideo secundum inconti-
nentiam peccatum magis latet. Solutio breviter dicendum est quod quanto malitia est maior tanto opus magis
apparet esse malum apud bonos qui rectum habent iudicium. Sed malitia quanto est peior et insanabilior quanto
eius opus minus apparet esse malum apud operantem quia tanto est plus habet rationem corrup-
tam et pervertit rationes hinc inde. Quinto arguitur sic: peiores sunt qui preconsiliati et preeligentes
malam actionem agunt male quam qui nec preconsiliati nec preeligentes ducuntur per passionem
ad agere male. Sunt enim magis per omnia corrupti et principium eorum est magis voluntarium. Sed
intemperati magis sunt preconsiliati et preeligentes quam incontinentes. Agunt enim intemperati secundum electionem
incontinentes autem non sed secundum passionem ut dictum est. Sed alicui videtur quod minor aliquis rationis est quia intemperatus enim esse delectabile
non petit consilium sed statim movetur ad fruitionem. Statuit enim sibi delectationem tamquam finem vite. Consilium autem non
est de fine. Et ex hoc postea arguitur quod incontinentia sit peior quia assimilatur incontinenti debili qui bene preconsili-
atur et non manet in consilio. Intemperatus autem assimilatur preuolanti qui sine consilio operatur statim post

debilem esse peiorem prevolante. Ad primum istorum dicendum quod intemperatus qui plene corruptus est secundum intellectum et secundum voluntatem statim sine consilio novo vel deliberatione nova sequitur delectationem turpem per malam assuetudinem corruptam fuit per insequi sepe delectationes inhonestas secundum consilium et deliberationem et electionem. Similiter intemperatus non consiliatur nec deliberet in operando secundum intemperantiam tamen habitum illum per quem operatur acquisivit per pravas consiliationes deliberationes et electiones. Et iterum si intemperatus non consiliatur de insequendo tamen consiliatur et deliberat cum maxima sollicitudine de medijs per que possit frui delectationibus. Et iterum multo turpius est aliquid turpe statuere sibi finem quam de eius acceptatione formidare et super hoc consiliari et deliberare. Ad aliud dicendum est quod inconsiliate insequens pravam delectationem potest esse turpis triplici de causa: quia ad hoc est consuetus et iste est intemperatus et pessimus quia si esset preconsiliatus operaretur secundum consilium idem et pravum. Secundo quia non potest uti consilio propter pravam infirmitatem vel egritudinem et talis est bestialis vel insanus et bestialis non simpliciter. Tertio quia non movetur nec attendit circumstantias turpitudinis quas si attendisset non fecisset malum. Et iste est qui aliquando vocatur prevolantem qui omnibus aliis est minus malus. Si enim considerat et de consideratione assuescat statim sanabitur et fiet valde bonus et tamen hoc ipse facile assuescat de consideratione quia peccavit et de turpitudine sua et de inconsideratione. Huic autem minime assimilatur intemperatus qui si omnino pudeat tamen turpitudini semper adherebit. Si quis autem illum vocare velit prevolantem qui non consideravit nec si considerasset abstinuisset dicam quod iste est peior ceteris et proximus intemperato. Item

secundo arguitur sic: ille est peior qui ex debili passione movetur ad male agendum. Sed intemperatus ex debilissima passione vel sine passione quia sine fame et siti querit cibos et potum et in istis est statim quod apparebit alias de re non patet. Item septimo peior est qui per habitum pravum prava operatur quam qui sine habitu prava operatur secundum passionem. Primus enim est simpliciter pravus secundo autem non. Sed intemperatus operatur prava per habitum pravum. Incontinens autem non habet habitum pravum sed operatur per passionem aliter ex passione non reduceret ad rectum iudicium rationis. Debemus ergo notare quod incontinentia non est habitus per se sed est dispositio quedam ad habitum. Unde tamen incontinens ex passione in rectam electionem nisi quod ipse sit dispositus ad temperantiam. Sed hoc est dispositio illa infirmitatis per quod cadit in adductu passionis. Ideo forte iam contentione magis attenditur ex infirmitate quadam bone dispositionis quam ex dispositione mala que si sit tamen possit quedam habitus mali sine tamen habitus malus imperfectus. Et non est inconveniens dicere quod multi sunt gradus incontinentie. Unus quidem qui fit solum per infirmitatem bone dispositionis. Et alius peior qui fit per dispositionem passionativam inclinantem ad malum. Item octavo arguitur: ille est peior qui suasus a ratione male operatur quam qui non suasus quia primo habet rationem depravatam et secundo quidem non. Sed intemperatus suasus a ratione et incontinens non ideo et cetera. Item nono arguitur sic: est enim mala que de facili reducibilis sua est et cetera transgredi quam qui non sunt incontinentes de facili reducibiles quam habet passione est facilius reduci quia removetur cessante passione. Ultimo arguitur sic: ille qui habet rectam existimationem ad principia practica melior est eo qui habet eam corruptam. Sed intemperatus habet eam corruptam quia iudicat omnes oportere insequi bonas delectationes tamen hoc sit simpliciter bonum et hoc est contra incontinentes autem illam existimationem non habent corruptam sed sciunt talem esse et malum sequi in istas delectationes ad quam tamen trahit non plene adiuvat adducit passio ideo et cetera. Et omnes iste rationes faciunt ad. Ad rationes igitur

adducta est. Ad primam quod arguitur potest esse suasa de aggressio aliquo malum duobus modis vel uno modo per alterum potentes cautelose rationes aliquas apparentes quod hoc facere sit bonum et tale actum est peius et tenemus quod dissuasa agere malum quam quod suasa. Alio modo per scripturas persuasionem et cetera. Et hoc iterum potest esse dupliciter: uno modo quod sit suasa tale quod est malum esse bonum propter ignoranciam

circumstantiarum eddentium opus malum quod si induisset recte iudicasset Et tunc adhuc non operatur ex ma
litia sed ex ignorantia vel invincibili vel suprema Item homo qui omnibus sibi notis et circumstantiis iudicat quod est
bonum esse malum Et tunc malus simpliciter et secundum totam animam corruptum unde sic melior est dissuasio Secundum
enim istum modum suasionis et dissuasionis procedebat octaua ratio et est fultia Aristotelis Alia ratio so
luta fuit in ponendo scilicet in solutione obiectionis adducte pro secunda parte ratione Et sic est finis questionis

Vndecimo queritur utrum immanentia opinionibus propriis sint uitu
perabiles Arguitur quod non quia qui respondens in disputationibus maxime laudatur si bene
et fortiter sustineat positam opinionem et maxime uituperatur si ad redargutionem eliqua
retur Videlicet opinionem positam negando uel eius oppositum concedendo Item alias non aliter opinioni proprie immanens nisi propter forti
tudinem rationis sed fortitudini rationis immanens est laudabile quia hoc sit uirtutem eius quod sanum est philosophie uirtute in
termino po[...] Item egredi ab opinione propter ad mollitiem et mobilitatem quod sit uituperabilis non
egredi non sed perseuerare in opinione propter ad perseuerantiam et constantiam quod sit laudabilis ergo oppositum
Arguitur quia tales uocat indisciplinatos et agrestos et magis siles indocentibus quam docentibus Aliq
stamen dicunt quod immanens falsis opinionibus est uituperabile et ueris laudabile Sed forte non est malum ple
distinguendum quoniam cum sit simpliciter bonum immanens ueris opinionibus et malum immanens falsis opi
nionibus tamen propter circumstantias et modum immanendi aliquis posset male immanere ueris et bene falsis nam
immanens pertinacius opinionibus suis propter multas causas propter efficaciam rationis et hoc est semper laudabile et non imma
nens uituperabile et malum siue opinio fuerit uera siue falsa Verum enim ratione efficacie quia est circumstan
tiis omnibus possibilibus attendi attentius iudicat recte secundum exigentiam ipsarum licet quod iudicata
sit falsa propter inuincibilem ignorantiam alicuius circumstantie uerbigratia licet iudex per falsos testes fuit
informatus de falso presupposito tamen omni diligentia debita de inquisitione ueritatis in examinatione
testium et in aliis non est uituperabile sed laudabile tali informationi immanens quoniam ueritas non
poterit aliter apparere Causa vero est quia non habemus principium nisi mentem hanc dictum nisi ratione tamen
uel reductum in ratione sed sit possibilius ratione uel utens ratione tanquam mediatrice si sit pius
ratione quod rationi diligenti immanens oportet Secundo aliquis potest aliquam habere opinionem et immanere ei
propter malitiam et hoc est semper uituperabile et malum Sicut enim malitia male bene operatur Secundum
naturam contrarius immanens opinioni quod sit rapiendum et uituperium quod sit mechandum Tertio potest aliquis habere
opinionem et ei immanere propter passionem et hoc uere est uituperabile si passio sit innata communiter inclinare ad
opus turpe hoc enim esset propinquissimum malitie Sicut passio communiter inclinat ad opus bonum sicut est
amor filiorum uel parentum adhuc non est bonum immanere opinioni pure propter passionem quoniam pas
sionem continentie est excessiuum uituperabile sed autem possit alias opinioni false et uituperabiliter immanere sicut
Aristoteles recitat in primo 7o de Niobe quod propter amorem nimium filiorum opinata est eos prefecturos esse
deos Sed immanens opinioni non est uituperabile immo laudabile si ratio fuit causa principalis immanendi et
passio concausa Si enim ratio non uteretur aliis passionibus esset nobis data sed ut Natura
autem non frustra facit propter hoc dicitur in 3o huius quod fortitudo operatur et furor cooperatur unde et dicitur
in 7o huius Non omnis qui per delectationem aliquid operatur est intemperatus siue prauus siue
incontinens sed qui propter turpe et sibi accidit turpitudo quod non regitur ratione Adhuc specialiter alias
potest immanere opinioni proprie ex eo quod est sua ita quod si esset alterius non immaneret ei et hoc est uituperabile

et malum. Et de hoc enim modo loquitur aristoteles. Tales enim indisciplinati qui ab aliis instrui
dedignantur, et sunt aggrestes quia nec in operibus nec per consequens in vita volunt
aliis conformari. Ergo incontinentes. Item incontinens est non esse persuasibilem ratione et vita passi
one. Tales etiam non sunt persuasibiles ratione. Primo quia tristantur audientes contraria suis opinionibus et absque consi
deratione aliqua negant totum quia tamen non minus quam alii ducuntur a delectationibus sicut dicit aristoteles.
Item tales non assimilantur continentibus sed potius incontinentibus vel intemperatis quia sic intemperati propter delec
tationem in cibis et tristitiam de absentia ipsorum non persuadentur ratione sic nec isti propter delectationem
in propriis sensibus et tristitiam in contrariis. Tales tamen si profundi fuerint ingenii sunt periculosi valde. Si
quid enim falsi dicant volentes id semper sustinere intuitur ad paliationem adducere probabili
tates et vias extraneas et multa corrumpunt principia alia per se nota. Radix huius vitii est quia
nos et opera nostra nimis placemus nobis, que quidem radix infinitorum malorum est. Tamen sicut
pulcre declarat Seneca in epistola magis ad lucillum dicens: Illud precipue impedit quod nobis
cito placemus. Unde considerandum sit tamen vis. Ad rationes ergo dicendum. Ad primam quod respon
dens in disputatione pro posse debet sustinere suam positionem, non ut illi postmodum adhereat
si apparuerit contrarium, sed ut hinc vel inde veritas elucescat, et ut si rationes vicerint propriam opinionem
dimittat. Ad aliam dicendum est quod alius de causis multum immanere contingit propriis opinio
nibus sicut dictum fuit. Ad aliam dicendum est quod permanere opinioni propter efficaciam rationis spectat
ad continentiam et perseverantiam. Egredi autem propter passionem ad incontinentiam vel malitiam
primo et egredi ab opinione propter efficaciam rationis ad contrarium, contrarietur pertinet
ad continentiam et perseverantiam. Continens enim sicut dictum est facile persuasibilis est
a ratione. Cum contingat immanere autem propter passionem pertinet ad malitiam et incontinenti
am etc. Et sic finitur questio.

Sextodecimo queritur utrum electio concors rationi erranti sit
bona vel electio que a ratione errante discordat. Arguitur quod de illa que est concors quod quidem potest non potest
discernere quod est malum et quod bonum non peccat sequendo iudicium eius cum est sine omni contrario quod sibi bonum et quod ma
lum sicut infans cum adhuc incedens sui non peccavit si inter eum ducit ipsum ad furandum. Sed non talis non
cognoscit quid sit bonum et malum; propter rationem est quod hic ducere quod electio non est mala si concordet rationi erranti
propter rationem culpa videtur esse ex parte intellectus. Item bonitas regulati attenditur ex eius conformitate ad regulam, et
electio autem hic sit admodum regulati et ratio per modum regule etc. Item electio discordans a
ratione errante est mala quod hoc esset agere contra conscientiam. Ergo per oppositum electio concors ei est bona. Oppositum vult aristoteles
quod talibus extra consiliis opportet convenire esse pravos videlicet incontinentiam que a ratione recta egreditur et perti
nacia que autem quia rationi inmanet immutabilis. Item electio rei per se male non potest esse bona ut gratia
adulterii furti vel homicidii, et tamen ipsa potest esse concors rationi erranti. Primo videndum est quomodo possit dici
aliqua electio discordans a ratione de quo sicut apparet potest ex septima questione huius septimi libri et ex dictis
in 3o libro dicendum est primo quod secundum statum suam rationis practice et actualis et completa electio non potest praeter hanc esse discors
ab hac potest et non eligere. Ex quo patet satis quod electio sit discordans a ratione sive vera sive errante
nec est bona nec est mala quod nulla etiam sicut una quo sunt aliquis et sunt tamen bonum vel malum eligere
vel non eligere. Et ad hoc primo rationem est de ratione errante. Et videtur mihi quod si ratio non nec sit ista

si manserit propter ignorantiam ignorantia ipsa non dicitur ob hoc erravisse, sed bene scivisset hoc esse malum eligere et operari secundum eam, si bonus est, non utique [illegible] velut si iudex propter falsum testimonium dampnavit hominem innocentem, si in examinatione testes et in aliis ad sententiam ferendam requisitis omnem debitam diligentiam apposuit, non peccabit. Et hoc videtur notum per se. Nullus enim obligatur ad impossibile. Sed iudex tunc solum dicitur errare si falsum sententiavit aut propter passionem aut propter malitiam aut propter ignorantiam affectatam vel supinam. Tunc ergo dicam quod numquam est bonum eligere contradicendo rationi erranti, quia omnis electio eius quod non esset secundum rectam rationem eligendum est mala et voluntati imputanda, si voluntas fuerit in causa erroris secundum quem illa electio procedit, vel si in potestate sua fuit ut error ille corrigeretur ante electionem. Ista maior videtur esse de se manifesta. Sed [illegible] nec voluntas voluntatis est in causa, quod patet quia si iudex falsum sententiat propter malitiam, voluntas fuit et est causa malitie. Si propter passionem, voluntas debuit eam tenere et eius impetum refrenare. Sed si propter ignorantiam affectatam, voluntas fuit pigra et debuit esse diligens. Est ergo in potestate voluntatis ut error corrigatur, videlicet si voluntas sua correxerit malitiam. Sed contra passiones si debitam apposuit diligentiam, vel saltem si mediante intellectum ad diligentiam apponendam et si dimiserit affectiones suas pravas, et hoc sit [illegible].

Sed si queritur an semper sit bonum eligere secundum rectam rationem, dicit mihi quod si forte recta ratio dictat esse faciendum quod non est bonum faciendum, sed econtra si ratio dictavit esse faciendum aliquid quod est bonum facere, bonum est et ipsum eligere et facere ipsum ratione etc. Forte tamen quod talis conclusio non est simpliciter concedenda, quando ratio licet sit recta potest aliquando esse dubia, quo casu propter periculum non est statim eligendum, sed prius si est possibile fieri certificanda est ratio. Difficile enim est si quis sic secutus fuerit rationem dubiam ne quandoque peccatum incurrat. Unde Tullius in libro de officiis dicit: Bene precipiunt qui vetant quicquid agere quod dubites equum sit an iniquum. Cum incidunt sepe tempora cum ea que maxime videntur digna esse iusto homine eoque quem bonum virum dicimus commutantur fiuntque contraria. Item etiam Seneca libello de quatuor virtutibus dicit: prudentis est proprium examinare consilia et non cito facili credulitate ad falsa prolabi. Cum ergo contingat rationem communis rectam aliquando esse dubiam propter hoc quod vel hinc ignoratur si sit recta aut non recta, ideo quod non semper est eligendum secundum rectam rationem. Et iterum pono quod hoc vinum sit gustui delectabile et quod ratio recta hoc iudicavit et quod propter aliquod obstans non sit bonum bibere ipsum, et quod appetitus sit inclinatus vel inclinatio aut per naturam aut per passionem ad prosequendum delectabile. Manifestum est quod secundum eam que recta fuerit et sic [illegible] quod appetitus potest moveri ad bibendum sine alio iudicio. Pono ergo quod omne iudicium rationis erit rectum, appetitus tamen secundum illud iudicium male operabitur. Et ita apparet quod potest esse peccatum in appetitu non existente errore in intellectu, et quomodo salvandum sit [illegible] convenienter [illegible] ratione existente recta voluntas potest esse non recta. Sciendum est tamen quod in dicto casu ratio de tali operatione non erat perfecta, quia non erat iudicatum per intellectum quod illud vinum esset bibendum; tunc enim intellectus errasset, sed concupiscentia supplevit vicem rationis, ex quo supplemento peccatum causabatur. Apparet ergo quod non est semper eligendum vel etiam operandum secundum rectam rationem, puta si fuerit dubia vel non perfecta, et talis sit conclusio secunda. Sed si ratio recta fuerit certa et perfecta, videtur quod semper sit bonum et secundum eam eligere et secundum eam operari, quia nullo obstante videtur quod semper bene operetur qui sic operabitur, et ista sit conclusio tertia. Postea sciendum est quod electio potest a ratione discordare si ratio fuerit habitualis tantum vel universalis tantum vel imperfecta, sicut apparuit expeditius. Sciendum quod potest esse [illegible] potest opponi et aliquando error et veritas [illegible] propter hoc [illegible] vino extraneo oppositum alterum [illegible]. Dicam ergo quod si electio discordet ab existente ratione propter aliquod iudicium erroneum sic veniens, talis electio non est bona sed mala. Sed si discordet propter rectum iudicium

sicut ille scientiam et perfectam electio erit valde bona. Et hec sit conclusio questionis quam prius ex dictis. Ad rationes. Ad primam
dicendum est quod maior est vera si ex defectu potentie non diferentie prouenit defectus in potentia distinctiua. Sed
dampnum fuit quia ex parte uoluntatis prouenit defectus rationis uel ex defectu eius est si ratio non corrigitur uel saltem ex eius
defectu est si eligit aliquis ratio sit corrupta tamen hoc sit in potestate sua. Ad aliud dicendum est quod quia nostis
regulam dicit non est ratio erronea sed recta ita et perfecta. Ad aliud potest dici quod scientia uel hec per obiectum ho-
nestum aut id quod deo placere uel aut huiusmodi aliquid et non delectationes sensuales in bona
mundana. Si quis enim habuerit rationem erroneam quod delectabile sit preferendum honesto uel ei
quod credimus deo placere et propter nimiam turpitudinem preferat aliquis honestum ipse de hoc non
faciet conscientiam sed e contrario sciens quod honestum est delectabili preferendum. Si aliquis propter passionem
uel maliciam postponat honestum et quod sciebat deo placere ipse reuersus ad se faciet de
hoc conscientiam. Item dicendum intelligendum quod ratio quantum spectat ad propositum potest errare dupliciter: uno modo iudicando
quod delectabile uel utile sit preferendum honesto; alio modo iudicando de inhonesto quod sit honestum. Si
ergo aliquis habuerit erroneam rationem primo modo et agat contra eam propter rectum iudicium superuenientem ipse non agit
contra conscientiam nec peccabit sed conuertetur ad rectitudinem et opus uirtutis. Si autem habuerit erroneam
rationem secundo modo et corrigens eam agat contra eam adhuc non peccabit sed ad rectitudinem reuertetur.
Sed durante illo errore si preferat delectabile uel utile ei quod credit honestum esse uel deo
placere licet non sit ita ipse agit contra conscientiam et peccabit. Omnis enim uoluntas est mala que prefert de-
lectabile ei quod creditur honestum esse uel deo placere licet non sit ita ipse agit contra conscientiam et peccabit.
Omnis enim uoluntas est mala que prefert delectabile ei quod credit honestum esse et deo placere quamuis in facto si
precedat uere honestum et conformiter diuine uoluntati. Est eis similiter ac si nolles et probares nocere proximo tuo et crederet
inde quod procederes ei. Non est ei quod bonum uel male in re operata sed in operante qualis se habet ut in 2° li. Si
inquireres an quod sit operandum secundum talem conscientiam dicendum secundum predicta quod sic. Si ista conscientia fuit ex inuinci-
bili ignorantia. Sed si fuit ex alia ignorantia dicendum quod non sed ante electionem et operationem est ista
conscientia corrigenda. Nec secunda electio discordans a ratione est mala ergo electio concors ei est bona. Bonum enim est cum
sequitur integram causam scientiam suam causam et cum ista obseruat malum autem ex defectu aliquo propter quod
unicus tamen contingit agere recte multis autem contingit sit errare. Bonitas ergo electionis sequitur conscientiam ad
iudicium et ad rationem. Cum hoc est qui sic peccat agendo contra conscientiam erroneam ipse non peccat ex eo quod
agit contra rationem errantem sed ex eo quod agit non tamen propter aliquem errorem sicut uidelicet quod credit delectabile preferendum
honesto esse ob hoc enim prefert delectabile ei quod credit honestum esse.

Decimo septimo queritur utrum utrum incontinens per naturam sit deterior
incontinente per consuetudinem. Et uidetur quod non quia propter hoc quod incontinentia ire est naturalior
quam incontinentia concupiscentie probat Aristoteles quod ipsa sit minus turpis sicut prius apparuit naturalibus
enim et magis consequentiam appetitibus. De praua enim natura non sumitur uituperandi sed de
praua consuetudine cum ita sit in potestate nostra et non ratione. Item uidetur quod nulla sit incontinentia secundum
naturam et ista ipsa non est deterior quia natura non uidetur inclinare ad contraria sed natura inclinat ad uirtutem
que incontinentie contraria ut 2° huius. Item aut quod nobis insape est id est uirtus perfecta aut per assuetudinem.
Item 7° politice dicitur non esse bonum cor quod est per naturam. Cum ratio esse potest quod natura dirigit in suis operationibus
ab intelligentiis que non errant ut dicitur 9 to primi methaphisice. Sed aut si sit incontinens naturaliter sed prouincia

esset sibi praeter naturam ergo continentia non esset sibi bonum quod est inconveniens igitur etc. Vel aliter dicitur quod secundum naturam est malum, omnis con-
tinentia est mala ergo incontinentia est secundum naturam. Oppositum arguitur quia illud habitus malus est deterior quod est insanabilior
propter hoc enim probat aristoteles in quarto quod illiberalitas sit deterior prodigalitate. Et in isto 7° quod intemperantia sit deterior
quam incontinentia. Sed aristoteles dicit quod sanabiliores sunt per consuetudinem incontinentes naturalibus quod probat quia
facilius est consuetudinem transmutare naturam. Natura propter quod unumquodque tale et illud magis. Propter hoc autem consuetudo
est difficilis transmutationis quia naturae assimilatur. Ergo natura est difficilioris transmutationis. Et ideo videtur quod talis sit insa-
nabilis omnino quia nullum natura existentium aliter assuescit ut dicitur in 2°. Primo videndum est quomodo natura possit
dici incontinens per naturam. Secundo an ipse sit deterior incontinente per assuetudinem vel econtra. Quantum ad primum
est sciendum quod praeter modos accipiendi naturale enumeratos in 2a questione 2i libri forte communiter aliquid naturale per quod dis-
tinguitur contra acquisitum per assuetudinem vel exercitium vel huiusmodi et ita quaelibet sive conve-
nientes sive disconvenientes insunt nobis a nativitate secundum principia conceptionis vel generationis dicimus naturales sicut
cum dicimus aliquem claudum vel surdum vel gibbosum. Non enim est dicendum quod tales defformitates
proveniant a natura vel per se sed proveniunt ex impedimento aliquo naturae propter quod aliquod agens extrinsecum
in contingens in materia ex qua debet fieri generatio. Vel aliter sicut videri debet de generatione monstrorum 2° physicorum.
Si enim fortis tangere per se ad generationem alicuius speciei erunt in rebus convenientissime disposito et conve-
niret materiam convenientissime dispositam et organa requisita ad generationem optime disposita et nullum
aliud agens aliud deforme causaret effectus semper fieret in convenientissimis dispositionibus ad
salutem propter quod opinandum est quod singule dispositiones generati quantum sunt saluti conco-
nientes tantum intente sunt per se a natura et quantum saluti disconveniunt tantum sunt praeter
per se intentionem naturae propter hoc ut sic non merentur dici naturales. Dicam ergo quod aliquis
qui esset naturaliter incontinens praeter intellectum duplex. Uno modo quod dispositiones inclinantes ipsum ad incontinentiam et huiusmodi
huiusmodi sunt intente per se a natura et hoc non est possibile cum natura nihil mali intendat sed semper omne bo-
num. Alio modo quod tales dispositiones sunt indite a nativitate et hoc est possibile non tamen per se per
naturam sed per defectum alicuius principii vel per impedimentum naturae ab extrinseco agente sicut dictum fuit
quod incontinens iste dicetur naturaliter incontinens prout naturale distinguitur contra acquisitum
per assuetudinem vel doctrinam vel huiusmodi. Quantum ad secundum videtur mihi dicendum esse
quod incontinens per naturam est deterior secundum malitiam naturalem et incontinens per assuetudinem est deterior secundum
malitiam moralem. Et hoc ex terminis est notum. Et cum malitia naturalis non videatur tangere nisi
corpus et vires corporales saltem principaliter malitia autem moralis per se tangit animam superiorem puta voluntatem et
intellectum et multo sit deterius infici partem superiorem quam inferiorem videtur posse evidenter concludi
quod incontinens per assuetudinem sit deterior posito quod equalibus vincantur passionibus et consequenter contra
tendant. Et si ista questio deat scrupulosius forte redeundum est cum ea ad 4am questionem 4i
libri et secundum istam questionem procedit bene probatio adducta in principio questionis. Ad argumentum praedicta
quod natura quantum est de per se inclinat ad virtutes sed multiplices defectus et impedimenta naturae a
nativitate possunt inclinare ad oppositum. Et eodem modo dicendum est ad argumentum secundum. Ad tertium in oppositum dicendum
est quod pravitas insanabilior ceteris paribus est peior videlicet si utraque fuerit equaliter assueta sic quod utraque
habitus tangat voluntatem et intellectum aliter non oportet. Et sic finitur questio

Circa octavo queritur utrum et primo querendum est utrum tractatus de delectatione utrum ad istum septimum librum ethicorum pertinet determinare de delectatione. Arguitur quod non quia hoc pertinet ad librum politicorum non ergo ad istum. Antecedens patet per aristotelem dicentem de delectatione autem et tristitia speculari est eius qui politicam speculatur et philosophatur. Item hoc pertinet ad librum rethorice non ergo ad istum. Antecedens patet quia in primo diffinitur delectatio et manifestantur propositiones ad determinandum quid sit delectatio. Item hoc pertinet ad decimum librum ethicorum quod patet quia ibi determinat aristoteles de delectatione ergo non ad istum librum septimum. Item videtur quod determinandum fuisset de delectatione ante determinationem de virtutibus et non post quia delectationes et tristitie se habent per modum obiecti ad omnes virtutes ut dictum fuit in secundo huius questione prima nunc prius est determinandum de obiectis potentiarum et habituum quam de ipsis potentiis vel habitibus ut patet primo de anima. Circa eorum de his que communia sunt omnibus virtutibus prius agendum est quam de ipsis virtutibus. Ideo enim prius egit aristoteles de voluntario et involuntario de electione et consilio quod est quia communia precedunt considerationem specialia ut patet prohemio physicorum. Et iterum delectationes non solum sunt obiecta virtutum moralium verum etiam sunt sequele quedam ad actus virtutum moralium ut apparuit in secundo huius questione quarta. Sed in X° libro aristoteles premisit tractatum de delectatione tractatibus de actibus virtutum moralium ergo etc. Oppositum apparet per processum aristotelis in isto libro. Pro quo dicendum quod ad moralem pertinet tractare de delectatione quod aristoteles hic probat tribus rationibus. Prima est quia considerare moralis philosophie sicut principalis ad quem aspiciendo nos de omnibus operationibus vel passionibus vel aliis ad humanam naturam pertinentibus dicimus hec quidem bona hec autem mala. Sicut illi fini concordant bona, discordant mala sicut que sibi disconveniunt. Nam sicut dicit primo huius Ad vitam cognitio talis finis magnum habet incrementum quemadmodum sagittatores signum habentes magis utique adipiscerentur quod oportet. Sed delectatio est talis finis quod non est verum de omni delectatione sed de illa que est ipsa felicitas modo quo infra dicetur. Concessum est enim communiter quod felicitas vel est delectatio quedam formaliter vel non sine delectatione ideo etc. Secunda ratio est quia de obiecto circa quod moralis virtus versatur omnis moralis virtus vel malitia spectat determinare ad moralem sed omnis moralis virtus vel malitia versatur circa delectationes ut apparuit in secundo ideo etc. Tertia ratio quia principaliter est propter hoc quod ad moralem spectat determinare de felicitate et de his que annexa sunt ei. Delectatio autem quedam vel est ipsa felicitas vel annectitur ei ergo etc. Item ad idem adducitur in X° huius tertia ratio vel quadruplex prima est quia de ipso debet determinare moralis quod maxime coaptatur hominibus quantum ad diversificandum mores ipsorum. Delectatio autem est huiusmodi. Sunt enim aliorum mores secundum quod assuescunt in aliquibus delectationibus. Propter quod bene dicit aristoteles Instructores iuvenum erudiunt eos delectatione et tristitia, assuefacientes eos delectari et tristari in quibus oportet et non in quibus non oportet vel forte erudiunt eos trahentes ad opera bona delectatione verbi gratia quedam munuscula et retrahentes a malis operibus tristitia sive verberatione. Alia autem in prima parte huius rationis non autem dicit philosophus non inferius ratio predicta sicut talem de eo debet determinare moralis quod apud virtuosum consequitur omnem actum bonum. Sed delectatio huiusmodi. Nam ut dicitur primo huius Nulla est bonus qui non gaudet bonis operationibus ideo etc. Et tertia est una bona ratio sed videtur aristoteli non videtur esse fortis. Ultima ratio est quod de eo debet determinare moralis quod habet

multam dubitationem utrum sit bonum uel non si delectatio est huiusmodi quod autem pro utraque parte quidam homines
habuerunt opiniones contrarias ideo etc. Ista ergo omnia concessa dicam primo quod ad librum ethicorum et non ad librum
yconomicorum uel politicorum pertinet determinare de delectatione Cuius ratio est quia cum scientia libri ethicorum
sit superior et ulterior scientiis libri yconomicorum et politicorum tamquam subalternans eas ut uisum fuit in prologo
primi libri ad eam spectat determinare ea que sunt communia omnibus uirtutibus uel etiam inquantum moralibus uolentibus
ad yconomicam et politicam spectat que specialiter congruunt aliis et aliis personis secundum quod aliud et
aliud gradum gerunt in politia uel in domo delectationes autem communes sunt omnibus sicut et
morales uirtutes ideo etc. 2o dico quod bene pertinet ad istum librum et ad rethoricam trac
tare de delectatione sed differunt quia sicut dialectica simpliciter scilicet ad metaphysicam ita rethorica
que est moralis dialectica se habet ad istam scientiam istius libri cum ista sit certissima omnium moralium sicut
metaphysica est simpliciter certissima omnium scientiarum Ideo dictum est quod metaphysica per argumenta demonstratiua laborat metaphysica et
dialectica non simpliciter argumenta idem uersatur rethorica cum ethica Sicut dicitur a commentatore libri dicunt modo pertinent
Ethica enim de delectatione scientiam tradit demonstratiue Rethorica uero probabiliter solum dando
communes loces proponens ad probabilem inferendum delectationem 4o dico quod ad istum librum vii et ad
librum x pertinebat bene determinare de delectatione primo probo quod ad decimum quia
de eo quod inseparabiliter annexum est felicitati que eius passio propriissima determinandum est ubi determina
tur de felicitate delectatio est huiusmodi non omnis sed aliqua ut uidebitur in decimo propter quod ibi deter
minandum est de delectatione omnium de duabus delectationum ut appareat inter ceteras que sit illa
que felicitati annectitur et quomodo se habebat ipsa ad felicitatem Item de eo quod a multis
philosophis moralibus et a uulgo communiter opinatum est esse felicitas et non est felicitas tractandum est
ubi tractatur de felicitate uidelicet ad ostendendum quod ipsum non sit felicitas Sic est de delectatione ideo etc.
Et non oportet ideo uidetur posse concludere quod prius in isto decimo tractandum fuisset de delec
tatione quam de felicitate quia prius extirpanda sunt uitia quam inserende uirtutes Secundo probo quod et
ad istum septimum librum pertinet determinare de delectatione quia ubi tractatur de
continentia et incontinentia de mollicie et perseuerantia tractandum est de delectatione et tristitia
Sed in 2o libri determinatur de predictis ideo etc. minor patet primo quia mala propria horum habituum sunt aliqua
delectatio et aliqua tristitia non omnes ideo et unde que sunt etc. Secundo quod continentia et perseuerantia dis
tinguuntur proprie et originaliter per delectationem et tristitiam Similiter et mollicies et incontinentia Et forte
quod addi potest quod magis tractandum erat de delectatione et tristitia cum tractatur de continentia
et incontinentia mollicie et perseuerantia quam cum tractatur de uirtutibus eo quod delectatio et tristitia modo
quodam affinior se habent ad dictos habitus quam ad uirtutes morales quod probatur quia patet quod passiones apud
temperantiam nullum habent imperium nisi mortificatione per temperantiam et sic est de singulis uirtutibus Sed
apud continentem et perseuerantem passiones remanent cum impetibus contra rationem dicit ratio de eo est
ipsa uero est quod passiones habeant ipsum et fortes Et uero continentia et perseuerantia sunt eiusdem habitum cum temperantia et fortitudo
licet non imperfectum ut dictum fuit primo huius 7o quaestione 12 nam cum habitum temperantie simpliciter sunt continentia non et perseuerantia
sunt ipsum modificatum per talem passionem habitum enim temperantie imperfectum non uocamus meliorem ad de
lectationem continentie et in ordine ad tristitias perseuerantie sicut ibidem dictum fuit propter quod delec
tatio et tristitia sunt de ratione dicte quod continentie et perseuerantie sicut materia est de ratione perfecti

in motu vbi gratia sic albu est de roe hominis albi dicit quod non sit de rone tempus et hoc forte per modum dicit permaneat ad rem tempus et continue et perseuerantie Et iam quaerimentis fuit autem tractatum de aliis qui incipit in primo ethicorum huius tractare de delectatione per maxima delectationis ad quietem connexionem et consequentiam que si contexta fuerint rationes pure solui facile Ad primam ergo dicendum est quod politica qua accipitur prout distinguitur contra scientiam istius libri et sic ad eam non spectat tractare de delectatione 4o capitur large pro tota morali philosophia et sic loquebatur aristoteles in fine de politica Ad aliud dicendum fuit quod dicitur primum ad istam scientiam et ad rethoricam de delectatione tractare Ad aliud concessum est quod de delectatione primum et ad istum librum et ad decimum secundum dictum tamen quantum ad istum librum spectat principaliter considerare de delectationibus sensualibus Et si aliquid dicitur hic de intellectualibus hoc est ut sensuales per hoc fiant nobis notiores et eciam potest dici quod in decimo libro aliam forte concluderet nisi [illegible] obstaret eis affinitas maior delectationis et tristitie ad continuationem et perseuerantiam quam ad temperantiam et alias virtutes Et iam hec dicta patet quod notitia confusa delectationis et tristitie secundum quam vulgo cognoscitur sufficiebat ad consideracionem de virtutibus secundum suam rationem acceptam que non sufficiebat ad consideracionem de eis modificatis secundum habitum ad ipsas delectationes et tristitias De hoc autem quod in decimo primus liber tractatum de delectatione tractatur de felicitate cum specialis assignata fuit quam in consideracione huius 7i libri locum non habet sicut patet ex opiniones extirpande sunt prius quam veritas determinatione inquiratur et cetera est et finis questionis

Decimonono queritur utrum omnes delectationes sint bone vel omnes male vel alique bone et alique male Arguitur primo quod nulla sit bona secundum potius omnis male rationibus aliquorum quas recitat aristoteles primo quia nichil est bonum quod non habet rationem finis vel saltem quod stare non potest cum fine Nihil enim repugnans fini est bonum cum nihil sit bonum nisi propter causas finales ut dicitur 2o methaphisice sed delectatio non est finis nec stat cum fine quia finis existit in perfecto esse delectatio autem existit non in perfecto esse sed in generatione et perfectionis verbi gratia dicit patiens frigore calefactus est tibi delectabile donec ad temperamentum fuerit reductus et non amplius Sic etiam repletio indigentis cibo et potu est ei delectabilis sed non amplius cum fuerit repletus ideo et cetera Secundo ratio est quia quod temperatus fugit non est bonum neque etiam id quod fugere debemus ut intemperati fugiunt delectationes et sic habetur dicit aristoteles in omnibus autem maxime obseruandum delectabile et delectationem abstinentes enim ipsum minus peccabimus 3a ratio est id non est bonum quod prudens non persequitur sed prudens sed non persequitur triste tamen nec persequitur delectabile ergo ratio est confirmatio quia id non est bonum quod est impedimentum prudentie ab eius operatione sed delectatio est huiusmodi probatur quia id impedit prudentem secundum se quod quanto magis fit tanto magis eum impedit sed delectatio quanto fit maior tanto magis impedit prudentem verbi gratia maxima in veneris delectatio que tamen ut aristoteles allegat in septimo huius ab homero spiritata est intellectum spissi sapientis Et hoc dicit aristoteles Nullum enim utique posse aliquid intelligere in ipsa Et possibiliter ratio sic confirmatur quod est per se bonum quanto maius tanto est melius delectatio autem non est tanto melior quanto est maior sed potius tanto peior ut nunc dictum est ergo et cetera Quarto ad omne bonum

humanum posse operari et consequi sunt autem instante et iuvente secundum nunc esse aut delectationes earum et sapientes minus
consequuntur sine arte ideo etc. Secundo ideo quia non est aliquod bonum quod pueri et bestie magis prosequuntur quam virum in
tuosi et bone virtutis delectationes autem sunt huiusmodi ergo etc. Quarto quia non est bonum quod est in honestum nocivum
et tristicie generativum sed tales sunt multe delectationes ergo etc. Et quia hec ratio non videtur arguere de omni
delectatione arguitur sic nullum bonum est de genere malorum eo quod bonum et malum in moralibus sunt genera
prima et distincte opposita nunc ergo reperiuntur in genere delectationum aliqua male nulla erit bona Item
perditas rationes arguit sic arguitur .3o. magnorum moralium ideo non est bonum secundum se quod est tale bonus
et malus delectationes sunt huiusmodi Sicut enim boni delectantur in bonis ita mali in malis ideo etc. In
contrarium arguitur auctoritate Aristotelis .1o. magnorum moralium dicentis quod delectatio bona est secundum ge
nus quod autem convenit alicui secundum genus convenit omni contento sub genere .1o. ubi gratia si aliquid con
venit forti secundum quod animal oportet quod conveniat omni animali ergo omnis delectatio est bona Item auctoritate eudoxi
qui sicut dicit Aristoteles credendum erat in moralibus quia maxime virtuosus erat nec hoc dicebat
ex affectione quam haberet ad delectationes quia erat temperatissimus Item quatuor rationibus Eudoxi
arguitur primo sic Bonum est quod omnia appetunt ut dicitur primo huius quod ex hoc est vere quia bonum
est proprium obiectum appetitus Et ideo quanto potentius aliquid erit in movendo appetitum tanto erit magis bonum
ideo potentissimum est movens appetitum id quod omnia appetunt ergo hoc est bonum et optimum Sed omnia quibus
delectatio convenit potest appetunt delectari et irrationabilia et rationalia ergo etc. Secundo sic hoc est
bonum cuius contrarium est malum sed tristitia est contraria delectationi et est mala et fugienda ab omnibus
quoniam omnes fugiunt eam nec minus quoniam corrumpit et stupefacit naturam hominis ut dicebatur in .3o. ideo etc.
Item .3o. sic delectatio est secundum se eligibilis ut dicitur in littera ergo omnis delectatio est eligibilis probatur maior
quia secundum se presupponit de omni ut dicitur primo posteriorum Minor ex hoc patet ut dicitur
in littera quia nullus interrogat cuius causa delectatur ut secundum se ipsam existentem eligibilem de
lectationem Quod confirmari potest eo quod delectatio modum finis habet et non modum ordinati in finem
Aliter delectabile non distingueretur contra bonum utile cum ex hoc aliquid dicatur utile quod
est gratia alterius eligendum Sequitur ergo omnem delectationem esse eligendam et per consequens bonam cum nihil sit eligi
bile nisi bonum Quarto sic omne id est bonum quod appositum alii bono reddit ipsum eligibilius et
melius sic est de delectatione probatio quia dicit omnis melius esse agere iuste vel temperate de
lectabiliter et voluntarie quam tristabiliter et coacte Item arguitur auctoritate Aristotelis primo rethoricorum diffinientis
delectationem quod delectatio est motus vel constitutio inexistente natura Omne enim quod in naturam
tendit est bonum et illius rei perfectivum est ideo etc. Item bonum dicitur equaliter cum ente et ideo
sicut omnis delectatio est ens ergo est bona Item omne cadens sub divisione eligibilis est bonum generaliter
de ratione eligibilis non habitum habet de ratione boni Sed sub ratione eligibilis cadit delectabile ut patet .2o. huius ideo etc.
Item arguitur per rationes pseudonimo in .3o. huius .q. .21. primo videndum est indubitanter quod aliquid sit
bone delectationes quia omne annexum per se vel consequens per se ad felicitatem et opera
virtutum est bonum secundum felicitatem et omne opus virtutis consequitur per se aliqua delectatio
ut patet primo et .x.o huius ideo etc. Item delectatio continuat et auget et perficit operationem bonam
est bonum ergo delectatio in opere bono est bona hoc etiam probant sufficienter rationes prius adducte
Secundo dicendum est quod circa delectationes contra multe sunt delectationes valde male quod valde malum est

quod ducit ad intemperantiam aut etiam ad iram; quodcumque secundum delectationes excessive ci-
bos et potus et venereos actus et sic de aliis ducit ad intemperantiam ut 3° huius dicitur. Similiter delecta-
tiones inordinate circa honores ducunt hominem ad elationem et superbiam; delectationes in pecuniis
ducunt ad avaritiam et sic de aliis dicendum. Item quod continuat et auget operationem malam est malum sed
delectatio quam habent pravi in operibus suis pravis et vitiosis continuat illas operationes et
augent dicendum. 2° secundum aristotelem; patet dicit quod omnes delectationes dicte simpliciter et per se sunt bone
quia bonitas virtutis est ad animam sicut sanitas ad corpus et vitium sicut egritudo. Sic
ergo non est dicendum sanum simpliciter quod est sanum egro sed quod est sanum sano. Ita non est delectabile simpliciter
et per se nec dulce quod est dulce vel delectabile egro sed quod sano. Ita non est delectabile simpliciter et per se quod
est delectabile vitioso sed quod virtuoso. Nec per consequens debet dici delectatio simpliciter et per se que convenit vitio delectat
virtuosum sed que delectat virtuosum. Studiosus enim circa singula iudicat recte. Sed omnis delectatio
que delectat bonum et virtuosum virum est bona. Ergo omnis delectatio simpliciter et per se dicta est bona. Ad rationes
ergo ad primam dicendum est quod illud non est bonum quod nec est finis nec ad finem ordinatur. Si autem sit aliquid ordinatum ad
finem tamen prima dispositio necessaria ad obtinendum finem cum qua cum fine adepto remanere non possit illud est
bonum non simpliciter perfectum quia non est tale nec finis ut est bonum semper sed aliquo tempore progressive ad
finem verbi gratia flores non stant cum perfectione et maturitate fructus qui tamen sunt boni tempore suo quia
disponunt ad futuram fructus perfectionem. Cum etiam dicitur quod delectatio non stat cum fine dicendum est quod
aliqua manet cum fine aliqua non delectatio namque annexa est operationi vite ut 10° huius. Operatio autem aliqua est indi-
gentie ad eius repletionem ut comedere bibere sanari et huiusmodi et quia talis operatio non stat cum perfecto esse
eo quod in sui ratione claudit indigentiam ideo nec delectatio talis operationis stat cum eo ut esse imperfecto seu cum
processu ad perfectionem. Alia est operatio nature perfecte ut videre aut speculari que stat cum perfecto
esse et cum fine vel est ipsamet finalis perfectio nature propter quod et huic annexa delectatio stat cum fine. Ad aliam
est dicendum quod sicut temperatus non fugit cibos et potus virtuose sic nec delectationes annexas eis sed eas
prosequitur quantum et ut oportet; excessivas autem fugit ducentes ad intemperantiam et iste non sunt bone et
hec totum aliter satis in 3° huius. Ad aliam respondeo dico quod temperatus bene prosequitur aliquas delectationes
etiamque delectabilia. Nam quecumque ad sanitatem sunt vel ad bonam habitudinem delectabilia existentia hec
appetet mensurate ut oportet ut dicitur in 3°. Ad aliam dicendum est quod delectationes moderate et commensu-
rate secundum rationem rectam non impediunt prudentem sed vel etiam ad actum prudentie disponunt ut etiam actum
illum prosequuntur. Excessive tamen impediunt ideo concedo est quod delectatio non est bona in genere moris ex eo
quod est delectatio sed ex eo quod est consona rationi recte propter quod non debes concludere delectationem
ex eo meliorem esse quia maior sed quia magis consona rationi. Ad aliam statim maior neganda
est. Ad operationes enim virtutis exequendas non est ars sed prudentia ideo non omne bonum humanum
arte consequitur. Minor etiam est neganda. Nam ars coquinatoria vel pulmentaria videtur esse
delectationis ut dicit aristoteles. Ad aliam dicendum quod in perfectis magis consequuntur delec-
tationes maiores scilicet que sunt in operibus virtutum quam pueri. Pueri autem magis consequun-
tur inordinatas ideo tales non sunt bone. Ad aliam concedit quod delectationes alique no-
cive sunt valde et male valde sed non omnes. Et quando dicitur nullum bonum est de genere
malorum dicendum quod duplex est genus scilicet naturale et morale. Genus naturale sumitur ubi ipsa natura secundum se

Genus autem morale sumitur secundum consonantiam vel dissonantiam ad rectam rationem. Sic enim primo duo genera moralia sunt bonum et malum. Bonum quod consonat recte rationi, malum quod dissonat ab ea. Concedendum igitur quod nullum morale bonum est de genere moralium malorum. Sed nulla est inconveniens bonum morale et malum morale esse de eodem genere naturali, immo de eadem specie specialissima. Quoniam enim bonum est commedere carnes et quandoque malum. Ad aliud potest dici quod non sunt eedem delectationes quae sunt bonis et malis, sed hee commensurate et ille incommensurate. Vel etiam dicendum est quod non omne id est malum quod convenit malis. Pecunia enim simpliciter loquendo est bona et omne aliud quod virtuosi mallent quam oppositum. Potest tamen esse quod id est malum malis quia eo male utuntur, sed non sequitur quod malum simpliciter. Sicut non sequitur: vinum est febricitanti malus potus, ergo vinum est malus potus. Tunc etiam respondendum est ad rationes adductas in contrarium. Ad primam dicendum est quod delectatio simpliciter et per se accepta est bona, sed tamen genus ipsius. Sed si delectatio capitur communiter non est verum. Hec igitur probat tertiam conclusionem et non plus. Et ad idem reducenda est auctoritas Eudoxi. Ad primam rationem Eudoxi, quam videbat Plato, ponentem illam non esse verum bonum est quod omnia appetunt. Dicebat enim sensum quoniam obviare rationi, ut dicebat, et philosophus secundo huius. Non enim dicebat bonum esse quod appetimus secundum sensum. Tamen sicut dixit Aristoteles, Plato non bene negabat illam propositionem primo quia quod omnia appetunt naturaliter omnibus bonum, quod autem naturaliter omnibus hoc est simpliciter concedendum tamquam communis animi conceptio quam in talia intrantes possunt credibiliora dicere. Item quod prudentes et boni viri appetunt hoc est bonum simpliciter, sed quod omnia appetunt boni illi appetunt, ergo hoc est bonum. Et si queres quomodo mali bonum appetunt, dicit Aristoteles quod aliquid non sit ex toto malum, ergo est prius naturale bonum quod appetit proprium bonum, et satis de hoc habitum est primo huius. Quarto potest secundo dici ad rationem Eudoxi quod quamlibet delectationem non appetunt omnes, sed aliquam unam omnes naturaliter appetunt et inclinantur in eam, licet hoc non percipiant. Omnes enim naturaliter inclinantur in propriam felicitatem et per consequens in veram ei delectationem. Hec autem declaratum est satis primo huius. Ad aliam rationem Eudoxi respondebat Plato quod non oportet, si tristitia est mala, quod delectatio sit bona, quia aliud malum opponitur malo, ut illiberalitas prodigalitati. Et ita dicebat tristitiam esse delectationi oppositam quod et malum opponitur bono. Dicebat utramque scilicet delectationem et tristitiam opponi medio quod neutrum sit illarum, sibi, ergo medium inter tristitiam et indelectationem quod dicebat esse bonum. Sed propositio vera sit in aliquibus quod malum malo opponitur, tamen in proposito non potest esse verum, quia si utraque esset mala utraque esset fugienda, quod est falsum, quia sicut dictum fuit omnes delectationem prosequuntur. Verum ergo quod tristitia delectationi opponitur non sicut malum malo sed sicut malum bono. Sed dicimus quod non oportet omnem tristitiam esse malam moraliter, ideo nec omnem delectationem esse bonam. Ad aliam concedendum est quod omnis delectatio simpliciter et per se dicta est per se eligibilis. Sed capiendo delectationem communiter non est verum dicere quod delectatio sit eligibilis per se, nisi secundum quod mensurata est ratione recte. Et quando dicitur quod delectatio habet modum finis, potest dici quod verum est ista que consequitur finalem operationem. Que autem consequitur operationem ordinatam ad finem, non habet modum finis sicut nec ista operatio, nisi forte modo finis quo non gratia cuius. Et cum dicitur quod non distinguetur ab utili, potest dici quod bonum utile, delectabile et honestum non distinguuntur realiter sed secundum rationem, de hoc satis declaratum fuit in secundo quodlibet undecima. Ad aliam dicendum est quod sicut delectatio in operatione bona reddit opus magis bonum, ita delectatio in opere malo reddit opus valde malum. Ideo ergo hec sunt bone ille male

Ad aliam

Ad aliam potest dici quod si natura proprie dicatur tunc omnis motus vel consuetudo in naturam est bonum. Sed si natura
largius accipiatur prout ad omnem consuetudinem vel ad habitum consuetudinalem extenditur. Consuetudo enim solet
altera natura dici eo quod inclinat per modum nature. Tunc non oportet bonum esse omne quod tendit in naturam vel etiam quod
a natura procedit. Quod enim in pravam consuetudinem tendit vel quod ab ea procedit non est bonum. Non oportet ergo omnem
delectationem esse bonam. Ad aliam potest dici quod quantum unumquodque habet de entitate tantum habet de bonitate
et de perfectione nature tantum enim habet de similitudine ad primum ens quod etiam est primum bonum. Sed de boni-
tate morum non oportet ita esse quod quantum aliquid habet de entitate tantum sit consonum rationi. Contra istam solutionem
obicitur quia nullum est bonum eorum que preter naturam ut dicitur 7o politicorum. Tullius etiam in libro de officiis dicit
Nichil esse decorum adversante natura. Seneca similiter ad lucillum epistola Claranus idem dicit. Non potest igitur
malum esse moraliter si sit bonum de bonitate nature. Nec mirum. Sicut enim omne verum omni vero conso-
nat et omne bonum omni bono consonare videtur. Quod iterum ex hoc patet quia natura a deo regitur et intelligen-
tiis que non errant. Ideo neque natura errare potest quia sicut vult aristoteles nec habundat in superfluis nec
deficit in necessariis. Ergo quod nature dissonat deo dissonat et intelligentiis. Tale autem bonum esse non potest.
Unde Seneca epistola preallegata probat de bono morali quod non possit obviare bono nature dicens Sit bonum
sine ratione nullum est. Sequitur autem ratio naturam. Quid ergo est ratio? nature imitatio. Quid enim hominis summum bonum?
ex nature voluntate se gerere. Ad hec autem omnia et consilia si adducerentur dicendum est quod aliquid potest dici bonum
dupliciter. Uno modo simpliciter. Alio modo alicui. Dicitur autem aliquid bonum simpliciter quod secundum eius naturam simpliciter
acceptam similitudinem dei aliquam participat. Dicitur autem bonum alicui quod est consonum nature illius. Nec oportet quod est
bonum simpliciter esse bonum unicuique. Verbi gratia. caliditas secundum eius intrinsecam naturam est perfectior et meli-
or quam frigiditas. tamen non est melior aque sed mala et disconveniens et corruptiva ipsius. Concedendum
ergo quod sicut aliquid est secundum naturam sic est bonum. et sicut est contra naturam sic est malum quia ergo omne ens
simpliciter acceptum est secundum naturam in quantum est aliqua similitudo participandi ipsius dei qui est tocius ne-
Ideo quodlibet ens simpliciter loquendo concedit esse bonum. Et quia multa sunt dissona nature hominis et impe-
ditiva proprie perfectionis ipsius cuiusmodi sunt omnia vitia et opera viciosa, ideo illa non sunt bona homini moribus. Bonum
morum non significat convertibiliter idem quod bonum simpliciter. sed significat bonum alicui scilicet nature moriginabili
id omnibus modis qui est secundum naturam moriginabilis est bonum moris. Et si est dissonum nature erit malum
moris. Omnis ergo delectatio pro quanto habet aliquid entitatis est bonum simpliciter quia simpliciter consonat
nature. Sed non omnis est bonum moris quia non omnis consonat nature moriginabili. Ad aliud concedendum
quod omne simpliciter delectabile et proprie est simpliciter eligibile et simpliciter bonum sed delectabile vicioso
non oportet esse eligibile simpliciter nec bonum simpliciter sed apparens illi bonum. Et sic est finis questionis.

Igesimo in ordine queritur utrum.

Omnis tristitia sit mala arguitur
quod non quia iustitia cum sit preclarissima virtutum nihil operatur malum sed ipsa operatur tristitiam
scilicet quantum ad eius speciem punitivam. ergo illa tristitia est bona. Item illud est bonum per quod pueri a malo
retrahuntur et inclinantur ad opera bona non solum bona simpliciter sed etiam sibi bona. Sed tristitia est huiusmodi.
Cum quod enim aliqui verberant pueros apparentibus nihil nisi bonum simpliciter et bonum puerorum inten-
dentibus. Item dicitur 2o ethicorum quod propter voluptates mala operamur et propter tristitias a bonis recedimus quod sic
intelligitur quia propter persequi voluptates mala operamur et propter fugere tristitias a bonis recedimus ergo
si est malum a bonis recedere malum est fugere tristitias et si malum est fugere eas bonum est

prosequi eas, sed nihil est bonum, sed nichil est bonum prosequi nisi bonum ergo tristitiae sunt bone. Item illud est bonum
quod oportet facere bonum virum prudentem, sed bonum virum oportet aliquando tristari scilicet condolendo et compaciendo a
micis et bonis viris infortunatis aut iniuriam pacientibus iniuste. // Item tristitiae et dolores aliquando contin
gunt beato ut dicitur primo huius, sed nullum potest ei malum contingere, tenet quia beatitudo est summum bo
num, et tale nullum compatitur malum sicut summum album nullum compatitur nigrum. tenet quia secundum Boetium
beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus et omnium bonorum congregatio nullum com
patitur secum malum. Et hoc expresse dicit Seneca in libro de divina prudentia. Nichil in quod
accidere bono viro mali potest quia non miscentur contraria. Item omnis tristitia est ens et omne
bonum dicitur equaliter enti primo huius igitur omnis tristitia est bona. // Item potest argui per ea que accep
ta fuerunt a Seneca libro primo questione xvi. Oppositum arguitur per Aristotelem dicentem. Sed tamen quod tristitia
malum confessum est et fugere malum confessum est et fugibile. // Quod autem quomodo sit verum videtur de
clarare dicens hoc quidem enim simpliciter malum hoc autem quod que impeditiva. // Ex quibus quidem
verbis ratio potest elici talis tristitia vel est de bono, et tunc est malum simpliciter vel est de malo, et tunc
est malum secundum quod inceptum impedit a perfectioribus operationibus. Unde dicitur primo huius quod infortunia
magna accidentia bono contristant et conturbant beatum. tristitie enim inferunt et impediunt multis opera
tionibus tale autem non est bonum. Item nihil preter naturam est bonum ut dicitur 7.o politicorum. Sed tristitia est
contra naturam dicente Aristotele 3.o huius quod tristitia stupefacit et corrumpit naturam habentis quia iniuriosa
tristitia autem malis illata videtur etiam esse mala cum sit punitiva malitie. Sicut enim opus boni
pro aliquo boni collatione debet premiari sic opus mali pro illatione alicuius mali debet puniri
Non enim est malo propter malitiam suorum operum retribuendum bonum ergo omnis tristitia est mala. Item
quamvis malum possit opponi malo sicut extremum extremo propter hoc quod bonum est in medio tamen bo
no non videtur opponi nisi malum. Sicut enim omne verum omni vero consonat et ita omne bonum
omni bono consonare videtur. Sed omnis delectatio si fuerit moderata et non superhabundans
erit bona sive in venereis sive in cibis aut potibus, quia aliter deus et natura non instituissent in eis
delectationem, et cum non solum delectationi superhabundanti opponitur tristitia verum et delectationi immo
derate cum inter delectationem et tristitiam sit formalis oppositio ergo omnis tristitia est mala. // Item nulla tris
titia est delectabilis sed omne bonum sive et fuerit honestum sive utile est delectabile ut apparet in secundo
libro in 5.a questione. // Pro solutione istius questionis vide questionem 8.am tertii libri ubi ponuntur tres conclusiones.
prima quod operatio que propter metum fit verbi gratia proicere merces in mari tempore tempestatis sic considerata
secundum eius simplicem rationem est dicenda voluntaria. 2.a quod illa operatio si consideretur in ordine ad concur
rentes circumstantias dicitur voluntaria // 3.a quod illa operatio tunc quando fit dicenda est voluntaria.
Et vide ibi declarationem istarum conclusionum. Et tunc tu potes in proposito ponere tres conclusiones predictis
proportionales. prima est quod nulla tristitia considerata secundum simplicem rationem tristitie est bona quia
illud non est dicendum bonum secundum eius simplicem rationem quod vir perfecte bonus magis vellet sibi abesse
quam adesse, talis enim recte iudicat circa singula, sed simpliciter omnis vir perfectus pro nolle esse
sine tristitia quam tristis esse. // 2.a conclusio est quod multe tristitie considerate in ordine ad circum
stantias concurrentes dicende sunt bone et hoc satis probant 2.o rationes que in principio questionis
fuerunt adducte // 3.a conclusio est quod ille tristitie tunc quando inferuntur dicende sunt bone et probatur conclusio istarum

ſicut pbat 3ª qº pdicte qonis 8ᵉ 3ᵘ libri. Alit pot ſolui qᵒ diſtinguẽdo triſticias multi.
quedaȝ eñ inferũt uiris bonis alie malis / alie neutris. Vbi gra pucris qⁱ nundũ habituati
ſunt in bonitate ul' malicia. Triſticie q inferunt bonis uiris ſut duplices quedaȝ eñ puc
niũt ex ſuis ꝓpriis opationib. nõ quas opãt bonꝰ ſȝ quas potuit opari anqᵃ eet bonus
ſicut ẽ penitere de peccatis et negligentiis ⁊ de amiſſione tpris. et tales triſticie lȝ
haũt ſbtractũ malum / tñ formalit' dicende ſunt bone qui firmãt hoiẽ ĩ uirtute et exci
tant ad ſemp meliꝰ opandũ ⁊ feruentiꝰ ad recupandũ tempꝰ amiſſũ. Alie ſũt triſt.ᵉ
que inferunt bonis uiris aut p iniuriã illatã ſibi uel amico aut p nature huãne fra
gilitatẽ / ſicut ſunt ſitis fames ⁊ egritudines corporales de quib utꝝ ſint dñe bone ul'
male dictũ ẽ omnõ ſicut dictũ fuit de egritudinib paupertatib iniuriis ⁊ huiꝰ modi in 4
11ª qone ſcdi libri. Triſticie aut̃ que malis inferũt ſunt multiplices. Alique eñ pcedunt
in eis ex habitu malicie. v' gra. ex inuidia orit' triſticia de bono alteriꝰ / ⁊ ex intẽpanª
orit' triſticia de carentia cibi ſup delicati. Ex timiditate orit' triſticia de terribili iminẽte
⁊ ulr de omĩ actu in quo uirtuoſus delectaret' pro quanto diſtat uel opponit' actui ad
quem uitiũ inclinaret uitioſus triſtat'. Et iſta triſticia ẽ ualde mala / qm ꝑ ipaȝ ⁊ a
bonis opibus recedimꝰ ⁊ ad opa uitioſa mutamur / ⁊ ſic ipã inficit aiaȝ ⁊ deprauat
iſta etiaȝ quia non ẽ moderata roñe immata ẽ augmentũ ſuſcipe ex quo hec nocumen
ta ſequunt' ipã corpꝰ exſiccat ⁊ ſic maciẽ ⁊ extenuitatem inducit et quia cor conſtringit
et ſpũs obtenebrat et ingroſſat ingeniũ hebetat aphenſionẽ impedit iudiciũ obſcurat
& memoriã obtundit. & omnõ ſup omiã corpꝰ & aiaȝ affligit et tormentat. Seiſtis
non obſtantibꝰ aliquis de iſta oñe dubitaret / qm illud uidet' bonũ in malis hoibus
qd' ẽ eis medicina malicie g'rc. Maior ẽ nota de ſe minor p̃. Nam intempanª fit p p
ſequtioẽ delectabiliũ in potu et cibo medicine aut̃ fiut p oñia ut dicit' 2º ethycorꝝ
gᵒ triſticia que fit p abſentiaȝ cibi ⁊ potꝰ delectabiliũ eſt medicina intẽpantie. Itez dt.
arꝰᵉˢ 2º ethycorꝝ intentio legiſlatoris ẽ facẽ ciues bonos et oſtendit modũ p que hᵒ
faciat liº 3º ethycorꝝ dicens qd' legiſlatores puniũt et cruciant opantes mala bona
aut̃ opantes honorant uelud hos quidẽ puocantes hos aut̃ phibentes. Sȝ itorqꝫb
penis et punitionib cruciari debet mali ut a malo phibeant' declarat Arᵉˢ. 10. ethycorꝝ
dicens. Oportet prauũ delectatioẽ appetentẽ triſticia puniri et oportet tales fieri triſticias
que maxime ꝯriant' amatis delectatoib. Ex hys gᵒ poſt ſic argui illd' ẽ bonũ ĩ malis
p qd' phibent' a malo. ſȝ intẽpatꝰ appetens delectatioẽs ciborꝝ ⁊ potuũ phibet' a malo
p triſticiã famis ⁊ ſitis ut appet ex dcis 10 rc. Itez illud ẽ bonũ malis p qd' reducũtur
ſunt ad mediũ uirtutis ſȝ intempatꝰ eñ inclinatꝰ ſit ad delectatoẽs ciborꝝ & potuũ
reduci poterit p ſubſtinẽ triſticiaȝ famis & ſitis ut appȝ 2º ethyᵒꝝ ubi dicit' intendere at̃
oportet ad que ipĩ facile mobiles ſumꝰ ⁊ in ꝯriũ nos ipos attrahere oportet / qd' tortuoſa
lignorꝝ dirigentes faciũt. Itez duorꝝ malorꝝ nunqꝰ malum ẽ eligendum tanqᵃ bonũ
illo caſũ quo neceſſe ẽ alterũ illorꝝ ſubſtinere / ſȝ neceẽ ẽ intempato ul' delectabilia circa
que ſolet actũ intempans exercere eſſe priua et ſic delectabit' intẽpate / ul' ea ee abſentia

et ſic triſtabit᷒ primuȝ aut̄ iſtoꝝ ē prius ſcđo ꝙ ſcđȝ ē bonū in tēpato · Item p aſſuetudinē ſub
ſtinēdi triſticiaȝ famis ⁊ ſitis gnāt᷒ temperan͡a ſicut p aſſuetudinē ſubſtinēdi triſticiā armoꝝ ⁊
uulneꝝ gnāt᷒ fortitudo · Nam ſicut dicit Seneca epl'a · Multū tibi ad lucilliū · vires nuq̄
dare certa certaȝ ſui fiduciā poſſunt niſi cū multe difficultates hinc et illinc apparuerīt · Qđ
declarat exemplis dicens · Nō pot̄ athleta magnos ſpūs ad certamē afferre qui nuq̄ ſigilla
tus eſt · Vide ſi vis auctoritateȝ et alias ꝯſilles in qoē 16ᵃ primi libri · ꝙ uidet᷒ qđ ſubſtinere tales
triſticias ſit valde bonū illis in quibꝫ nūduȝ ē uirtꝰ gn̄ata // Ad hec aut̄ oīa et ꝯſilia
đđȝ eſt diſtinguendo qm̄ aliud ē ſuſcipe uel ſubſtinere id qđ pot̄ inferre delectacioēȝ uł
triſticiaȝ aliud ē in illo delectari uel triſtari · Dicaȝ ꝙ qđ ſubſtinere ea in quibꝫ uitioſi rōcioē
uitij ꝯtriſtant᷒ ē bonū & gn̄atiuuȝ et ſaluatiuū uirtutis · Sȝ triſtari de hoc ē maluȝ
qm̄ illud nō eſt triſtabile ſimplicit᷒ ſȝ delectabile cum uirtuoſi delectant᷒ in illo · vbi grā · In
tempatꝰ triſtat᷒ de carentia ciboꝝ ſup delicatoꝝ ⁊ de nō ſup repletione uētris · huiuſ'ᷓt
carentia ⁊ nō repletio bone ſunt / et eas gratant᷒ ⁊ delectabilit᷒ acceptat tempatꝰ uirtuoſꝰ
Sȝ de tali carentia uel nō repletioē triſtari ē uitioſuȝ et oppoſituȝ uirtuti · đđȝ ꝙ ē ad pᵃᵐ
obiectioēȝ qđ medicina malicie ē triſticia · i · ſubſtinere id qđ ē uitioſo triſtabile · Sȝ in illo
triſtari nō ē medicina malicie ſȝ interiꝰ actꝰ difformis et inclinat ad exterioꝛē actum
malicie · Et qm̄ dicit᷒ ꝙ medicine fiut̄ p ꝯͣria ꝯcedo · Sȝ delectatoī de pn̄tia obiecti nō
ꝯtrariat᷒ triſticia de eius abſentia immo ꝯſonāt · Sicut in graui ꝯſonāt receſſus a ſurſum
et acceſſus ad deorſuȝ · Sȝ eiuſdeȝ obiecti abſentia ⁊ pn̄tia ꝯ̄riant᷒ · Ideo ſicut ſuſcipe pn̄tiaȝ de
lectabilis ē malū in tēpato ita ſubſtinere eiꝰ abſentiaȝ ē ſibi medicinale & bonū // Ad aᵐ
đđȝ ē eodē mō quod intēpanᵃ phibet᷒ a malo p ſubſtinere id qđ ē ſibi triſte ſȝ nō p triſtari
in illo · qm̄ formalit᷒ peccat in hoc qđ triſtat᷒ in illo · Cū ꝙ đr qđ oportet inferre triſticias
que maxīē ꝯtrariāt᷒ amatis delectationibꝫ · đđȝ ē ꝙ hoc debet intelligi nō q2 triſtari ſit
bonū illis · ſȝ quia ſubſtinere id ī quo triſtant᷒ ē eis bonū · Et hoc bn̄ notat arꝭᵗ · p hoc qđ
dicit triſticias que maxīē ꝯ̄riant᷒ amatis delectatoībꝫ · Quaſi dicat illđ expedit in quo eſt
contrarietas / ꝯ̄rietas aut̄ nō ē int᷒ delectatioēȝ de pn̄tia et triſticiaȝ de abſentia / ſȝ int᷒ preſen
tiam in qua delectat᷒ ⁊ abſentiaȝ in qua ꝯtriſtat᷒ ut dcīȝ fuit · Sȝ forte nō ē maluȝ addere huic
ſolutioī qđ licet triſtari de carentia cibi exceſſiui uel ſup delicati ſit ſimplicit᷒ maluȝ in tēpato
⁊ culpabile tn̄ illud pot̄ eē bonūᵐ pacidens in ꝯ̄triuȝ intēpatꝰ taleȝ triſticiaȝ aboꝛrens ⁊ papiens
eam inferri ſibi a ſup̄iori pp hoc qđ exceſſiue ſecutꝰ erat delectatioēs retrahit ſe ab huiꝰ mōi
delectatioībꝫ exceſſiuis ne iteꝝ taleȝ triſticiaȝ incurrat · Et ad huc ī iſto caū đđȝ ē ꝙ triſ
tari nō erat bonū in tēpato ſȝ bonū erat pp̄e ſe triſtari rōne delectatoīs inordinate pſequte
Et eodeȝ ſolutiones dari poſſunt ad oīes ſequētes obiectioēs quaꝝ applicatioēs ſufficit
relinquere ſtudioſis · Niſi forte quia rō una uidet᷒ ponere qđ neceſſe ſit in tēpato uł delectari
vitioſe in delicato cibo uł triſtari de eius abſentia qđ non ꝯcedo cū uoꝝ pp uolūtatis li
bertateȝ / lȝ difficilimū ſit intempato vtrāqꝫ euitare ad quā difficultatē ipē ſeipſȝ culpabi
liter obligauit // Nunc reuertoꝛ ad principiū unde diſceſſi et dico ꝙ alie triſtacie malis
inferunt᷒ que ſunt ſeq̄lle ad opa uitioſa in quibꝫ uitioſi delectant᷒ · vt ubi grā / ꝙ nimiaȝ repletioēȝ

ſtomaci p intēperantiā ſequat cruditas ſtomaci / dolor capitis ingenij ebetudo ſenſuū ī mūdi
cia / cōſūptio ſubſtantie tēporalis et ſic de alijs · Et iſte triſticie ſunt intētioſis mala penalia ualde
ſz non ſunt ut puto peccata culpabilia p quanto tales potentes ſentire iuſticiā dei ⁊ nature uīdictā
nolunt ob hec ſua refrenare turpia deſideria / qn̄ ſe penitus abſtinentes · ymo puto qd̄ ille triſticie ad bonū
ſunt in q̄ntum ſicut dixi prius homo percipiens tales triſticias puenire ex delectationibꝫ exceſſiuis pſequutis
& abhorrens eas cogit̄ ſi ad recte recurrat ab huius delectationibꝫ abſtinere · Alie uero triſticie
inferunt̄ malis a legiſlatoribꝫ que ſunt bone et illi mali fuerint ſanabiles quia ſunt medicine
ſue malicie · Si aut̄ non fuerint ſanabiles tunc ille triſticie ſaltem alijs in q̄ntum prohibent illos ab
inferendo malum alijs in q̄ntum tales triſticie uertunt̄ alijs in exemplum / et quia ſunt actus iuſticie
que ē uirtus magna / Alie triſticie inferunt̄ malis ſicut & bonis p aduerſam fortunā uel
p nature humane fragilitatē ut āmiſſio bonorum temporaliū egritudines corporales & tales
triſticie uidentur michi bone ſaltem malis in q̄ntum tales paſſi non poſſunt alijs iniuriari
forte etiā qꝛ ſunt bone illis in q̄ntum prohibent eos a peioribꝫ operationibꝫ quas operarent̄ ſi erent
diuites & potentes / Malus eni peior efficit̄ miniſtrantibꝫ ſibi bonis nature & fortune
dicente ariſtotele p° politicorum qd̄ ſeuiſſima eſt iniuſticia habens arma · Sz iterum uidet̄ michi qꝛ ille
triſticie ſunt ipſis male quia ſunt eis ma̅ malicie in q̄ntum impacienter ferunt illas triſticias &
aliter qꝛ deberent · Sicut eni uirtus oīa honeſtat comoda & incomoda ita malicia inficit &
condempnat Concedes g° cōclu̅ iſtam ſicut in precedenti qꝛ egritudo corporalis prauo uiro ſi comparet̄
ad operationem qm̄ circa eam prauus exercet ē ſibi mala qꝛ ē ma̅ operis uicioſi · Sz ſi comparet̄ ad
operationes quas ipē ſi eſſet ſanus · De triſticiis aut̄ que inferunt̄ neutris ut pueris ſi fuerit
ex diuerſitate fortune uel fragilitate nature · dicendū ē ut uidet̄ ſicut de hijs que inferūt̄ bonis
in q̄ntum tales ſepari debent fore boni uiri boni circa tales triſticias operant̄ bene moralit̄
illi aut̄ neqꝫ bene neqꝫ male · / Alique triſticie inferunt̄ eis a parentibꝫ que ſūt bone qꝛ prohibent
eos a malis ⁊ ad bona inducunt / De alijs aut̄ que in hoc propoſito occurrūt qd̄ ſit dicendū quo
etiā ſit ſoluendū · Ad rōes principales hinc inde adductas ſatis forteſan poterit ex dictis nunc
& in precedentibꝫ ſi quis cōſideret diligent̄ ⁊c̄ · Et ſic patet queſtio ·

Igeſimo primo queritur · Vtrū delectationes

Senſuales ſint meliores intellectualibꝫ · Arguit̄ qꝛ ſic quia illud ē iudicandū opus nature quod
euenit ſemp uel ut in pluribꝫ illud aut̄ preter naturā uel a caſu qd̄ euenit in paucioribꝫ · Sz ut in pluribꝫ
ē qꝛ homines appetūt ſenſuales delectationes & in paucioribꝫ intellectuales g° nature opus ē delec
tationes appetē ſenſuales & preter naturam uel caſuale ē appetere intellectuales g° cū na̅ non
erret & omē quod ē preter naturam ſit erroneū ſequit̄ qd̄ delectationes ſenſuales ſint magis
appetibiles quā intellectuales ⁊ p conſequens meliores · Item potentius uidet̄ eſſe melius eo qꝛ poten
tiſſimū ē optimū & quia principans naturalit̄ ſemp debet eē melius ſubiecto potentiori enī
ē principari g° potentius ē melius · Sz delectationes ſenſuales ſunt potentiores intellectualibꝫ
vnde dicit̄ ē 2° huius qd̄ delectatio in ueneriis facta ē intellectū ſpiſſe ſapientis · Et qui in delec
tationibꝫ venereorum nullus pot̄ intelligere / Item cū delectationes ſimpliciter ſint bone uidet̄
qd̄ maiores ſint meliores ſz ſenſuales ſunt maiores probatio quia magnitudo cāe ex effectu cognoſcit̄

ſi ſenſuales habent maiores effectus. tum quia conſideratorem & iudicium rationis extinguunt ſepe vel peruertunt
tum quia tranſmutant corpus ita quod quoſdam in extaſes et quoſdam aliquando in inſanias inducunt
tum quia oportet eas aliquando propter ſui vehementiam refrenare igitur etc. Oppoſitum vult ariſtoteles hic & in
xº libro. Quamuis alii videant ſimpliciter ad iſtam queſtionem, tamen videtur michi ad maiorem euidentiam non
malum eſſe diſtinguere. Dicam igitur cum cognitio intellectiua ſe extendit ad omne illud ad quod ſe ex
tendit ſenſitiua et alia plura quod duplex eſt delectatio intellectualis. vna circa idem obiectum
circa quod eſt ſenſualis. Alia vero circa ea ad que ſenſitiua cognitio non aſcendit. Dicam igitur de primis intel
lectualibus duas concluſiones. prima erit quod delectationes intellectuales ſtudioſorum hominum ſunt meliores
quam delectationes ſenſuales ipſorum. Et iſta concluſio probatur primo ex parte cognitionis quam delectatio conſequitur &
potentie que in cognitione delectatur, quia cognitio intellectiua eſt nobilior et melior cognitione ſenſi
tiua ceteris paribus, quia eſt perfectio nobilioris potentie. // 2º hoc apparet ex natura ipſius delectationis ſi
mul & cognitionis quam conſequitur & potentie delectantis quia delectatio ſimpliciter cum ſit bona
& triſtitia mala & bonum ſit tanto melius quanto eſt malo oppoſito inpermixtius oportet illas delec
tationes in genere delectationum bonorum ceteris paribus eſſe meliores que minus habent annexam vel
conſequentem ſibi triſtitiam. Sed delectatio intellectualis non habet ſecundum quod huiuſmodi triſtitiam an
nexam ex labore vel fatigatione propter hoc quod intellectus cum ſit potentia abſtracta non labo
rat nec fatigatur in intelligendo. Delectatio autem ſenſualis ex fatigatione habet neceſſario triſ
titiam annexam vel conſequentem ſaltem ſi continuetur diu propter hoc quod ſenſus in ſentiendo laborat & fatigatur
propter quod homo indiget requie tam per ſompnum quam per ludum ſicut dictum fuit in precedentibus. 3º hoc
apparet ex eo quod eſt principari vel ſubici. Nam in bonis ſemper principans eſt melius ſubiecto & regulans
regulato. Conſtat autem quod apud ſtudioſos intellectus & appetitus intellectuales habent dominium &
principatum ſuper ſenſum & appetitum ſenſitiuum propter quod ipſi ſecundum ſuas proprias delectationes regulant
delectationes ſenſus & appetitus eius igitur delectationes in bonis viris intellectuales ſunt
meliores ſenſualibus // 2ª ex oppoſito dicenda eſt quod in vitioſis delectationes intellectuales
ſunt multo multo peiores ſenſualibus & loquor de delectationibus vtrobique vitioſis, quia in
malis ſemper principans eſt nobilior & melior ſed intellectus & voluntas habent principatum ſuper ſen
ſum & appetitum ſenſitiuum igitur ſi omnes hee potentie ad malum inducuntur intellectus & volun
tas erunt peiores & culpabiliores quam ſenſus & appetitus ſenſitiuus & per conſequens eorum operationes
& delectationes erunt peiores quam ſenſuales. Sed reſpondetur quod in malis ordo peruertitur quia pars
ſenſualis dominatur intellectuali ideo ſequitur ex ratione predicta quod ſenſus eſt peior. Sed iſta reſponſio
non valet quia in potentibus vti ratione pars ſenſualis ſecundum veritatem nunquam dominatur intellectuali quoniam
noſtre operationes ſemper ſunt in poteſtate noſtre voluntatis. Semper enim ratio & voluntas poſſunt deter
minare ſenſum. Sed ſecundum ſimilitudinem dicimus ſenſum dominari in malis de facto dicuntur duci
iudicio ſenſus & inclinatione appetitus ſenſitiui. Sed hoc eſt parte intellectuali permittente et libere con
ſentiente verbi gratia ſicut ſi rex potens malos corrigere permitteret ſcienter propter aliquem ad eos af
fectum ipſos in iuſtificare. Item ille eſt peior quam eſt in principali culpa delicti quam ille qui nichil aut
modicum eſt in culpa ſed pars intellectualis eſt principalior in culpa probatio primo quod ſenſus in nullo vel
in modico eſt in culpa quia ſi auferatur vſus rationis vt in maniacis homo propter quaſcumque delectationes

sensus non erit puniendus sed solum punietur si habeat usum rationis. Ex eo quod potentia intellectualis permittit sic sensum operari, ergo potentia intellectualis est in culpa. Et si potentia intellectualis redditur culpabilis ex eo solo quod permittit sensum operari quod non erat operandum, tu potes videre quantum efficitur culpabilior si consensu in pravo opere delectetur. Et confirmatur ista ratio quia nulla potentia innata et naturaliter determinata ad aliquod opus nisi detenta sit a superiori virtute non est in culpa si operetur illud non detenta, verbi gratia: lapis cadens super hominem si interfecerit eum non est in culpa nec ob hoc punitur. Sed sensus est innatus et determinatus cum non sit potentia libera ad prosequendum delectabile presens si non fuerit a superiori virtute detentus, et ad tanto magis et impetuosius prosequendum quanto fuerit delectabilius. Ergo si sensus prosequatur quodcumque delectabile sibi presens ipse non est in culpa principali sed potentia intellectualis cui incumbebat sensum determinare detinere. Sicut si tu libere et scienter dimittis cadere lapidem super hominem culpa non erit lapidis sed tua. Item ille delectationes sunt peiores que sunt proprie vitiosis penitus depravatis quam ille que sunt communes vitiosis et incontinentibus, ymo etiam et continentibus. Ista maior patet ex eo quod continentia ponitur habitus laudabilis et quod incontinentia ponitur minus mala quam completa malitia. Sed delectationes male sensuales videntur communes omnibus predictis. delectationes autem intellectuales erronee cum sensualibus pravis delectationibus videntur esse proprie depravatis et in malitia obstinatis. ideo etc. Item ille delectationes sunt peiores que destruunt omnem impetum ad bonum quam ille que non. Sed delectationes intellectuales in operibus malis destruunt omnem impetum ad bonum vel maximam partem eius, quia sensus non habet corrigere intellectum; delectationes autem sensuales non sic destruunt impetum ad bonum quia intellectus est innatus corrigere sensum, ideo etc. Deinde dicendum est quod delectationes intellectuales circa ea ad que delectationes sensuales non ascendunt que appropriato nomine vocantur intellectuales sunt multo meliores quam delectationes sensuales, quod probatur primo ex parte obiectorum quia ipse vel saltem aliqua earum sunt circa obiecta meliora et excellentiora, verbi gratia circa deum et intelligentias. 2° probatur hoc ex parte potentie quia delectationes proprie potentie nobilioris et melioris sunt meliores delectationibus potentie inferioris et vilioris. Intellectus autem est potentia superior et excellentior sensu, ideo etc. 3° hoc probatur ex parte cognitionis et hoc dupliciter: primo prout delectamur in ipsa operatione que est cognitio; secundo prout delectamur in obiecto cognito. Primum illorum patet tripliciter. primo ex hoc quod cognitio intellectualis est melioris et altioris gradus. Secundo quia ipsa est intellectui magis cognita quam sensitiva sensui propter reflexibilitatem intellectus, et delectatio consurgit ex apprehensione rei delectabilis. 3° sicut dicebatur prius propter minorem connexionem cognitionis intellectualis cum tristitia et labore. Secundum autem predictorum ex hoc patet quia cognitio intellectiva est intimior obiecto quam sensitiva quia attingit ad substantiam obiecti. Sensitiva autem cognoscit rem solum in accidentibus. 4° deinde consequenter probatur ex parte habitus quoniam habitus optimus circa sensibilia videtur esse prudentia nisi ponas scientiam naturalem. Sed habitus optimus circa insensibilia est sapientia que est melior et prudentia et scientia naturali ut dictum fuit in 6° huius; ergo eius operatio est melior et per consequens delectabilior. 5° hoc probatur ex cognitione proprietatum delectationis intellectualis quoniam in bonis illud est melius quod est maius, purius et firmius. Sed delectationes intellectuales sunt huiusmodi. probatio: primo sunt maiores quia potentie capacioris et obiecti potentioris sunt in quantitate maiores magnitudine perfectionis propter obiecti et potentie excellentiam ut dictum fuit. sunt etiam maiores protensione

durationis et colorationis eo quod sensibiles habent fastidium et satietatem. Deinde dico quod sunt puriores
tum quia sunt in materiales potentie et circa obiectum ab omni materia et conditione ultimate separatum tum quia
non habent tristitiam contrariam aut admixtam modo quo dicetur in sequenti questione. Deinde dico quod sunt firmi
ores quia nec ex parte subiecti possunt infirmari vel corrumpi cum intellectus separatur ab aliis potentiis
sicut perpetuum a corruptibili. Neque ex contrario cum non habeant contrarium vel si aliquo modo habeant tamen minus habent
quam sensuales. Neque ex obiecto cum ipsum sit immutabile omnino. Unde dicit Aristoteles in 10o huius videtur enim philosophia
admirabiles delectationes habere firmitate et puritate. Et tu potes videre quod iste rationes et plures
earum probant sufficienter quod delectationes circa obiecta sensuum excedentia sunt meliores quam delectationes
etiam intellectuales circa obiecta sensibilia de quibus tamen probatum fuit quod sunt meliores quam sensua
les. Et quod est melius meliori est multo melius minus bono 10 Ethicorum. Istis tamen non obstantibus videtur
plurimis quod delectationes sensuales sunt meliores quam predicte intellectuales. Et huius Aristoteles evide
tissime assignat duas causas quarum prima est quod delectationes corporales habent tristitiam contrariam sibi quam
sensus maxime abhorret cuius tristitie delectatio est expulsiva medicina multa velocitate. Verbi gratia
tristitiam famis et sitis expellit cito delectatio que fit in comestione et potu. Ideo igitur tales de
lectationes videntur maxime eligibiles quia non solum appetuntur eo quod delectationes sed multo
magis quia expulsive sunt tristitiarum. Et ideo tu vides quod tunc appetit maximam delectationem in
potu et cibo quando homo valde famescit et sitit propter quod ut dicit Aristoteles aliqui preparant sibi sitim comedendo
salsa vel acuta ut in potu amplius delectentur. Cum hoc etiam unumquodque magis apparet cum iuxta se
fuerit iuxta contrarium. Iste autem delectationes sensuales iuxta tristitias sibi contrarias. Ideo magis appa
rent delectationes autem intellectuales non habent contrarium propter quod non apparent multis ita eligibiles.
Secunda causa quia plurimi speculativas scientias ignorantes non possunt uti delectationibus intellectua
libus sed gustant sensuales solum propter quod non est sibi ille apparent eis maxime et optime. Qui enim mel non
gustat non percipit mellis dulcedinem. Sed statim ex dictis apparet quod delectationes intellectuales
sunt valde meliores et perfectiores quoniam illud non est dicendum delectabile simpliciter et secundum veritatem quod
delectat infirmum ratione sue infirmitatis sed quod delectat sanum et in perfecto esse constitutum. Sed de
lectationes corporales delectant solum infirmam naturam scilicet patientem aliquem defectum puta famis
sitis vigilie vel laboris frigoris aut caloris vel huiusmodi. Unde esurientibus est delectabile comedere
satiatis autem triste. Delectationes intellectuales sunt nate non indigentis sed in perfecto esse consti
tute. Item delectationes corporales ex eo quod sunt solum medicinales habent superhabundantiam pravam
et inculpabilem indigentia enim restituta nocent nullum enim bonum simpliciter habet talem pravam superhabundantiam
Sed intellectuales delectationes tanto sunt meliores quanto magis habundant propter quod ille sunt simpliciter
bone delectationes et perfecte. Item oportet credere summam esse dei delectationem illa tamen non est nature
destitute et indigentis sed ad extremum constitute et perfecte. Igitur delectationes sunt meliores que sunt nature
perfecte quam indigentis et desiderabiliores si sit desiderabilius esse perfectum quam indigere. Ad primam igitur ratio
nem in contrarium dicendum est quod omnes appetunt delectationes intellectuales quia omnes naturaliter scire desiderant
sed non omnes possunt eas prosequi et gustare propter multiplicem nature fragilitatem quod si possent omnes aut
plurimi iudicarent eas esse meliores. Ad secundam potest dici quod apud illos qui de utrisque delectatio
nibus gaudere possunt delectationes sensuales non sunt potentiores. propter quod dicit inde morte Aristoteles quod

philoſophus purus et perfectus qui ſolus utraſque guſtare poteſt delectationes mortificavit omnia deſideria etc. Verum eſt
tamen quod delectationes ſenſuales non ſua poteſtate ſed per accidens impediunt delectationes intellectuales
videlicet in quantum alliciunt ſenſum ad ipſam ut non poſſit intellectui miniſtrare. Ad aliam dicendum fuit quod delec-
tationes intellectuales ſunt maiores ut iam ſtatim dictum eſt quia ſenſuales non propria virtute ſed per accidens ab-
ſorbent iudicium rationis. Si autem extaſes et inſanias inducunt hoc non eſt quia ſunt maiores quam intellec-
tuales ſed fiunt cum quodam motu corporis et ſpirituum qualem motum non exigunt intellectuales. Delec-
tationem autem fieri cum motu non arguit magnitudinem cum dei ſumma delectatio ſit cum omnimoda
immobilitate. Et ſic eſt finis queſtionis.

Igeſimo ſecundo queritur. Utrum delectationes.

Intellectuales habeant triſtitias ſibi contrarias. Arguitur quod ſic quia ſicut alii iudicium intellectus
ſequitur iudicium ſenſus ita poſſibile eſt quod delectatio intellectus ſequatur delectationem ſenſus ſed illo caſu delectatio
et triſtitia ita contrariantur apud intellectum ſicut contrariabantur apud ſenſum. Et confirmatur quia intemperatus de
habundantia venereorum delectatur non ſolum ſecundum ſenſum ſed etiam ſecundum intellectum aliter non differret ab in-
continente. De hac autem venereorum habundantia temperatus triſtaretur etiam apud intellectum et tamen hec
triſtitia illi delectationi eſſet contraria, ideo etc. Item non magis videtur quod delectatio intellectus habeat de-
lectationem ſibi contrariam quam quod habeat triſtitiam ſibi contrariam ſed ipſa poteſt habere delectationem ſibi contrariam ideo etc. Minor
probatur quia ab habitibus contrariis eliciuntur actus contrarii et actus contrarios videntur conſequi delectationes contrarie ſed habitus intel-
lectuales adhuc pure ſpeculativos contingit eſſe contrarios quia contingit opinari contradictoria et opiniones contradicto-
riorum contrariantur ut dicitur 2o metaphyſice. Item ex eodem principio arguitur ſic quicumque de uno actu delectatur ipſe
contriſtaretur de actu contrario ergo cum ſit dare actus intellectuales contrarios adhuc in pure ſpeculativis ut
dictum eſt ſequitur quod delectatio intellectualis poteſt habere triſtitiam contrariam. Item ſicut delectatio ſenſualis
de preſentia alicuius habet triſtitiam contrariam de eius abſentia, ita quilibet videtur experiri in ſpeculatione quod ipſe delectatur
in inventione ſolutionis alicuius difficultatis et contra triſtatur cum non poſſit eam invenire. Oppoſitum videtur
dicere philoſophus 2o huius ubi dicit quaſdam operationes et delectationes eſſe ſine concupiſcentia et triſtitia, puta
eius quod eſt ſpeculari natura non indigente. Dicit etiam quod ille delectationes que ſunt ſine triſtitia non
habent ſuperhabundantiam. Hee autem ut dicit ſunt que natura delectabilium et non ſecundum accidens tales autem
maxime videntur delectationes intellectuales ergo delectationes intellectuales non habent triſtitiam contrariam. Dicit
etiam Ariſtoteles in 10o libro quod ſine triſtitia ſunt mathematice delectationes. Dicit etiam quod delectationes non habent
contrarium illas autem mixtas que hee quidem immixte. Hee autem mixte et videtur illas vocare immixtas que habent contrari-
am contrarium quod miſcetur. Delectationes autem immixte videntur maxime eſſe delectationes intellectuales.
Item quod dicit Ariſtoteles in iſto 10o videtur enim philoſophia admirabiles delectationes habere puritate et firmitate.
Multi propter dictas auctoritates putant fuiſſe de intentione philoſophi quod delectationes ſenſuales habeant contra-
rium et non delectationes intellectuales quod tamen in dictis auctoritatibus philoſophus non intendit cum non ſolum
illa dicat de intellectualibus ſed et de quibuſdam ſenſualibus. Dicit enim in 10o huius Sine triſtitia enim
ſunt mathematice delectationes et earum que ſecundum ſenſum et per olfatum ſed et auditiones et viſiones
multe autem memorie et ſpes. Nec ſequitur ſi alique ſunt delectationes non mixte triſtitiis quod non
habeant triſtitias contrarias quoniam albedo perfecta habet nigredinem ſibi contrariam et tamen non eſt admixta ei nec
etiam omnia contraria ſunt invicem miſcibilia. Corruptibile enim et incorruptibile ut patet 10o metaphyſice ſunt

oĩa et tñ nõ miſcent᷒ · ſcire etiã q᷑ uicij nõ miſcetur uitio · Contraria etiã in medieta ſi aliq
ſint non miſcent᷒ · Ƿ qđ uidendũ ẽ quõ ſumit̃ ꝯrietas delectationis ad triſtiã · Scdõ uide
bitur quõ delectationes intellectuales uel etiã ſenſuales hãnt ꝯrium · Tertio uidebit᷒ ſiue
declãbit᷒ quid ꝑ auctes prius adductas aꝛ·cs intendit · Quantũ ad primũ dr̃ alit᷒ et alit᷒ a
diuerſis · Dant enĩ aliq qđ delectatio de pñtia alicuius obiecti ꝯtrariat᷒ triſtitie de abſentia
eiuſdẽ ꝫbi gra · delectatio intẽpati de pñtia ⁊ uſu ciboꝝ ꝯriat᷒ triſtitie de abſentia eoꝝ ·
Et hoc appet xº ethycoꝝ ubi dr̃ quod punitiões maloꝝ fieri debent ꝑ triſtitias q maxĩe
ꝯriantur amatis delectationibꝫ · Et eſt ibi intentio q᷑ auarꝰ q in cumulatiõe diuitiaꝝ
uel pecuniaꝝ delectat᷒ ꝑ ſubtractiõeꝫ pecunie puniat᷒ et ſupbꝰ ꝑ ſubiectiuaꝫ depſſionẽ ⁊ gu
loſus ꝑ ciboꝝ ſubtractionẽ et ſic de aliis g᷒ intentio aꝛ·is eſt q᷑ delectatio de cumulatione
pecuniaꝝ ꝯtrariat᷒ triſtitie de ſubtractione ipaꝝ · Nullꝰ enĩ pot̃ dicere qđ auarꝰ delectat᷒
in cumulatiõe puniat᷒ ꝑ triſtitiaꝫ et cumulatione quia nũquã in cumulatiõe triſtat᷒ // Itẽ
fames & ſitis ſunt quedã triſtitie de abſentia cibi & potꝰ et tñ ipi uident᷒ ꝯriari delec
tationibꝫ ex repletione · qđ ſic ꝓbat᷒ triſtitie ꝯriat᷒ delectatio que ẽ ipius corruptiua ſꝫ de
lectatio que ẽ ex repletione · ſ· ex ſũptione cibi ⁊ potꝰ ẽ corruptiua triſtitie que ĩ fame
uel ſiti ꝯſiſtunt · Silr̃ delectatio ex ſalute ciuium ẽ abiectiua triſtitie que erat ex eiꝰ pi
clitatione io ref. // Item delectatio ⁊ triſtitia ꝯpant᷒ ad appetitũ ſicut quies naturalis
& quies uiolenta ad naturã grauis aut leuis · Delectatio enĩ eſt q̃ſi quies naturalis
appetitꝰ in bono · triſtitia nõ ẽ q̃ſi quies uiolenta appetitꝰ in malo · Cuꝫ enĩ bonũ uolitũ
adepti ſumꝰ letamur ⁊ cũ in malo detinemur in uoluntate triſtamur · Sꝫ ꝯſtat ex
vº phyſicoꝝ qđ reſpectu eiuſdeꝫ quies naturalis ꝯriatur quieti uiolente que eſt in termi
no a quo que in termino ad quem igit᷒ triſtitia in malo ꝯriat᷒ delectatiõi in bono ·
Et ꝯfirmatur quia ꝯrietas delectationis ad triſtitiã uidet᷒ debere ſumi ex ꝯrietate
obiectoꝝ cuꝫ actꝰ diſtinguant᷒ ꝑ obiecta g᷒ triſtitia de malo debet ꝯriari delecta
tioni de bono oppoſito // Item ꝯrietas delectationis ad triſtitiã debet ſumi ſicut
ꝯrietas ſanitatis ad egritudinẽ quĩ ſanitas ẽ ex ꝓportione ꝯuenienti qualitatũ et egritu
do ẽ ex deffectu ꝯuenientie · Sꝫ ſanitas que ẽ ex ꝓportiõe qualitatũ ꝯriat᷒ egritudini
que ẽ ex deffectu ꝓportionis g᷒ delectatio que ẽ ex pñtia obiecti ꝯuenientis ꝯriat᷒ triſtie
q eſt ex eiꝰ carentia g᷒ ref. Aliis aũt uidet᷒ oppoſitũ eſſe ueꝝ · Non enĩ uidet᷒ eis qđ de
lectatio de aliquo ſit ꝯria triſtitie de ſuo ꝯrõ ſꝫ triſtitie de eodẽ · Vbi gra · uidet᷒ eis
qđ delectatio de pñtia cibi non ſit ꝯriã triſtitie de eiuſdeꝫ cibi abſentia ſꝫ de eiuſdeꝫ cibi
pñtia · Et hoc intunt᷒ probare ſic · Contraria nõ ſunt eiuſdeꝫ ſꝫ delectari de ſalute
ciuitatiſ & triſtari de eiuſdeꝫ deſtructione ſunt eiuſdeꝫ mouis · Delectãi aũt de eiꝰ
ſalute ſut̃ ꝯrioꝝ moꝝ & nõ pñt eideꝫ ſimul ineſſe io ref. Iteꝫ ꝯria nõ ꝯſequnt᷒ ſe ad
iuicẽ ſꝫ ꝯſequnt᷒ ſi quis gaudet de ꝓſpitate uicini qđ triſtent᷒ de ipius aduſitate
⁊ eꝰ · Vnde ſtudioſuꝫ ſicut uidemꝰ gaudere de ꝓſpitate uicini ul᷒ ꝓximi ſic eũ uidemꝰ
triſtari de eiꝰ aduerſitate ⁊ ſicut inuidꝰ triſtatur de ꝓſpitate ſic gaudet de eiꝰ aduer
ſitate io ref. Item actꝰ uitioſi ꝯriant᷒ ſꝫ gaudere de ꝓſpitate uicini ẽ actꝰ uirtutis ·

et dicta tristari est actus mali. Quod delectatio et tristitia de eodem contrariantur et non delectatio et tristitia
de contrariis. Item delectatio fit secundum convenientiam obiecti ad potentiam et tristitia secundum disconvenien-
tiam; modo convenientia seu similitudo ad album non contrariatur disconvenientie seu dissimilitudini ad nigrum,
ymo possunt simul inesse eidem et secundum idem. Cignus enim secundum albedinem est similis nivi et dissimilis
corvo. Quod delectatio appetitus de aliquo non contrariatur tristitie de eius contrario. Alii autem dicunt
quod proprie loquendo de contrarietate nulla delectatio contrariatur tristitie sed delectatio delectationi.
Nam contraria proprie accepta debent esse eiusdem generis et non diversorum ut apparet x° metaphysice.
Propter quod dulce in voce non contrariatur amaro in sapore. Nec ulterius aliqua vox alicui sapori propter
hoc quod vox et sapor sunt diversa genera sub se plures species continentia quibus adhuc sub
eodem superiori genere contineantur. Sed delectatio et tristitia sunt diversa genera. Delectatio enim sub se plu-
res et diversas species habet sicut expresse dicit Aristoteles x° huius, et pari ratione tristitia plures sub se
habet species tristitiarum. Quare proprie nulla delectatio contrariatur tristitie nec econverso. Item delectationes sequentes
actus contrarios sunt invicem contrarie ut delectatio studiosa et delectatio viciosa, verbi gratia delectatio
amici de proximi prosperitate contraria est delectationi inimici vel invidi de ipsius adversitate. Si
autem delectatio sit contraria delectationi sequitur quod ipsa non sit contraria tristitie quia uni est unum tantum contrarium
Arguitur quod sic quia tristitia est corruptio ergo delectatio est generatio. Consequentia patet per illam regulam: Si oppositum in opposito etc. Antecedens probatur auctoritate Aristotelis 3° huius dicentis quod tristitia corrumpit et stupefacit naturam habentis aut ergo corrumpit sicut agens aut sicut actio. Non sicut agens quia agens corrumpens est ipsum obiectum disconveniens inferens tristitiam. Si autem corrumpat per modum actionis et actio corruptiva nihil aliud est quam corruptio ergo sequitur intentum scilicet quod tristitia est corruptio. Et confirmatur quia fames et sitis sunt quedam tristitie sed ipsis natura corrumperetur ex toto si perseverarent sine refectione ergo tales tristitie sunt quedam corruptiones. Item destitutio corporis apud eventum famis aut sitis per actionem caloris naturalis consumentis humidum naturale est quedam corruptio ergo restitutio que fit per sumptionem alimenti deperditum restaurantis est quedam generatio, sed delectatio in tali restitutione consistit probatio quia sicut tristitia consistit in destitutione vel in destitutum esse ita oportet quod delectatio consistat in restitutione vel in restitutum esse, modo non videtur consistere in restitutum esse quia cum aliquis per cibum sufficientem et potum restitutus est ad plenum cessat delectatio circa cibum et potum ergo etc. Item forma secundum quam est motus dicitur motus capiendo motum secundum veriorem acceptionem ut vult Commentator 3° physicorum ergo a simili forma secundum quam est generatio dum secundum eam est generatio dicatur generatio sed secundum delectationem est generatio quia secundum eam est mutatio de non esse ad esse contingit enim non delectari. Item Aristoteles ex eo dicebat delectationem non esse motum quia fit in instanti tota simul sed hec generationi non repugnat cum generatio propriissime sit secundum substantiam que tamen non recipit magis et minus ergo non repugnat delectationi quod sit generatio licet repugnet quod sit motus. Oppositum expresse dicit Aristoteles 7° et 10° huius. Sciendum est quod nomen generationis et nomen motus licet communiter accepta sint synonima tamen accepta proprie distinguuntur maxime per hoc quod motus est inter terminos positivos generatio autem et corruptio ponuntur esse inter terminum positivum et terminum privativum ut apparet 5° physicorum. Ex quo manifestum quia delectatio potest fieri non precedente tristitia positiva quod secundum delectationem non est motus prout motus distinguitur contra generationem et corruptionem nisi forte per accidens tamen ex hoc non est notum utrum delectatio sit generatio vel corruptio. Secundo sciendum est quod transmutatio solet distingui dupliciter scilicet instantanea et corporalis sive continua, et debet supponi ex physica naturali ut puto quod transmutatio instantanea non est aliqua res distincta differens a terminis transmutationis et subiecto, sed

transmutatio continua et temporalis est bene res distincta a terminis vel ab altero eorum sicut patet a toto ubi gratia. Ponamus animam fieri indivisibiliter generatio anime non est res alia ab anima licet hoc nomen generatio connotet quod non connotat hoc nomen anima. Sed ponamus qualitatem fieri continue et temporaliter tunc generatio caliditatis differt a caliditate generata et est pars eius. Et si quis non velit ista supponere recurrat ad questiones naturales quia non sunt in omnibus omnia dicenda. // 3° sciendum est quod aristoteles sepe solet dicere eorum non esse generationem que indivisibiliter fiunt propter hoc quod non est eorum generatio distincta a generata esse. Eorum autem que divisibiliter fiunt concedit esse generationem quia ibi est dare generationem distinctam a generato esse sicut etiam commentator dicit in 6° physicorum transmutationem instantaneam non esse transmutationem per se sed finem transmutationis. Et isto modo intelligenda sunt verba aristotelis in 10° huius cum dicit non omnium hec dicuntur scilicet generatio et motus scilicet partibilium et non totorum id est non eorum que fiunt tota vel instantanee. Et addit neque enim visionis est generatio neque puncti neque unitatis neque horum nichil motus neque utique delectationis totum enim quoddam id est delectationis non est generatio neque motus sicut neque visionis quia fit tota simul // tamen capiendo large nomen generationis prout significat aliquid fore cum ante non fuisset absque eo quod significet rem distinctam a terminis et subiecto sive a generato esse aristoteles non negat generationem esse delectationis neque visionis. 3° sciendum est quod sicut dictum fuit in precedentibus quod delectatio et visio possunt fieri partibiliter et continue propter mutationem continuam in aliquo eorum que ad causandam delectationem vel visionem exiguntur sed quia delectationi et visioni non repugnat ex se fiant note simul ideo aristoteles loquitur de eis ac si fiant semper tote simul dicens scilicet ipsarum non esse generationem temporalem et distinctam a generato esse quia si est earum generatio talis hoc tamen non convenit eis secundum se ipsas sed per modum sequelle ad mutationem temporalem in eis ad que delectatio vel visio consequitur. 4to notandum est quod plures antiquorum dixerunt delectationem esse generationem sensibilem in naturam vel repletionem attendentes ad illas delectationes que fiunt secundum cibum et potum quia cum corpus in fame et siti destitutum fuerit a dispositione naturali ad quam restituitur per sumptionem cibi et potus videmus homines delectari in huiusmodi sumptione cibi et potus. Cum autem corpus fuerit restitutum cibus non est amplius delectabilis hoc autem videtur esse signum quod delectatio non consistit in restituto esse sed in ipsa restitutione nature quam ipsi vocant generationem in naturam vel repletionem propter quod dicunt delectationem esse repletionem vel esse generationem in naturam. Hanc autem opinionem reprobat aristoteles multipliciter in 10° huius quidem secundum perscrutationem formalem impossibile est concedere quod delectatio sit talis generatio vel repletio quia generatio et corruptio sive repletio et evacuatio sunt passiones corporis non anime et si pertinent ad animam hoc est specialiter ad animam sive potentiam vegetativam. Sed delectatio et tristicia non sunt passiones corporis nec anime seu potentie vegetative ymmo specialiter anime sensitive vel intellective ideo et cetera. Item si non apprehendatur talis repletio vel generatio nulla fieret delectatio ubi gratia. In sompno perfecto fit magis restitutio per digestionem et conversionem alimenti in substantiam corporis quam in vigilia vel etiam quam in sumptione cibi et tamen non fit tunc delectatio. // Similiter videmus aliquando quod in sompno delectamur ac si comederemus vel biberemus cum hoc appareat nobis per sompnium et tamen non est ibi repletio

talis vel generatio propter quod apparet quod delectatio vel est cognitio quedam vel sequitur cognitionem, igitur ipsa non est formaliter talis generatio vel repletio. Nec est credendum quod antiqui hoc opinarentur sed ut puto volebant dicere quod delectatio est talis repletio vel generatio obiective id est quod delectatio est apprehensio vel passio sequens apprehensionem vel generationis vel repletionis. Quod item proprie loquendo non est sufficienter dictum neque verum. Dico etiam quod non est sufficienter dictum quia si hoc aliquo modo habet veritatem tamen non habet veritatem de maximis et verissimis delectationibus. Verissime delectationes sunt perfectorum non diminutorum nec egritudinalium. Verior enim est delectatio sani quam infirmi et studiosi quam vitiosi. Et maxima atque verissima delectatio simpliciter est dei qui excellenter est perfectus sine possibilitate diminutionis, propter quod bene dicitur in 10 huius quod visiones et auditiones tunc maxime sunt delectabiles cum sensus sit potentissimus. Repletio autem et generatio non conveniunt nisi rebus imperfectis tendentibus in perfectionem 10 etc. Item nec illud est verum quod ipsi dicunt etiam in illo proposito de quo intendunt quia maxime dicta eorum videntur intelligenda esse de delectationibus sensualibus in cibo et potu quoniam generatio sive corporis consumpti restitutio non fit proprie et principaliter apud cibi sumptionem, sed apud eius 3am vel 2am digestionem. Delectatio autem magis fit apud eius sumptionem, generatio etiam sive repletio non est maior in principio sumptionis cibi quam in medio vel in fine, delectatio autem est maior 10 etc. Ad rationes ergo. Ad primam dicendum est quod tristitia non est corruptio nec proprie corrumpit, sed obiectum tristabile aliquando est corruptivum. Ipsa etiam tristitia potest corrumpere per accidens scilicet ratione motus spirituum consequentis ad ipsam tristitiam. Sed ipsa per se et formaliter accepta non est corruptio nec corrumpit. Dicendum est etiam quod fames et sitis non corrumpunt animal per se sed calor naturalis consumens radicale humidum, cum non habeat humidum cibale in quod agat, vel forte quod calor naturalis per defectum humidi cibalis extinguitur, et sic quasi a tali privatione animal corrumpitur. Tristitia autem vel etiam fames et sitis si formaliter capiantur sunt actus positivi ipsius appetitus. Ad aliam visum fuit quomodo delectatio non est restitutio corporis sed sequitur sensum cibi convenientis etiam aliquando corporis restitutionem et regenerationem. Alia ratio soluta fuit in 3o notabili. Ultima ratio etiam procedit similiter nisi cum hoc dicatur quod aliquando generationes substantiarum sunt divisibiles vel eo quod forme alique substantiales suscipiunt magis et minus ut quidam dicunt vel propter subiecti divisionem in cuius una parte post aliam continue forma introducatur. Et sic est finis.

Igesimo sexto queritur. Utrum delectatio perficiat operationem

Arguitur quod non, quia quod impedit prudentem esse non perficit operationes, cum nulla possit esse perfecta operatio sine prudentia. Sed delectatio impeditiva est ei quod est prudentem esse ut dicit Aristoteles 6 et quanto magis gaudet magis impeditiva est ut ea que venereorum nullum utique posse aliquid intelligere in ipsa propter quod etiam dicitur in primo huius quod in omni maxime observandum delectabile et delectationem. Abstinentes enim ipsam minus peccabimus. Item idem non perficit se, sed delectatio est operatio probatio per Aristotelem 7o huius, qui cum dixisset felicitatem esse operationem non impeditam et eligibilissimam, dixit: hec autem est delectatio. Et si dicatur delectationem esse aliud ab operatione, tamen oportet operationem meliorem et perfectiorem esse delectatione cum in operatione consistat

felicitas modo minus perfectum non perficiat magis perfectum sed potius contra sicut materia non perficit formam sed converso. Etiam quia quod est perfectissimum non indiget alio quod perficiat, felicitas autem inter humana bona est quid perfectissimum, cum tamen ipsa sit operatio quedam, 10° etc. Item non perficit operationem per modum agentis quamvis probabilius esset quod operatio esset activa delectationis cum sit naturaliter prior delectatione quam contra. Nec perficit eam per modum forme quia 10 huius dicit Aristoteles quod ipsa non perficit operationem sicut habitus qui inest. Et hoc etiam patet per hoc quod delectatio non est in eodem subiecto cum operatione quamvis operatio quam delectatio consequitur est aliqua apprehensio que est in potentia cognitiva. Delectatio autem est in potentia appetitiva. Sed iterum nec perficit operationem per modum finis quia finis ultimus est operatio non delectatio cum Aristoteles dicat felicitatem esse operationem ergo nullo modo perficit eam. Oppositum arguitur quia dicitur 7° huius quod delectationes que sunt a speculari et discere magis faciunt speculari et discere. Et in 10 huius dicit Aristoteles perficit autem operationem delectatio. Et postea iterum dicit Aristoteles. Coauget enim operationem propria delectatio magis singula iudicant et certius exquirunt cum delectatione operantes. Sciendum est quod omnis delectatio consequitur apprehensionem alicuius boni seu convenientis per modum presentis prout dictum fuit satis in alia questione propter quod tria sunt hic consideranda scilicet obiectum sub ratione boni presentis apprehensum et ipsa apprehensio et consequens delectatio. Verum est quod etiam aliquando potest nobis fieri delectatio de ipsa apprehensione scilicet hoc est per actum reflexum vel per actum superioris potentie cognitive quo apprehendimus illam priorem apprehensionem per modum boni seu convenientis et presentis, ita quod illa prior apprehensio sit obiectum secunde apprehensionis per quam fit delectatio de illa priori et ita redit quia semper delectatio fit de aliquo obiecto per ipsius apprehensionem. 2° sciendum est quod obiectum de quo fit delectatio quandoque est operatio nostra vel ex operatione nostra dependens, ita quod ipsum vel ipsius presentia est in nostra potestate. Aliquando autem illud obiectum vel eius presentia non est in potestate nostra sicut esset aeris serenitas vel maris tranquillitas vel sanitas vel pulchritudo corporalis et huiusmodi. Propter quod apparet quod questio proposita potest dupliciter intelligi. Uno modo de operatione que est in nostra potestate que est ipsa apprehensio per quam fit delectatio. Alio modo de operatione que aliquando est obiectum de quo per ipsius apprehensionem fit delectatio. Si ergo de operatione que sit obiectum et illa non subsit potestati nostre sicut est vento pluvia, constat quod delectatio nostra non perficit talem operationem. Pluvia enim nec perficitur nec augetur nec continuatur ex eo quod delectamur ea et hoc videtur per se notum. Si autem illa operatio de qua obiective delectamur fuerit in nostra potestate ut equitare vel citarizare vel speculari et huiusmodi tunc est dicendum quod delectatio quodammodo perficit et continuat operationes. Hec est causa quia ipsa aliquo modo est causa vel occasio quod operatio fiat intensior et diuturnior. Et hoc est per experientiam manifestum. Et ratio huius est quia omnia volunt et prosequuntur delectationes et bestie et homines ut dicitur 7° huius. Unde etiam primo rethorice dicit Aristoteles. Delectationem enim omnia prosequuntur et gratia ipsius delectari appetunt delectari. Sed velle aliquid trahit et inclinat ad illud velle sine quo esse non potest et delectatio non potest esse sine obiecto delectabili nisi forte diminute ut apud speciem vel memoriam vel propter speciem obiecti delectabilis in fantasia reservatam ergo delectationis gratia inclinamur ad volendum operationem delectabilem vel aliud obiectum delectabile. Sed quod volumus si sit in nostra potestate hoc facimus et continuamus si aliud non impediat

g' delectatio quam habemus uel quam habere intendimus de aliqua nostra operatione incitat nos ad exercitium illius operationis et ad continuationem ipsius et ita delectatio perficit operationem de qua obiectiue delectamur. Sed dubitatur per quem modum, cum non uideatur posse perficere eam nisi per modum forme uel finis uel efficientis. Ad quod michi uidetur esse dicendum quod non oportet per modum efficientis; obiectum enim delectationis et apprehensionis precedit naturaliter delectationem et apprehensionem, cum igitur efficiens precedat naturaliter effectum delectatio non potest habere rationem efficientis in respectu obiecti. Tamen posset dici quod sicut desiderium ponitur causa effectiua motus ad obiectum adipiscendum, ita delectatio posset dici causa effectiua quietis et permanentie in obiecto adepto. In naturalibus enim sicut grauitas est causa motiua grauis deorsum sic etiam ipsa est causa quietatiua eius in loco deorsum; modo grauitati ut est causa motiua uidetur correspondere delectatio. Item nec delectatio uidetur michi respectu dicte operationis habere rationem forme proprie loquendo, quia obiectum delectationis et apprehensionis potest esse extra appetitum et intellectum, et si sit intra hoc accidit. Sed ipsa delectatio respectu obiecti prosequendi faciendi uel conseruandi potest se habere per modum finis sic quod homo apprehendens delectationem sub ratione boni uel conuenientis desiderat eam non habitam habere uel habitam conseruare propter quod ipsius gratia desiderat habere uel conseruare omne illud quod est necessarium uel congruum ad eam habendam uel conseruandam cuiusmodi est obiectum, et sic intellectus et appetitus actiue mouent ad illud obiectum non adeptum adipiscendum uel adeptum conseruandum gratia delectationis inde prouenture uel prouenientis. Et ita patet quod intellectus et appetitus et alie cum hec uirtutes alie mote ab intellectu et appetitu continuant augent et perficiunt actiue operationem de qua obiectiue delectamur uel delectari intendimus. Delectatio autem illa per modum conuenientis apprehensa et amata se habet in hoc sicut finis. Si autem questio querat de operatione que est ipsa apprehensio per quam de obiecto apprehenso fit delectatio tunc etiam docet experientia quod delectatio sic perficit operationem quod ipsa aliquo modo est causa uel occasio quod operatio fiat intensior et diuturnior. Intensius autem et diuturnius audit melodias uel fabulas qui de melodiis aut fabulis per auditum delectatur et diutius et intensius aspiciet aliquem ludum qui de ludo delectatur et sic de aliis. Si tunc sicut prius dubitatur per quem modum delectatio perficit huiusmodi apprehensionem. Et statim manifestum est ut michi uidetur quod hec non est per modum agentis. Nam delectatio non precedit naturaliter illam apprehensionem sed potius illam consequitur; omne autem agens precedit naturaliter illud quod actiue producit. Secundo etiam uidetur michi satis manifestum quod delectatio perficere potest talem apprehensionem per modum finis amati et intenti sicut dicebatur de operatione obiectiua. Nam quando fit reflexio uirtutis cognitiue et appetitiue super illam delectationem et illam operationem, uel etiam si actus directus uirtutis cognitiue superioris feratur super eas tunc illa delectatio sub ratione boni et conuenientis apprehenditur et sic haberi uel conseruari desideratur et per consequens omne illud cuius gratia consideramus habere uel conseruare quod est necessarium uel congruum ad ipsam habendam uel conseruandam cuiusmodi est illa apprehensio ut precedat ulterius sicut precedebat prius de operatione obiectiua. Tamen hoc non obstante remanet dubium quod articulus relinquit insolutum in 10. huius scilicet utrum recta et principali intentione debeamus eligere

delectationem propter operationem vel econverso. Accidit enim saepe propter minus bonum eligere illud quod est melius et principalius ut si quis eligat philosophari propter ditari. et est in tali electione ordo perversus si principali et primaria intentione appetitus feratur super minus bonum et eius gratia super magis bonum. Si tamen intentione primaria feratur in maius bonum et aliquando intentione secundaria fiat reflexio super minus bonum nulla erit perversitas ut si primaria intentione diligo deum propter se ipsum et secundaria propter me scilicet meum bonum. finis enim dicitur istis duobus modis scilicet primaria intentione et secundaria prout commentator perfecte declarat 2o celi et mundi commento 17o et commento 21o. Quamvis igitur sit perfecte notum et per se quod aliquando diligimus operationem propter delectationem tamen dubium est quae earum debeat dici finis alterius intentione principali de quo dubio posterius inquiretur. Dubium est etiam utrum delectatio perficiat dictam apprehensionem per modum formae sibi inhaerentis. Et statim videtur quibusdam quod non propter hoc quod illa apprehensio ponitur in intellectu tamquam in subiecto et delectatio in appetitu. Sed ista ratio forte non habet multam efficaciam posito quod idem sit realiter intellectus et voluntas scilicet ipsa animae substantia. hoc enim posito concluderet solum quod delectatio est in anima tamquam in subiecto remoto in qua tamquam in subiecto propinquo est apprehensio Et non obstante hoc diceretur quod anima illa in ordine ad actum apprehensionis vocaretur intellectus et in ordine ad actum delectationis appetitus. Alii autem dixerunt delectationem esse in apprehensione quam ipsa consequitur tamquam in immediato subiecto propter hoc quod anima non potest delectationem recipere nisi tali apprehensione mediante modo dispositio necessaria subiecti ad receptionem alicuius formae subsequentis videtur ad illam formam se habere passive sive subiective sicut dispositio necessaria agentis ad agendum aliquem effectum se habet ad illum effectum active. Forte tamen quod nec ista ratio est necessaria primo quia multi ponerent quod anima non solum se haberet ad huiusmodi actus passive sed etiam active. et ita esset dubium an apprehensio illa esset dispositio animae ad delectationem activa vel passiva. Secundo quia frigiditas videtur esse dispositio necessaria materiae ad recipiendum formam aquae et tamen non recipit formam aquae sic quod forma aquae educatur ab intrinseco de potentia frigiditatis quia tunc forma aquae non maneret illa frigiditate corrupta puta si aqua calefieret quod est falsum. Verum quod non est simile de frigiditate ad formam aquae et de illa apprehensione ad delectationem consequentem quia forma aquae potest manere corrupta frigiditate delectatio autem non potest manere cessante apprehensione. In talibus autem formis quarum una necessario praesupponit aliam in eodem subiecto est satis difficile an posterior sit ab intrinseco educta de potentia subiecti ambarum prioris vel solum de potentia subiecti ambarum quod in genere videtur magis esse speculativum quam morale ideo dimittatur. Respondendum est igitur ad rationes principales. Ad primam dicit aristoteles quod delectatio sequens actum prudentiae vel virtutis non impedit prudentem esse virtuosum sed aliena. Delectationes enim ut quae a speculari et discere proveniunt magis faciunt speculari et discere. Ad aliam potest dici quod si operatio capiatur large pro actu quocumque activo aut passivo concedendum est quod delectatio est operatio. Sed tunc quaestio non esset intelligenda utrum tunc delectatio perficiat illam operationem quae est ipsamet delectatio perficiens sed utrum delectatio perficiat illam operationem quae est obiectum delectationis vel

cuius apprehenſio. Si autem operatio capitur ſtrictius pro actu proueniente ab actiuo in paſſiuum non per modum ſequelle neceſſario connexe actum precedentem et paſſio contra operationem diſtincta capitur pro actu proueniente ab actiuo in paſſiuum per modum ſequentis ad illum actum neceſſario connexi et tunc forte dici poſſet quod delectatio eſſet non operatio ſed paſſio quoniam forte delectatio neceſſario ſequitur apprehenſionem obiecti ut conuenientis et preſentis et eius neceſſario connectitur. Ad hoc autem quod Ariſtoteles dicit delectationem eſſe felicitatem uel operationem dicitur poſt quod predicatio eſt cauſalis non formalis. Quando etiam dicit quod unumquodque perfectum non perficit magis perfectum poteſt dici quod uerum eſt per modum finis dicti primaria intentione tamen aliter eſt poſſibile ſicut dictum fuit et poſtea dicetur. Quando etiam dicit quod felicitas que eſt operatio quedam cum ſit quid perfectiſſimum non indiget quod aliquo alio perficiatur dicendum eſt quod ſimpliciter perfectiſſimum cuiusmodi eſt ſolus deus nullo alio perfici poteſt. Sed perfectiſſimus actus humanus bene perficitur per alium actum humanum ſic quod ipſe cum illo alio actu eſt eligibilior et magis eſtimari poteſt quam ſine eo, et ita operatio que eſt felicitas poteſt perfici per delectationem. Ad alia data fuit ſolutio in corpore queſtionis. Et ſic ipſa patet etc.

Igeſimo ſeptimo queritur

Utrum delectatio in operatione unius uirtutis uel potentie impediat delectationem in operatione alterius. Arguitur quod non quia nunquam aliqua ſunt ſibi inuicem impeditiua niſi habeant ad inuicem aliquam oppoſitionem. Sed operationes uel delectationes duarum diuerſarum potentiarum non habent ad inuicem aliquam oppoſitionem, quoniam illa eſſet oppoſitio contraria quod eſſe non poteſt quia contraria nata ſunt fieri circa idem. Item quecumque due potentie cognitiue uel ſunt ſubordinate ita quod actus unius dependet ex actu alterius uel non ſunt ſubordinate ita quod actus unius non dependet ex actu alterius ſicut ſunt uiſus et auditus. Si ſint ſubordinate tunc operatio unius non eſt impeditiua operationis alterius ſed potius iuuatiua. Si non ſint non ſubordinate adhuc poſſunt ſimul in operationes ſicut uiſus et auditus. Si autem operationes non impediunt ſe inuicem non uidetur quod delectationes conſequentes debeant ſe inuicem impedire ideo etc. Item quod eſt augmentatiuum alterius non eſt impeditiuum ipſius, ſed delectatio uiſus augmentat delectationem tactus quod ex hoc apparet quia delectatio venereis que eſt delectatio tactus maioratur ſi uiſus fuerit delectatus. Et delectabilius bibimus pulcrum uinum quam turpis coloris, uino ſi in cibo uiſus aut olfatus paſſus fuerit abhominationem guſtus etiam abhominationem patitur, ideo etc. Item quelibet delectatio minuit qualibet triſticiam ergo una delectatio non minuit aliam delectationem. Antecedens patet in 7o huius ubi dicitur expellit autem delectatio triſticiam et que contraria et que contingens. Et idem dicit in 10o. Conſequentia uidetur manifeſta quia quod minuit aliquam triſticiam non uidetur minuere delectationem illi triſticie contrariam ſed potius augere et ſaluare ſicut illud quod minuit frigiditatem ſaluat potius et auget calorem quam impediat. Oppoſitum apparet per Ariſtotelem in 10o huius. Sciendum eſt quod ſatis per experientiam et inductionem poteſt eſſe notum quod quelibet delectatio minuit uel expellit qualibet triſticiam. Et quod etiam multe delectationes aliquarum potentiarum expellunt uel minuunt delectationes aliarum potentiarum. Sed huius cauſa declaranda eſt, et modus per quem hoc fiat de quo michi uidetur cum non ſit ſcilicet delectationem uel triſticiam motus per ſe ſed fiat per modum ſequelle ad aliam mutationem ſcilicet prius dicta quod neque delectatio per ſe corrumpit delectationem neque

tristitia delectationem neque delectatio tristitiam neque tristitia tristitiam sed per accidens omnia ista sunt possibilia. Ad quorum evidentiam sciendum est quod nos possumus loqui de delectationibus et tristitiis contrariis vel non contrariis. Si fiat sermo de contrariis apparet satis quod delectatio non agit super tristitiam nec econverso sed delectatio consequitur apprehensionem convenientis et tristitia apprehensionem disconvenientis. Ideo quod corrumpit huiusmodi apprehensiones corrumpit ex consequenti delectationes et tristitias consequentes, et quod mutat potentiam cognitivam de una huiusmodi apprehensionum in aliam mutat ex consequenti appetitum de delectatione in tristitiam vel econtra. Si autem loquamur de delectationibus et tristitiis non contrariis adhuc est manifestum quod una per se non corrumpit aliam saltem active sed prius motum una corrumpit aliam, quia una corrumpit operationem quam alia consequitur et sic ex consequenti corrumpit illam. Hec autem sic sciri potest. Delectatio enim per modum finis amati perficit auget et continuat operationem quam consequitur ut dictum est in alia questione. Inquantum enim delectatio est secundum se ipsam appetibilis per modum finis appetitus est natus inclinare ad eam prosequendam et continuandam et per consequens ipsius gratia inclinat ad operationem quam ipsa consequitur prosequendam exercendam et continuandam. Econverso autem tristitia per modum repugnantis sibi inficit et repellit operationem quam ipsa consequitur. Inquantum enim tristitia secundum se ipsam est fugibilis appetitus inclinat ad illam operationem repellendam quam tristitia consequitur. Ex hiis autem consequitur quod anima gratia delectationis continuande et augende est intenta valde circa operationem et obiectum ad que delectatio consequitur, et est etiam intenta valde gratia tristitie repellende circa operationem et obiectum ad que tristitia consequitur. Anima autem cum sit virtutis finite non potest ad diversa intendere simul perfecte. Et ulterius quanto magis intenta unum valde quasi non potest aliis intendere et ulterius quanto magis intendit unum tanto minus potest intendere alteri. Iuxta illud pluribus intentus minor est ad singula sensus. Hoc igitur modo manifestum est quod anima circa aliquam operationem delectata vel tristata multum intendit illi operationi et per consequens parum intendit aliis operationibus et quanto minus intenderit tanto minor consequitur eas delectatio vel tristitia, propter quod isto modo delectatio vel tristitia in opere uno repellit vel minuit delectationem vel tristitiam in opere alio et tristitia tristitiam vel delectatio tristitiam et econtra. Sed hic oportet diligenter attendere quod plures potentias in suis operibus simul delectari vel tristari contingit dupliciter. Uno modo circa idem subiectum ut circa illum cibum vel istam mulierem. Alio modo circa diversa obiecta ut gustum circa cibum et auditum circa cantum mulieris. Si autem sit delectatio vel tristitia plurium potentiarum circa idem obiectum tunc vel utraque potentia circa illud obiectum delectabitur iudicando ipsum esse disconveniens vel una delectabitur et alia tristabitur. Si igitur utraque delectatur verbi gratia visus in pulchritudine mulieris et auditus in eius dulci cantu, tunc delectatio in opere unius potentie non minuet delectationem in opere alterius, sed potius augebit. Adulter plus delectabitur in cantu pulcre mulieris et lascive quam in cantu turpis et indecentis. Et tu libentius adorares pulcrum florem quam turpem consimili existente odore. Et causa huius est colligatio sensuum exteriorum ad eandem interiorem potentiam. Cum enim plures sensus concordant de convenientia obiecti, estimativa firmius adheret eorum iudiciis et sic inde maior sequitur delectatio et eodem modo maior sequitur tristitia si plures sensus concordent.

de disconvenientia. Si non discordent, tunc delectatio unius minuet tristitiam alterius et contra
propter hoc quod estimativa nullius erit firmi iudicii, sed semper dubitabit an tale obiectum sit sibi conveniens
vel disconveniens. et ita nec delectabitur nec tristabitur intense, nec per consequens sensus exteriores inten
se delectabuntur vel tristabuntur propter eorum colligantiam ad virtutes interiores que tanta est quod si
estimativa iudicaverit aliquam esse immunditiam in cibo vel in potu, quantumcumque boni fuerint sapo
ris et odoris gustus abhominabitur et olfatus. Si autem delectationes et tristitie plurium poten
tiarum fuerint circa diversa obiecta et non subordinata, tunc habebit veritatem illud quod
prius dicebatur scilicet quod delectatio minuet delectationem et tristitia tristitiam et delectatio tristi
tiam et econverso modo supradicto. Sic enim bene dicit Aristoteles quod amatores fistulas non possunt sermonibus
attendere si audiant fistulantem, propter quod gaudentes quocumque vehementer non operantur alter
et alia facimus aliis quiete placentes. hoc idem etiam apparet in tristitiis. Narres enim eque constrin
gimus ut non sentiat pedis dolorem. Sed tamen autem ea que dicta sunt rationes in principio questionis ad
ducte perdunt si quis intenderit. Aliqui enim satis arguunt quod delectatio non per se diminuat
delectationem quin tamen diminuat modo predicto scilicet quia omnia anima non multum intenta minus inten
dit aliis nichil plus probant. Et sic est finis questionis.

Vigesimo octavo queritur

Utrum principali intentione de
lectatio sit propter operationem vel operatio propter delectationem. Multi autem probare nituntur quod
operatio sit propter delectationem intentione principali per rationes sumptas ab Aristotele et Eudoxio Quarum
prima sit ista. Optimum semper intentione primaria debet poni finis aliorum et maius bonum minoris
boni. Semper enim deterius est gratia melioris ut dicitur 7o politicorum. Sed delectatio videtur videtur esse quid
optimum igitur etc. Minorem probat Eudoxius capiens pro principio manifesto illud esse optimum
quod omnia appetunt et illud principium videtur esse concedendum quia cum bonum sit obiectum
appetitus nichil videtur per modum obiecti posse ad se attrahere uliter omnem appetitum nisi sit
in bonitate potentissimum et quia tale est omni enti bonum. sed non est omni enti bonum nisi quod est opti
mum scilicet se ipsum. Si igitur istud principium concedatur oportebit etiam modo consimili concedere illud esse optimum
omnibus cognitione utentibus quod omnia appetunt cognitione utentia. Sed delectationem appetunt
omnia tam rationalia quam irrationalia prout experimur igitur etc. Hanc autem rationem positam ab Eudoxio
per modum disputationis approbat Aristoteles in 7o huius dicens. Et prosequi autem omnia et homines et bes
tias delectationem signum est quod est esse aliqualiter optimum ipsam. Verum est tamen quod statim instari potest
ista rationi sicut innuit Aristoteles in 7o huius. Dico quod dicta ratio forte haberet efficaciam si omnes appe
terent eandem delectationem. Sed non est ita. Alii enim et alii alias et alias appetunt delectationes
et ad invicem sepe contrarias. licet igitur omnis homo appetat delectationem tamen nulla est delectatio quam omnis homo
appetat. Ideo de nulla delectatione concludi potest quod sit quid optimum. Sed Aristoteles huic instantie res
pondet dupliciter primo sub hiis verbis. Sed quoniam non eadem neque natura neque habitus optimus neque
est neque videtur neque delectationem prosequuntur eandem omnes delectationem tamen omnes. Ex quibus verbis
sententia confirmans prefatam rationem potest extrahi dupliciter primo scilicet quod causa quare non omnes appetunt
eandem delectationem est quia non omnium eadem est natura id est complexio naturalis indita nobis a
nativitate nec idem habitus per assuetudinem acquisitus. Natura enim imperfecta et habitus primus.

non prosequitur optimam delectationem sibi proportionalem sed pravam vel imperfectam. Sed si eadem esset omnium natura, scilicet perfecta, et idem habitus, scilicet optimus, omnes appeterent eandem delectationem, et illa est quam ratio concludebat esse quod optimum. Quod enim videtur perfecto viro ac studioso iudicandum est ac si omnibus videretur. Studiosus enim circa singula iudicat recte. Alia autem sententia potest capi ex dictis verbis aristotelis quod generi toti delectationum convenit terminare appetitum, quod ex hoc patet, quia omnes appetunt eandem significationem, quod prave delectationes terminant pravos & bone bonos & optime optimos. Illud autem est optimum quod terminat optimum appetitum; ergo aliqua delectatio est quod optimum. 2° autem aristoteles instancie perfecte respondet sub hiis verbis. Forte autem et prosequuntur non quam existimant neque quam utique dicerent sed eandem. Cuius rationem assignat dicens omnia enim natura quoddam divinum. Ex quibus verbis capi potest dicendum quod licet aliqui homines propter alteras ipsarum naturas et alios habitus appetunt alias et alias delectationes particulares, tamen omnes appetunt eandem delectationem finalem et prosequuntur licet hoc ipsum non percipiant. Ideo de illa finali delectatione ratio sufficienter concludebat. Sed tunc est dubium quomodo verum sit quod omnes appetunt eandem delectationem. Ad quod potest dici probabiliter quod qui naturaliter appetit aliquam operationem habentem sibi annexam delectationem ipse etiam naturaliter appetit illam delectationem. Omnes enim natura scire desiderant ut dicitur prohemio metaphysice et omnes ipsum scire aliqualiter prosequuntur si non fuerint impediti. Et si appareat quod diversi diversas scientias particulares appetunt et prosequuntur, tamen hoc non obstante credi debet quod omnes aliquam appetunt eandem scientiam finalem, scilicet maxime et excellentissime scibilis. Nullus enim interrogatus si vellet perfecte cognoscere deum, diceret velle illam. Etiam omnes prosequuntur vel in forma propria vel quia aliquid aliud in ipsam ordinatum prosequuntur. Omnes enim humane noticie primo naliter omnes actus humani in illam finaliter ordinantur, sed in cuius opera consistat humana felicitas. Et hoc fuit declaratum satis in primo huius, scilicet in capitulo questione et in 5a. Est ergo intentio aristotelis quod omnes homines appetunt naturaliter illam summam delectationem que dei summe contemplationi annexa est. Cuius ratio est ut dicit quia omnia entia quantumcumque depravata habent naturaliter in se quoddam divinum per quod naturaliter tendunt in proprium bonum. Et hoc est exprimit aristoteles in 10. huius dicens: Forte autem et in pravis est aliquod naturale bonum melius quam secundum se ipsa quod appetit proprium bonum. Illud divinum vel naturale bonum forte nichil aliud est quam natura uniuscuiusque sed quod ipsa est quedam participata similitudo primi boni vel secundum quod ipsa continue recipit esse suum a primo et summo bono. Semper enim prima causa plus influit in quodlibet causatum suum quam quecumque causa secundaria. Sic ergo declarata sit ad istud propositum prima ratio aristotelis et Eudoxii. 2° ad idem arguitur sic quia ex eodem fundamento omni genere cause causa prima est ulterioris causalitatis quam cause posteriores. Sed inter omnia bona humana delectatio videtur ulterioris causalitatis in genere cause finalis. Probatio quia causalitas finis est in movendo appetitum ad ipsius amorem et prosecutionem. Nullum autem humanum bonum movet ad hoc ultimus appetitum cognoscitivum quam delectatio cum experti sit omnes bestias et homines prosequi delectationes. Ergo delectatio est in genere cause finalis et per consequens operatio est intentione primaria propter ipsam. Item perfectibile primaria intentione

ordinatur ad suam perfectionem propriam tamquam in finem. Sed delectatio perficit operationem ideo etc. // Et con
firmatur ratio quia delectatio perficit operationem non quocumque modo sed ut superveniens quidam finis
ut dicit aristoteles. Item omnia humana bona sunt intentione primaria propter optimum quod est ipsa feli
citas tamquam propter finem. Sed aristoteles dicit delectationem esse felicitatem et quod optimum quod probatur tali
ratione. felicitas cum sit operatio perfecta est operatio non impedita hoc autem est delectatio quare
erit delectatio quod optimum // Item primaria intentione semper deterius est gratia melioris ut dicit 7o
politicorum. Sed delectatio videtur esse melior operatione quia ipsa est generatione posterior cum ipsa
consequatur ad operationem que autem generatione sunt posteriora sunt priora specie substantia id est via per
fectionis ut dicit aristoteles 9o methaphisice g' etc. // Et affirmatur quia finis habet rationem ultimi ideo quod
magis est posterius magis videtur habere rationem finis. delectatio autem est posterior delectatione ideo etc.
Item illud est maxime eligibile et per consequens omnia alia sunt eligibilia propter ipsum quod est eligibile
non propter aliquid alterum neque alterius gratia. tale autem confessum est esse delectationem ut dicit aristoteles. Nullum
enim interrogare cuius gratia delectatur ut secundum se ipsam existantem eligibilem delectationem. Unde et
primo rethoricorum dicit. Delectationem enim omnia prosequuntur et gratia ipsius delectari appetunt delectari
Diffinitum autem est huius bonum et finis. Item optimum magis est ponendum de illo genere quod est
determinatum ad res meliores et excellentiores quam de illo quod est commune rebus vilioribus sed genus
delectationis est magis appropriatum rebus excellentioribus et genus operationis est magis commune rebus vilio
ribus ergo optimum gratia cuius alia sunt magis debet poni de genere delectationis quam de genere
operationis. Maior videtur manifesta quia nichil reputandum est venerabile in quo cum vilio
ribus convenimus Sed solum in quo cum superioribus. Minor probatur primo quia animatis et inanimatis
convenit operari sed solis animatis non adhuc omnibus sed solis cognoscentibus convenit delectari // 2o quia
si de operationibus et delectationibus hominum optimorum loquamur operationes erunt et circa bona et
circa mala. Circa utrumque enim bonus homo bene operatur sed ~~determinatio~~ delectationes determinare erunt
ad bonum. Bonus enim homo non nisi in bonis delectatur. Item quies gravis aut levis in lo
co suo naturali convenientior est ipsi gravi aut levi et magis habet rationem ultimati finis quam
motus sive tendentia ad illum. Sed delectatio est tamquam quietatio in obiecto amato. Alii autem
actus humani se habent per modum tendentie in ipsum ideo etc. Item manifestum est quod in ludo de
lectatio non eligitur propter operationem sed econverso quia sepe operatio circumscripta delectatione est fugi
bilis tamquam lesiva et dampnosa. Apparet etiam quod coitus non eligitur naturaliter propter operationem quia
mulier impregnata adhuc appetit coitum naturaliter et tamen circumscripta delectatione operatio esset otio
sa immo potius dampnosa quam utilis. Si ergo natura nichil faciat otiose sequitur quod coitus propter delecta
tionem eligitur non econverso. Et si hoc in istis concedatur rationabile est quod ita concedatur in aliis. Item multi
ponunt amorem idem esse quod delectationem et in actu amoris consistere felicitatem et per consequens
delectationem esse felicitatem. sed propter felicitatem sunt omnia alia bona humana ergo omnia alia sunt
propter delectationem. His tamen non obstantibus Eustachius et albertus in suis commentis tenent ex
presse contrarium. Ad quod Eustachius arguit primo sic per hoc quod aristoteles non dicit delectationem esse fi
nem operationis sed velud quendam finem per hoc innuens quod non sit simpliciter finis in intentione primaria
sed quodammodo scilicet secundum quod in intentione secundaria. Ad idem arguit rationibus sic. fines posterius ad

ueniũt opationib; et generationib; quar sunt fines delectatio aũt simul adest ei que sed;
naturaz opationi g̃ non ē finis ei9 · Sz instat forte nõ ĩmerito ɔ̃ istaz roēz · p̃mo quia delec
tatio et si non sit posterior opatione sedꝫ tp̃us est tñ posterior ea sedm naturã · Et iterz
operatio non fit posterius ipã delectatioē cũ tñ · Eustachi9 dicat eã eē finē delecta
tionis · Et iterz aĩa uel corp9 aĩatuz ē finis nutritionis et aliarz dispoñiz ɔuenientiũ
corpori aĩato si deteri9 sit semp gr̃a melioris · ꝛ tñ aĩa uel corp9 aĩatuz nõ aduenit pos
teri9 predictis sed pri9 · ymo etiã felicitas uidetur eē p̃ma intentioē ꝑ hoiēz / qm̃ homo
cum sit substantia ē melior naturaliter et nobilior ipã felicitate que accidēs qdaz et ꝑ
deterius ē gr̃a melioris ꝛ tñ hõ nõ aduenit posteri9 ipã felicitate sed eõ g̃ illa rõ · Eu
stachij nõ nõ magnaz uidetur hr̃e efficatiaz nisi forte quia bñ pbat qd̃ delectatio non
ē finis opationis ꝑ illuz moduz ꝑ quē termin9 generationis aut mot9 ē finis generatio
nis aut mot9 · Alia ratio Eustachij ē quia delectatioēs eēnt fines opationũ seq̄ret
q nulle deberent exerceri opationes quib; eēnt maiores ãnexe tristicie q delectatiões
ꝛ ɔtra sequeret q oms opatioēs exerceri deberent quib9 maiores eēnt ãnexe delec
tationes q tristicie · ɔsequñs ē falsuz / g̃ et antecedens · p̃mo g̃ ɔsequētia ex hoc pz
quia sedz exigentiã finis oportet cetera moderari · ꝫ optimũ ē facere omĩa que suñt
ɔgrua fini ꝛ dimittere ɔ̃ria · sicut ꝑ̃z in ope fortitudinis ubi fortis faciendo qd
facere debet expectat et sustinet uulnera aut etiã mortē ubi pl9 ē doloris ꝛ tristicie
q delectationis ut dr̃ in 3° hui9 ꝛ expertuz esse uidet · Contra etiã nulli ē oportunũ exer
cere coytuz cũ nõ sua muliere uel uti re alteri9 ipõ inuito q̃ntũcũqz in tali ope plus
delectaretur quã tristaret · Insanientes eñ essz dicentes q ꝑ delectari essent opanda
inhonesta uel ꝑ nõ tristari honesta fugienda ymo omis hñs rectuz iudiciũ asse
ret honesta esse facienda etiã si sint tristia uel indelectabilia et omĩa inhonesta eē
fugienda quãtũcũqz sint delectabilia · Et hec pulcre dicit Seneca eplã lxxvi.ª
ad lucilliũ dicens · Vir bon9 qd̃ honeste se facturz putauerit faciet etiã sine pecũ
si laboriosuz fuerit faciet · etiã si dampnosuz etiã si piculosuz erit · rursus qd̃ turpe erit
nõ faciet etiã si pecuniã afferat etiã si uoluptatez etiã si potentiã ul' honorē / Ab
honesto nulla re deterrebit · Ad turpia nulla spe inuitabit · Et Tulli9 in li° de offi
cijs · Nemo eñ iustus esse pot qui mortē qui dolorē qui exiliũ · qui egestatez timet aut
qui ea que sunt hijs ɔtraria equitati antepoint g̃ opatioēs nõ sunt ꝑ delectationes
sz eõ · Sz isti rõni ɔ̃ius sic sibilate possent alij respondere dicētes q nõ omnes delecta
tiones sunt eiusdz rõis sicut nec opationes sz opationib; turpib; ãnexe sunt turpes delec
tationes ꝛ honestis honeste sicut ꝑz 7° et 10 · ethicorz · Delectatioēs aũt turpes nõ st'
simplicit' dicende delectationes ɔ̃iuis delectatioēs deprauatas ut ꝑz ibidez / diceret
g̃ q sicut mali g̃ra delectationũ turpiuz operant' turpia et male · Sic uiri boni gr̃a
delectatioz honestarz opant' honesta ꝛ bene · Supponeret' etiã q ꝑs rõnalis aĩe ꝑferē
da ē ꝑti sensuali / in tantuz qd̃ omē illud turpe dr̄ et maluz q a recta rõne discordat
Tunc rñdetur ad rationez ɔcedendo ɔnãz si intelligat' de honestis delectatioib9 scilicet

concordibus recte rationi et de triſticiis correſpondentibus. Et quando arguitur quod conclusio ſit falſum quia in opere fortitudinis plus eſt doloris et triſticie quam delectationis, diceretur quod hoc forte eſt verum de delectatione et triſticia ſenſualibus, ſed non eſt verum de intellectualibus ſicut dictum fuit in 3° libro questione 20a. Diceretur etiam quod virtuoſus in coytu indecenti nullo modo delectatur ſecundum intellectum, neque iuſtus in iniuſto uſu rei alterius. Diceretur ergo quod nunquam propter delectari operanda ſunt inhoneſta quia inhoneſta nunquam ſunt delectabilia ſimpliciter neque honeſta triſtabilia. Vel ſi aliquibus honeſtis annexa eſt aliqua triſticia, tamen plus eſt in eis delectationis quam triſticie ſicut dictum fuit. Item alia ratione Euſtachius arguit ſic. Sicut ſe habet operatio ſenſus ad delectationem ſenſualem ita operatio intellectus ad delectationem intellectualem. Sed operatio eſt finis delectationis ſenſualis tam in cibis et potibus quam venereis actibus. Non enim eſt imaginandum quod natura nobis inſtitueret cibum et potum finaliter ut delectaremur ſed ut nutriamur et vivamus. Nutriri autem et vivere operatio eſt, ergo delectatio eſt gratia operationis. Quod autem natura inſtituerit nobis cibum finaliter ut nutriamur et vivamus et non ut delectemur apparet primo ex eo quod ipsa plantis inſtituit cibum et potum vel eis proportionalia, quibus tamen plantis delectatio non convenit, hoc ergo eſt ut nutriantur et vivant. 2° quia etiam in nobis cum expedit ad nutriendum et vivendum accipere cibum ſcilicet corpore deſtituto per conſumptionem humidi a calido, tamen maxime delectamur in cibo. Corpore vero repleto et reſtituto quando non expedit ad vivendum et nutriendum capere cibum ceſſat delectatio, niſi forte per artificialem delectationem ciborum et potuum provocetur. 3° quia ceſſante delectatione ut in ſompno non ceſſat natura neque remittitur ab eius actione circa cibum et potum. 4° hoc apparet ex differentia animalium et plantarum circa nutrimentum. Plante enim habentes naturaliter alimentum conveniens non indigent electione nutrimenti, animalia autem alio indigentia nutrimento et non ſemper ſibi neque naturaliter convenienti indigent electione quodammodo, qua acceptent et proſequantur convenientes et refutent vel fugiant diſconvenientes. Nam ſine tali electione plante poſſunt vivere, animalia autem non poſſunt. Ideo natura non deficiens in neceſſariis neque habundans in ſuperfluis inſtituit animalibus nutrimentum convenientis propter annexam delectationem et ad fugiendum diſconvenientis propter annexam triſticiam, quas plantis non inſtituit tali determinatione non indigentibus. Ex quo patet naturam delectationem et triſticiam ordinaſſe ad acceptationem vel refutationem nutrimenti et non econtra. Similiter etiam videtur eſſe de venereis delectationibus. Natura enim per coytum intendens generationem ad ſalutem ſpeciei appoſuit coytui delectationem ut per ipſam animalia determinaret ad exercendum talem actum. Sicut enim ad ſalutem individui natura dedit nobis cibum ita ad ſalutem ſpeciei ordinavit coytum. Propter quod in pluribus generibus generibus animalium videmus delectationem in coytu et coytum ceſſare femellis impregnatis, licet in aliquibus ſcilicet ſpecialiter in hominibus non ſit ita propter cauſam ſpecialem in libro de animalibus ſcrutandam. Sed adhuc alii reſpondent iſti rationi concedentes quod cibi cognitio vel conſequens delectatio vel triſticia ſunt gratia operis conſequentis ſcilicet nutritionis et vite. Similiter ſenſus ſpermatis et conſequens delectatio ſunt bene gratia generationis. Neque enim talis ſenſatio et conſequens delectatio eſt ultimatus finis. Ideo nichil eſt inconveniens ſi in aliquibus alteriorem operationem ordinentur. Sed hoc totum nichil eſt ad propoſitum. Queſtio enim eſt de

necessarius ad bonam et sufficientem vitam ducendam pertinet ad moralem scientiam, specialiter si ad
bonitatem istius illius actus vel habitus exigatur quod sit ratione directus et modificatus et assuetudine con-
firmatus, quod dico ad excludendum motum et naturalem operationem cordis vel inspirationem et alios
tales actus pure naturales. Sed amicitia isto modo maxime necessaria est in omnem vitam ut dicit Aristoteles:
Sine amicis enim nullus utique eligeret vivere habens reliqua omnia, quod primo declarat de divitibus
et principatibus potestatis habentibus dupliciter: primo quo ad usum bonorum temporalium. Secundo quo ad cus-
todiam. Dicit enim quo ad usum: Que enim utilitas talis bone fortune ablato beneficio, quod fit max-
ime et laudabilissime ad amicos. Deinde quo ad custodiam dicit: Vel qualiter utique servabitur
et salvabitur sine amicis. Quanto enim maior fortuna tanto minus secura. Deinde declarat
idem de pauperibus dicens: Inopia quoque et reliquis infortuniis solum existimat refugium esse amicos.
Tullius autem in libro suo de amicitia tam de divitibus quam de pauperibus dicit: Quis esset fructus tan-
tus in prosperis rebus nisi haberes qui illis eque ac tu ipse gauderet. Adversas vero
ferre difficile esset sine eo qui illas gravius etiam quam tu ipse ferret. Et postea subdit: Nam et secundas res
splendidiores facit amicitia et adversas res partiens communicansque facit leviores. Deinde
dictam necessitatem amicitie declarat Aristoteles in diversis etatibus dicens: Et iuvenibus autem necessaria,
supple est amicitia, ad impeccabile, et in senioribus ad famulatum et ad deficientia actionis propter debi-
litatem adiutorium, hiis quoque qui in adolescentia ad bonas actiones. Deinde declarat idem tam
in vita speculativa quam in vita practica dicens: Simul quoque duo venientes et intelligere et agere po-
tentiores. Deinde simul quantum ad omnes declarat Aristoteles necessitatem amicitie per hoc quod natura neque
habundans in superfluis neque deficiens in necessariis eam humano generi instituerit, et talium
quod videmus communiter homines quantumcumque ignotos se invicem per amicitiam dirigere in erroribus viarum.
3a ratio Aristotelis est ista: De illo pertinet ad moralem scientiam quod maxime salvat civitates, et ad quod
legislatores maxime student. Sed sicut dicit Aristoteles: Amicitia videtur continere civitates et le-
gispositores magis circa eam student quam circa iustitiam. Unde Tullius: Quod si exemeris ex
rerum natura benivolentie iunctionem nec domus ulla nec urbs stare poterit nec agricultus.

permanebit. Et id si minus intelligitur, quanta vis amicitie concordieque sit, ex dissensionibus et dis-
cordiis percipi potest. Que enim domus tam stabilis, que tam firma civitas, que non odiis et dis-
cordiis funditus possit everti? // Quarta ratio potest esse propinqua tertie talis: de illo debet considerare mora-
lis, quo magis est opus in civili cohabitatione vel communicatione quam iustitia. Amicitia autem est huiusmodi,
quia sicut dicit Aristoteles: Amicis quidem omnibus existentibus nichil est opus iustitia; iusti vero existen-
tes indigent amicitia. Et ob hoc etiam sepe in civitatibus rigor iustitie pretermittitur in penis
infligendis ne contentio oriatur. // Quinta ratio et propinqua duabus precedentibus potest esse talis: de eo
debet considerare moralis, quod videtur interesse iustorum; sed eorum videtur maxime interesse quod sint ami-
cabiles, ut dicit Aristoteles 10 etc. Ultima ratio Aristotelis est: de eo debet considerare moralis quod non solum est utile
sed etiam honestum; sed sic amicitia autem est huiusmodi, quod probatur signo: quia laudamus polyphyles, id est multorum
amatores, licet etiam nobis inde nulla proveniat utilitas. Laus autem proprie est boni honesti, propter quod
etiam quidam existimant eosdem esse viros bonos et amicos, ut dicit Aristoteles 10 etc. Et sciatis quod iste
rationes non solum concludunt quod de amicitia pertineat ad moralem, sed ultra concludunt quod moralis
valde debeat sollicitari circa amicitiam, cum ipsa sit inter habitus vel actus humanos valde ne-
cessaria et plurimum recommendata, quam etiam Tullius ultra cetera bona humana recommen-
dat dicens: Est enim amicitia nichil aliud nisi divinarum et humanarum rerum cum benivolen-
tia et caritate consensio, qua quidem haud scio an excepta sapientia quicquam hominibus
melius sit a diis immortalibus datum. Cetere res que expetuntur opportune singule fere rebus
singulis: divitie ut utare, opes ut colare, honores ut laudare, voluptates ut gaudeas,
valitudo ut dolore careas et muneribus fungare corporis. Amicitia vero res plurimas con-
tinet; quoquo verteris presto est; nullo loco excluditur; numquam intempestiva, numquam molesta.
Itaque non aqua, non igne, ut aiunt, locis pluribus utimur quam amicitia. // Sed iam aliquis contra
ea que predicta sunt posset dubitare. Primo contra illam propositionem Aristotelis: Sine amicis enim nullus uti-
que eligeret vivere habens reliqua bona omnia. Hoc enim apparet falsum in pluribus sanctis heremitis
qui sibi vitam solitariam elegerunt. Et quia felicitas est per se sufficiens, ut dicitur primo huius, habens
autem tale bonum quod est per se sufficiens eligeret vivere sine alio quocumque bono. Item non videtur
verum quod legislatores magis student ad amicitiam quam ad iustitiam, quoniam omnia eorum precepta sunt
de iustitia, et quia legislatores magis studere debent ad illud bonum quod est excellentius et communius
quam ad minus bonum et minus commune. Sed sive amicitia sit virtus sive annexa virtuti, iustitia est bonum
communius, quoniam ipsa est omnis et tota virtus et iniustitia sibi contraria tota malitia. // Similiter iustitia
est bonum excellentius, cum ipsa sit preclarissima in virtutibus, et neque hesperus neque lucifer est ita admi-
rabilis, ut dicitur quinto huius. // Item non videtur quod in civili communicatione sit magis opus amicitia quam
iustitia, quia iustitia salvat omnes mercaturas et omnes contractus bonos. Iustitia prohibet violentias
fieri, et sic omnes per ipsam possunt convenire pacifice et in sibi debitis operibus lucrari vitam suam.
Amicitia autem interdum veritatem obumbrat, et sic fit causa iniustificationis. Nam sicut dicit
Aristoteles in primo rethorice: Iudices propter amare vel odire non possunt sepe videre sufficienter verum.
Etiam in 2o rethorice dicit ad idem sic: Amanti quidem enim cum de quo facit iudicium aut non
iniustum fecisse aut secundum parva videtur iniuste fecisse; odienti autem contrarium. Nam ut dicit commentator

primo celi. Maxima diuerſitas in iudicijs eſt amor et odium. Si ergo ueritas ut dicit primo huius
ſit amicicie preferenda uidetur quod magis in ciuili conuerſatione ſtudendum ſit ad iuſticiam quam ad
amiciciam. Item non uidetur uerum quod amicis omnibus exiſtentibus nichil eſſet opus iuſticia quoniam cum
iuſticia ſit ſecundum ſe ipſam bonum honeſtum et perficiens animam interius uidetur quod eſſet opus ipſa
habito quocumque alio bono etiam dato quod ex caſu nullum perueniret opus exterius. Et iterum
uirtutibus moralibus ablatis et ipſa prudentia non poſſet eſſe bona uita, dato quod omnes eſſent
amici ſed ablata iuſticia aufferrentur omnes uirtutes morales et prudentia propter earum ne
ceſſariam connexionem ut apparet 6o huius. ergo poſita quacumque amicicia ſemper eſſet opus iuſticia.
Item non uidetur bene dictum quod aliquando propter fouendam amiciciam rigor iuſticie debeat pretermitti
quia uel amicicia non eſt ſimpliciter bona uel nullus actus uirtutis ledit eam. Sed rigor iuſticie
eſt actus uirtutis. ergo rigor iuſticie non ledit amiciciam ſi ipſa ſit bona ſimpliciter. Ad primam
reſpondeo quantum ad heremitas quod ſuppoſita uita eterna poſt mortem ſecundum fidem et ueritatem
merenda cum dei gratia per propter carnis macerationem et penitentiarum actiones et per orationum ad
deum multitudinem utrum aliquis deberet ſibi eligere uitam ſolitariam ſine cum alio ad hoc
cogente nichil ad preſens diſcutio quia hoc ad ſuperiorem pertinet facultatem. Sed circumſcriptis
predictis ſcilicet ſiſtendo ſolum in terminis huius uite modo quo plurimi philoſophorum moralium ſuam
ſcientiam tradiderunt. forte diceretur quod nullus niſi forſan in caſu mortis uel metus tyrannorum aut
huiuſmodi deberet ſibi elligere uitam ſolitariam, tum quia non haberet quis ſibi ſuccurreret in infirmita
tibus et in indigentijs ſenectutis. Tum quia ſecundum uitam actiuam nulli prodeſſet. Sapiens autem ſiue be
atus ut dicit Seneca epiſtola An merito ad lucillum licet ſit ſe contentus ad beate uiuendum non eſt tamen
ſe contentus ad uiuendum. Tum quia ſecundum uitam ſpeculatiuam et uirtutem ſupremam que eſt ipſa ſapientia
melius eſt cooperatores habere ut dicitur 10 huius. licet tamen ſapiens ſit per ſe ſufficientiſſimus. propter quod etiam
dicebatur 8o huius quod duo ſimul uenientes erunt et agere et intelligere potentiores. Unde commentator
12o metaphyſice uitam heremitarum reputat neque bonum neque malum. Ad illud autem quod apponitur uidelicet
quod felicitas eſt per ſe bonum ſufficientiſſimum dicendum ſicut in 1a queſtione primi libri. propter aliam rationem ſci
endum eſt quod duplex eſt iuſticia ſicut apparuit in 5o huius ſcilicet legalis et particularis. legalis autem
iuſticia que eſt tota uirtus et preclariſſima continet omnia legis precepta. propter quod legiſlatores ad
nichil aliud magis ſtudent quam ad ipſam et opera ipſius. Sed iuſticia particularis non continet omnia
precepta legis. ideo neceſſe eſt illam comparationem quam facit ariſtoteles inter amiciciam et iuſticiam intelligere
de iuſticia particulari. Item ſciendum eſt quod amicicia ſi accipiatur proprie non poteſt eſſe ad multos nec ad
malos. ymo rariſſime inueniri poſſunt aliquos quoſcumque ſicut infra uidebitur. propter quod
nec iſta eſt neceſſaria ad ſalutem ciuilis conuerſationis. Si autem amicicia capiatur pro communi concordia
et beniuolentia ſic ipſa poteſt eſſe ad multos. Nec ſolum ad bonos ſed interdum aliquo modo ad ma
malos, et ipſa etiam eſt neceſſaria in ſalute ciuitatis quoniam ciuitas conſtituta eſt ex multitudine
ciuium ſibi inuicem coadunatum in uita. maliuoli autem et diſcordes nichil intendunt prodeſ
ſe ſibi adinuicem ſed obeſſe. propter quod ex talibus impoſſibile eſt componi bene manſiuam ciuitatem. Qua
uis ergo amicicia proprie dicta conduceret multo nobilior et ſimpliciter melior quam predicta amici
cia communiter accepta tamen non propter hoc oportet quod ſit magis neceſſaria ad ſalutem ciuitatis ſicut etiam

scientie et virtutes sint nobiliores sint nobiliores quam cibi et potus que tamen ad vitam sunt magis necessarie.
Videtur ergo michi quod legislatores multo plus student ad iustitiam quam ad amicitiam proprie dictam
propter eius maiorem necessitatem in salute civitatis. Et quia non est in potestate legislatoris scire cum
quo tu debeas talem amicitiam contrahere vel cum quo non. Sed possibile est aliquem legislatorem
plus debere studere ad amicitiam communiter dictam quam ad particularem iustitiam, propter hoc quod actus talis
amicitie est communiter ad omnes vel ad plurimos, actus autem particularis iustitie communiter est inter particu-
lares personas duas vel paucas. Sed legislator debet plus studere ad commune bonum quam ad speciale.
Et iterum propter hoc quia actus communis concordie continet virtualiter actus iustitie et extinguit actus
iniustitie. Exemplum enim iustus contractus si libera et plena voluntate duorum concordia quod ego permuta-
rem tecum capucium meum ad unum denarium. Unde est quod partibus de iniustificatione contendentibus
reductis ad concordiam quamvis altera plurimum sit dampnificata cessat actio inter eas. Et propter
hoc quia discordia sive inimicitia virtualiter continet rancorem, seditionem et inobedientiam
et ulterius omnem iniustitiam et est difficillimum eam reduci ad statum. Ad aliam potest dici quod amici-
tia accepta pro communi civium concordia et benivolentia salvat in civitate omne bonum quod salvat particu-
laris iustitia quia continet eam virtualiter sicut dictum fuit et adhuc amicitia superaddit mul-
tum adiutorium et multam actionem beneficiorum civium ad invicem quod est multum necessarium ad perfectio-
nem civitatis. Quod autem dicit quod interdum amicitia est causa iniustificationis dicendum est quod hoc non est
verum de vera et proprie dicta amicitia sicut dicetur post. Item nec illud est verum de amicitia pro communi civium
concordia et benivolentia. Sed hoc est verum de amicitia secundum quod/que sine presuppositione virtutis
et communis utilitatis est ad aliquos particulares propter proprium utile vel propter proprium delectabile vel etiam propter co-
nutritionem vel consanguinitatem vel aliquid huiusmodi, et talis amicitia non est illa ad quam stu-
dent legislatores nec qua sit magis opus quam iustitia. Ymo diligentius studendum est ad re-
primendum multos actus amicitias huiusmodi consequentes. Ad aliam potest dici quod amicitia
vera et proprie dicta vel etiam amicitia pro communi civium concordia et benivolentia non potest esse sine ius-
titia, propter quod illa propositio quod omnibus existentibus amicis non est opus iustitia sic habet verum intellectum
quod opus capiatur pro indigentia. Non est enim eis opus iustitia, id est ipsi non indigent iustitia quia habent
eam, tamen ipsa iustitia quam habent cum amicitia est eis magnum bonum. Vel potest dici quod illa propositio potest
intelligi de iustitia quantum ad eius actum disceptativum controversiarum inter partes et punitivum
iniustificantium, tamen iustitia bene esset opus ad iuste et decenter distribuendum, commutandum et retri-
buendum. Quoniam ad predictam amicitiam communiter dictam non sequitur omnia omnibus esse communia. Amici-
tia autem vera et proprie dicta ad quam sequitur amicis omnia esse communia non potest esse omnium ad omnes.
Isto dicto modo opus est iustitia quantumcumque amicitiam concedamus. Ad aliam potest dici quod per rigorem iustitie
nos possumus intelligere scripturam legis que non in omni casu tenenda est, sed per epyckyam inter-
dum propter fovendam concordiam vel alios casus speciales modificanda sicut dictum fuit in 5° libro. Alio modo
per rigorem possumus intelligere actum iustitie punitivum sine actu misericordie. Ubi gratia quod
dominus puniat subditum delinquentem quantum possibile est punire eum stante iustitia et talem rigo-
rem possibile est per misericordiam aliquando iuste permittere vel propter amicitiam vel propter alium casum vel oro-
gratis. Dominus enim dando quod suum est non iniustificat. Viso ergo quomodo moralis valde debeat sollicitari

de amicicia videndum ē quō diuerſimode determinandum ſit de ea in diuerſis libris mora
lis ſcīe de quo breuit̄ ſacīdum ē q̄ ad librum ethycorum determinādum ē de amicicia ſcdꝫ
qd̓ valet vnicuiqꝫ ad decētem et delectabilem vitam ducēdam ꝛ ad felicitatē obtinēdam
ꝛ obtentā decorādam · Ad librum politicorum aut̄ ſpectat de ea ſcdꝫ qd̓ valet ad ſalutē ciui
tatis et habundantiam diuiciarum deſeruientiū felicitati ciuitatis · Spectat etiā de ea ad
yconomicā mō ſuo accepto et ad modum predictum ſcdꝫ ꝓportionē domeſtice cōitatis ad
politicā vel pōt dici q̄ liber ethycorum ſubalt̄nat ſibi libros ſequētes q̄ ad librum ethycorum
ſpectat de amicicia determinare in generali et eā diuidere in ſpēs ſuas et int̓ illas dare
ꝯueniētias ꝛ dr̄ias · Sꝫ de ea ſpectat ad librum ethycorum politicorum ꝛ yconomicorum ꝓut ea
diuerſimode vtendum ē in diuerſis ſtatibꝫ politice vl̓ yconomice cōicatiōis // Omēs rōes
adducte in primō qōis ſolute ſunt ꝑ p̄dicta · Et ſic patet queſtio Sequit̓ alia·

Ecundo queritur · in ordine · Utrum · Utrum

Amicicia ſit virtꝰ videtur q̄ nō ꝑ hoc q̄ arīs de ea determinat ſeorſum · poſtq̄ iā di
miſit tractare tam de virtutibꝫ moralibꝫ q̄ de virtutibꝫ intellectualibꝫ · Itē 2° magnorum
moraliū arīs anq̄ tractaret de amicicia dixit ſe iā de ſingulis virtutiū ante determinaſſe
Item Tullius in fine libri ſui de amicicia videt̓ amiciciam diſtinguere ꝯ virtutē dicēs · Vos
aut̄ ꝛ hortor ut ita virtutē locetis ſine qua amicicia eſſe nō pōt ut ea ſ. virtute ex
cepta nil amicicia preſtabilius eſſe putetis · Item alibi in eodem libro dicēs / Una eī ami
cicia ē in rebꝫ humanis de cuius utilitate vno oms̄ ore ꝯſentiūt q̄ q̄ a multis ipā vir
tus ꝯtēpnit̓ et vendicatio quedam et oſtentacio ēē dr̄ · Itē virtutis nō ē ipā virtꝰ
amicicia aut̄ ē effectꝰ virtutis dicente Tullio · Qui aut̄ ī virtute ſūmū bonū ponūt
p̄clare illi qdem · hec ipā virtꝰ amiciciam genuit // Oppoītm̄ argui auctē Senece eplā · Inme
rito ad lucillum qui amiciciā vocat virtutē dicens · Sapiens etiā ſi ꝯtentꝰ ē ſe / tamē
hrē amicū vult / ſi ob nichil aliud niſi ut exerceat amiciciā ne tam magna virtꝰ iaceat
Itē Tullius in libro ſuo de amicicia p̄fert eā omībꝫ bonis humanis dicēs · Ego vos tm̄
hortari poſſum ut amiciciā oībꝰ rebꝰ humanis ante ponatis · Nō nullꝰ hītꝰ qui nō ſit
virtꝰ ē ſic oībꝰ bonis humanis ante ponendꝰ // Itē parum poſt dicit · Nichil a diis īmor
talibꝰ ēē datum homībꝰ meliꝰ / excepta ſapiētia · Et videt̓ michi q̄ ſapiētia large ſūpta
ꝓut extendit ſe ad prudētiam excipiēda ſit / quia virtutes alique intellectuales excellēciores
ſūt moralibꝫ · Amicicia aut̄ ſi ſit virtꝰ nō ē virtꝰ intellectualis ſꝫ moralis · Et ita ipē
p̄fert eam omībꝰ aliis virtutibꝫ moralibꝫ qd̓ eſſe nō pōt niſi ipā ſit idē qd̓ legalis iuſtīa
vel p̄s eius nobiliſſima · de qua dr̄ · 5° hꝰ / qd̓ ipā ē p̄clariſſima virtutū et qd̓ nec heſperꝰ
nec lucifer ita admirabilis et hec multi putāt ēē verum // Itē nullꝰ hītꝰ videt̓ magis ne
ceſſarius in ciuili cōicatione q̄ virtꝰ / in qua tū dicit arīs magis opꝰ ēē amicicia q̄ iuſtīa
que tū ē quedam virtꝰ · Videt̓ michi qd̓ ad ꝯcordandum diuerſas opiōes doctorum ſolēp
nium ꝛ ad ſoluēdas rōes eorum que necīo ꝯcludūt ut puto diſtinguēdum ē de amicicia et
ꝯſiliter de delectatiōe vel amore · Sepe eī iſtis tribꝫ nōibꝰ vtimur ꝑmiſcue · Dicam ḡ
q̄ amicicia qn̄ accipit̓ ꝑ paſſione appetitꝰ Nam in 2° huiꝰ arīs inter paſſiōes enumerat

amicicia et odium. Et ideo magis apparet in 2° rethoricorum ubi declarat aristoteles qualiter movemur
ad inimiciciam vel odium, sicut ipse declarat qualiter movetur ad alias passiones. Et ista a
micicia ut patet 2° rethoricorum potest sic describi. Amicicia est passio appetitus inclinans ad bene
volendum et bonum faciendo amico ipsius gratia. Isto autem modo certum est quod amicicia non est virtus quia
sicut dictum est in 2° huius passiones nec sunt virtutes nec sunt malicie. Et hec viso statim sciendum
est, quod ad huiusmodi passiones que sunt amicicia et odium contingit se habere bene et male, scilicet aliquando
nimis intense vel nimis remisse, et aliquando mediocriter secundum dictamen recte rationis sicut etiam
contingit circa alias passiones. Et hoc potest sciri ex tristiciis et gaudiis vel etiam ex exterioribus
operationibus dictas passiones odii et amicicie consequentibus. Plures enim visi sunt apud novos ad
ventus amicorum indecenter fletum emittere vel gestum et modum amittere tamquam impetu nimio
passionis absorbente usum rationis. Et aliqui visi sunt aliqui propter mortem amici fuisse sponse sibi
ipsis per modum desperationis causam mortis. Vidimus etiam quod plurimos tamquam quod deberet extraneos ad
amiciciam recepisse et inde fuisse deceptos. Sic ergo in multis aliis modis contingit secundum amiciciam
excedere magis quam oportet. Nullus enim dubitat quin in odio facile sit excedere quod oportet. Sed etiam conti
git aliquando defficere. Oportet enim odire turbatores patrie vel destructores civitatis et plu
res alios et si non ratione personarum tamen ratione maliciarum. Et hec satis declarat Eustrachius in
principio huius octavi. Ex hiis autem sequitur manifeste, quod circa predictas passiones oportet ali
quam esse virtutem moralem dictarum passionum impetus refrenantem et ad ea que recta ratio dictare
vicit inclinantem. hec est enim tota causa quare circa alias passiones oportuit ponere virtutes
morales, ut gratia fortitudinem circa timores et audacias temperanciam circa delectationes et tris
ticias tactus et sic de aliis sicut satis apparuit prius. Potest enim sic argui circa quascumque passio
nes et operationes contingit excessus pravus et deffectus vituperabilis. circa eas oportet esse virtutem
electivam medii laudabilis et ad ipsam prosequendam inclinativam. Et tunc ex predictis sumo mi
norem et potero inferre conclusionem. hanc autem virtutem vocare possumus amiciciam et tunc indubita
ter amicicia erit virtus. Sed iterum sciendum est cum nomina sint ad placitum, quod nomen amicicie non
solum invenitur capi pro passione et virtute predictis sed etiam aliquando pro maximo et excellentissimo ac
tu dicte virtutis qui est se totaliter condonare amato et in ipsum perfecte suam transformare voluntatem
Sed tamen secundum dictamen recte rationis ut inde fiat idem velle et nolle amicorum. Sic autem capien
do nomen amicicie diceret quod aristoteles in 8° huius dicit notabiliter amiciciam non esse habitum sed
assimilari habitui est condonare se amato et transformare se in amatum. quoniam provenit ex impetu passio
nis dicitur proprie non amicicia sed amatio. Quando vero provenit ex habitu virtuoso secundum sententiam recte
rationis tunc proprio nomine vocatur amicicia. Sic ergo amicicia assimilatur habitui, quia provenit ex habitu virtutis
Amatio autem passioni, quia provenit ex impetu passionis. Sciatis tamen quod istis nominibus utimur sepe
promiscue secundum largum usum ipsorum. Et est sciendum quod amicicia sic accepta claudit in se con
ditiones quas aristoteles in isto 8° attribuit amicicie. Ad hoc enim quod recta ratio dictet se to
taliter condonandum amato et secundum voluntatem et secundum operationem necesse est ut amatus sit plenus
virtute et quod reamet amantem et quod hec sint utrique manifesta et per longum convictum experta
Aliter enim esset periculum sic se condonare amato. propter quod satis videtur verisimile quod aristoteles in isto 8° loquitur

ſepe de amicicia pro tali actu. Quod ſi concedatur dictum erit quod amicicia non eſt virtus. Et hec effica-
citer probant rationes negatiuum quod amicicia debeat dici virtus. Quarum una poteſt eſſe talis. Si ami-
cicia eſſet virtus, ipſa eſſet virtus quedam moralis. hec autem eſſe non poteſt probatio, quia idem non eſt virtus
moralis cuius generatio preſupponit omnes virtutes morales, ſed generatio illius virtutis amicicie pro dicto
actu excellentiſſimo illius virtutis preſupponit omnes virtutes morales, probatio quia preſupponit
aliquas et ipſam prudentiam tam in amante quam in amato. ergo preſupponit omnes. conſequentia patet per connexionem
neceſſariam virtutum moralium ſibi inuicem et prudentie cum exiſtenti, prout declaratum fuit in 6° libro. Anteceden-
tis aſſumptum probatur per Ariſtotelem in iſto 8° dicentem, quod nec acceptari oportet prius nec eſſe amicos antequam uterque appare-
at amabilis et credat. Cum ergo non ſint amabiles niſi virtuoſi ut prius dixerat Ariſtoteles quod
inter aliquos amicicia illa fieri non debet niſi uterque fuerit expertus de virtute alterius. hec autem
experientia fieri non poteſt niſi ante per multum tempus preſuppoſita virtute in utroque. Verum eſt ſicut innuit
Ariſtoteles quod aliquis poſſet obicere contra iſtam rationem. Videtur enim alicui quod amicicie generatio inter bonos
non exigat talem experientiam et tale longum tempus quia bonos et prudentes viros quando ſimul con-
ueniunt in eodem ſtatim ad inuicem facere opera amicabilia et ita videtur quod ſtatim ſunt amici.
Ad hec autem reſpondet Ariſtoteles pulcre dicens. Qui autem cito ad inuicem amicabilia faciunt, volunt
quidem amici eſſe non ſunt autem ſi non ſunt et amabiles et hec ſciunt. Voluntas quidem ergo velox
fit amicicia autem non. Et iſtam ſententiam Ariſtotelis confirmat Seneca epiſtola 3a. Epiſtolarum ad Lucil-
lum dicens. Errat et ille qui amicum in atrio querit et in conuiuio probat. Nullum habet maius
malum occupatus homo et bonis ſuis obſeſſus quam quod amicos ſibi putat, quibus ipſe non eſt. Tu
vero omnia cum amico delibera: ſed de ipſo prius. poſt amiciciam credendum eſt. ante amiciciam iudi-
candum. Iſti uero prepoſtero ordine officia permiſcent, qui contra precepta theophraſti cum amauerunt
iudicant et non amant cum iudicauerunt. Diu cogita an tibi in amiciciam aliquis recipiendus
ſit. Cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte. 2° arguitur ad idem. Nulla virtus mo-
ralis aufertur ab aliquo propter vicium in altero ſed amicicia ſic accepta aufertur ſi amatus factus fue-
rit vicioſus quia talis amicicia non poteſt eſſe niſi bonorum et ſecundum virtutem ſimilium ut dicit Ariſtoteles.
3° arguitur ſic nulla virtus moralis ſubeſt fortune talis autem amicicie ſubeſt fortune.
Maior pluries apparuit in libris precedentibus. Minor ex hoc eſt nota quia illum ad quem eſt
amicicia poſſibile eſt omni tempore propter caſum fortune mori vel interfici, ad quod ſequitur non amplius eſſe
illam amiciciam. ergo talis amicicia non eſt virtus. tamen ipſa non poteſt eſſe ſine virtute ſicut dictum fuit.
Et ita diceret quod illa diſiunctiua Ariſtotelis. ſcilicet quod amicicia eſt virtus quedam vel cum virtute, habet ve-
ritatem pro ſecunda parte ergo etc. Adhuc poſſet aliter reſponderi ad 1am queſtionem ſecundum alium modum ſig-
nificationis nominis amicicie. Tenendum enim eſt quod circa [illegible] paſſiones et circa operationes in-
natas peruenire ab eis eſt eadem virtus obtemperans et modificans illas paſſiones et operationes
ſecundum iuſſum rationis. Exempli gratia. Eadem eſt virtus fortitudinis timores et audacias obtemperans
et inclinans ad aggrediendum quando oportet et ad fugiendum quando oportet. propter quod eadem virtus erit obtem-
perans paſſionem amoris et paſſionem odii, et inclinans ad amandum quos oportet et quando. et
ad odiendum quos oportet et quando oportet, vel ad uniendum ſe in conuictu quibus oportet et ad receden-
dum per odium a quibus oportet et quando, et quando oportet et ſic de aliis circumſtanciis. hec autem virtus ut

michi uidetur non habet nomen proprium sibi impositum secundum suum totum ambitum. Nomen enim amicicie
cum dicatur ab amore uel ab amare, non est nomen proprium illi uirtuti, que se extendit ad amo
rem et odium, nisi largius sumamus nomen quam exigat eius prima et propria impositio. Non est tamen
inconueniens aliquando propter deffectum nominum extendere uel coartare significationes eorum ultra proprie
impositionis exigentiam. Et sic illam uirtutem in suo toto ambitu possemus uocare ami
ciciam. Sed non apparet quod Aristoteles in isto 8° sic usus fuerit nomine amicicie. Nec etiam alii philosophi mora
les in suis libris. Omnes enim dicunt amiciciam ueram de qua ipsi loquuntur exigere amationem et
redamationem, et saltem noticiam utrobique de huiusmodi amatione et redamatione debita
te amantis et redamantis que non exiguntur ad illam uirtutem predictam que erat obtemperatiua
et modificatiua passionum amoris et odii et operationum inde innatarum sequi. Sed sicut nos
uidemus de unaquaque aliarum uirtutum quod aliud nomen sumptum ab aliquo opere ipsius uel ab aliqua
passione cuius ipsa est obtemperatiua uel ab aliqua conditione materiali sui obiecti uel ab aliquo huius
modi, significat illam uirtutem non simpliciter et secundum eius totum ambitum, sed contracte scilicet connota
do talem operationem uel passionem, uel talem obiecti materialem conditionem, uel circumstanciam
uerbi gratia sicut in 7a questione 4ti libri dictum fuit, quod nomen magnificentie significat liberalitatem
contracte. Et sicut dictum fuit in 28a questione tercii libri scilicet quod ista nomina frugalitas per synonima
Sobrietas Et Castitas et prudencia significant temperanciam contracte diuersis contractionibus.
Ita concedi debet quod hoc possit fieri de uirtute que circa amorem et odium ponenda est. Et tunc
diceretur quod nomen amicicie prout de uera amicicia loquatur Aristoteles in isto 8° significat dictam
uirtutem non simpliciter et secundum eius totum ambitum sed contracte secundum connotationem sue excellentissime
operationis que prius dicta fuit. // Si ergo significatio nominis amicicie concedatur esse talis et positum
fuit quod nomen significans predictam uirtutem simpliciter et secundum eius totum ambitum sit .b. sic nos di
cimus quod amicicia se habet ad .b. sicut magnificentia ad liberalitatem. Sicut enim omnis magnificus
est liberalis et non e conuerso et sic indubitanter concedendum est quod amicicia sit uirtus sicut hoc conce
ditur de magnificentia. Sed non est uirtus distincta a uirtute .b. sicut nec homo albus ab homine. hoc enim
nomen amicicia se habebit ad hoc nomen .b. sicut pars in modo ad suum totum. // Et est sciendum quod
iste modus soluendi pariter quoque et ille qui prius positus fuit sunt concordes in re sed discordes in ponen
do quid et quo nomine amicicie significatur: De quo non est amplius disputandum quia significant
ad placitum. Primus ergo modus ponit quod nomen amicicie proprie acceptum significat principaliter illum actum
et connotat illam uirtutem ita scilicet quod ipsum supponit pro illo actu appellando illam uirtutem. Ultimus autem modus
ponit e conuerso. Et sic uterque modus soluendi concessa nominis significatione sicut supponit eam, ita
est uerus. // Et forte quod Aristoteles ad istam discordiam non de re sed de nominis significatione attendens
dicit notabiliter sub disiunctione amiciciam esse uirtutem uel cum uirtute sicut etiam in 6o libro ipse
dixit quod electio est intellectus appetitiuus uel appetitus intellectiuus. Sic enim loquebatur quia
ad significationem huius nominis electio concurrunt scilicet actus rationis et actus uoluntatis. Dicentes
ergo quod hoc nomen electio supponit pro actu rationis et appellat actum uoluntatis, concederet primam
partem disiunctiue. Dicentes autem e conuerso concederet secundam partem. Sed forte quia aliquis contra istum secundum
modum soluendi uellet retorquere rationes que secundum primum modum soluendi fuerunt adducte ad pro

bandum quod amicicia non sit virtus. Secundo tenendo illum secundum modum soluendi respondendum est. Ad
primam et dicendum est quod illa res que in te nunc est amicicia non presupponebat in sui generatione
virtutes morales et prudentiam, ymo apud earum generationem generabatur. Sed bene verum est quod ipsa pre-
supponebat illas virtutes et prudentiam ad hoc quod ipsa fieret vel diceretur amicicia, sicut di-
ceremus quod ista res que est alba erat antequam fieret alba. Ad secundam rationem respondetur quod virtus que
inter eos est, immo amicicia, non aufertur etiam si ille quem amas fiat viciosus, ymo ipsa manet. Sed ipsa
desinit esse amicicia sicut diceremus quod res alba non desinit esse alba. Et eodem modo dicendum
est ad 3am rationem. Ad rationes principales dicendum est quod rationes arguentes ad partem negativam bene
procedunt iuxta primum modum soluendi quem prediximus. Et possumus respondere ad rationes in oppositum
primo ad auctoritatem Senece diceretur quod interdum philosophus effectum virtutis solet vocare
virtutem. Cum ergo dicat Seneca Ne tam magna virtus iaceat debet exponi, id est ne tam
magnus effectus virtutis iaceat. Ad auctoritatem Tullii dicunt multi quod ipsa vera est simpliciter
quia dicitur amicicia illa puta que est ad deum esse inter omnes actus humanos actum excellentis-
simum, quem formaliter esse dicunt in actu sapientie consistere, propter quod Tullius notabiliter in alia
auctoritate preferendo amiciciam omnibus humanis bonis excepit sapientiam, id est actum sapientie,
et sic erat intentio Tullii non quod amicicia simpliciter preferatur omnibus humanis bonis sed omnibus exte-
rioribus, aut etiam ad morales virtutes pertinentibus. Ex hiis dictis possumus concordare
auctoritatem primo allegatam ad partem negativam, scilicet quod exceptata virtute nichil sit prestabilius
amicicia. Potest enim dici quod non erat intentio Tullii omnem virtutem accipere sed excipere virtutem
sapientie, que secundum aristotelem est virtus summa in cuius actu felicitas humana consistit. Ad aliam
diceretur quod amicicia non est habitus neque virtus, sed est actus procedens ab habitu qui est virtus. Si
autem secundus modus soluendi teneatur, quem Eustachius tenere videtur cum expresse dicat ami-
ciciam unam esse virtutem, tunc ad primam rationem possumus dicere quod de amicicia tractavit aristoteles
seorsum post tractatum de aliis virtutibus eo quod ipsa non concessa erat communiter ab omnibus esse virtus.
Vel forte quia tractatus de ea exigebat longiorem processum quam tractatus de aliis virtutibus. Vel
forte quia nomen amicicie acceptum propriissime non significat communiter illam virtutem quam significat
sed contracte, sicut dictum fuit modo de communibus prius est agendum et consequenter de specialibus ut apparet
in prohemio physicorum. Vel quia forte tractatus de amicicia propinquiorem habet habitudinem ad do-
mesticam et civilem scienciam que sequitur istam scienciam quam tractatus de aliis virtutibus, propter quod aristoteles in
fine docebit dividere partes amicicie secundum partes communicationis politice. Vel forte quoniam sic pla-
cuit aristoteli ordinare suum processum. Auctoritas vero aristotelis libro 2o magnorum moralium potest glo-
sari de singulis virtutibus que communiter erant concesse esse virtutes, et non ulterius de singulis erat
determinatum. Vel quia erat determinatum de singulis secundum rationes earum simpliciter et communes, tamen
non erat determinatum de virtute que est amicicia secundum illam rationem specialem sive secundum illum mo-
dum secundum quem dicitur amicicia. Et hec ultima solutio habet locum si diceremus amiciciam
esse partem liberalitatis vel iustitie vel alicuius aliarum virtutum de quibus ante determinabatur.
Ad aliam potest dici, videlicet ad auctoritatem Tullii, iam dictum fuit quod non intendebat omnem
excipere virtutem sed forte sapientiam tantum vel virtutes intellectuales tantum. Ad aliam potest dici

q̄ vna uirtꝰ pot̄ eē effectꝰ alteriꝰ· poſſumꝰ eciā dicere q̄ ſapiētia ſiue prudētia quodā
modo generat in nobiſ uirtuteſ moraleſ· Vel forte q̄ tulliꝰ intendit uirtutē genuiſſe
amicitiā nō ē q̄tuꝫ ad illud ꝓ quo nomē amicitie ſupponit ſꝫ q̄tuꝫ ad illd̄ qd̄ appellat
Dictuꝫ ſiue eiuſ hec non eſſe uirtutē ſꝫ effectū uirtutiſ· Et ſic pꝫ qō

Ertio queritur in ordine vtr̄ Amicitia ſit diſ
tincta a iuſticia et ab alijs uirtutibꝫ de quibꝫ determinauit ariſt̄s in 3º liº
et in 4º· Et ſi nō concederemꝰ amicitiā eē uirtutē ſꝫ effectū uirtutiſ tn̄ idē que
reretur de illa uirtute cuiꝰ ipā eēt effectꝰ· Arguit̄ pͥmo q̄ nō ſit diſtincta a iuſticia
que ē i eiſdē ꝛ circa eadē cū ea· cū diſtinctio uirtutū oriat̄ ab eiſ circa que ipe opat̄
Jtē ꝑ hec iuſticia diſtinguit̄ ab alijs uirtutibꝫ q̄ ipā ē ad aliū tāquā hec ſibi ꝓpͥū
ſꝫ hec maxime ꝯuenit amicitie· 10 ꝛc· Jtē auctē expreſſa· Euſtachij dicentiſ· Eſt
aut̄ ꝛ om̄ uirtutū attribuere ipām amicitiā· ſ· iuſticie· Cuiꝰ rōnē aſſignat dicenſ· Juſ
ticia eciā equalitaſ quedā ē diſtributiua et amicitia amiciſ equalitatē tribuit· Equa
leſ eciā neceſſe eē uere amicoſ q̄re ꝑticlā vtiqꝫ que erit iuſticie· Deinde arguit̄
qd̄ ſit diſtincta a liberalitate quia beneficiare uidet̄ ꝓpͥꝰ actꝰ liberalitatiſ· hoc autē
maxime ꝑtinet ad amiciū· Jtē ꝓpͥū ē amico ſubuenire amico nō ſolū ꝑ modū comu
tationiſ bonoꝝ ipoꝝ· hec eciā ꝑtinet ad mercatoreſ intereſſe extraneiſſimoſ exiſtenteſ·
ſꝫ magiſ ei bona ꝓpͥa conferendo hec aūt iam ꝑtinet ad liberalitatē· Deinde arguit̄ q̄
non ſit diſtincta ab illa uirtute quā ariſt̄s uocat amicitiā in 2º liº· quia idē uidet̄ eſſe
effectꝰ eaꝝ· ſ· delectabiliſ conuictꝰ int̄ quoſ oꝫ et q̄n̄ oꝫ ꝛ ſicut oꝫ ꝛc· Deinde arguit̄
q̄ ipā q̄tū ad aliquā ꝑtē ſui ꝯtineat̄ ſub liberalitate et q̄tū ad aliā ꝑtē ſub tēpanͣ
et q̄tū ad aliā ꝑtē ſub magnanimitate quia ariſt̄s diuidit amicitiā in amicitiā ꝓp̄ de
lectabile i amicitiā ꝓp̄ utile et in amicitiā ꝓp̄ honeſtū· tempanͣ aūt uidet̄ eſſe circa
amorē delectabiliū· liberalitaſ nō circa amorē utiliū· ſ· pecuniaꝝ ꝛ magnanimitas
circa amorē honoꝝ ꝛ honeſtoꝝ 10 ꝛc· Sꝫ oppoͥᵐ omīū iſtoꝝ arguit̄· pͥmo q̄ ſit diſtinc
ta a iuſticia quia alit̄ legiſlatoreſ nō pl9 ſtuderēt ad amicitiā q̄ ad iuſticiā quia
ꝯſiſtit in ꝯmutatiōibꝰ equantibꝫ lucꝝ dāpno ꝛ dāpnū lucro· Amicitia aūt ꝯſiſtit in ſimpli
cibꝫ donīſ in ſubuentiōibꝰ ꝛ delectabilibꝫ ꝯuerſatiōibꝫ nulla attenta equalitate lucri ad dāp
nū uel conuerſo· Deinde arguit̄ qd̄ ſit diſtincta ab illa uirtute quā uocat ariſt̄s amicitiā
in 2º liº· auctoritate ariſt̄is qui dicit in 4º huiꝰ· de illa uirtute de qua illic determinat
quia ipā aſſimilat̄ maxime amicicie· Differt tn̄ ab amicitia q̄m̄ ſine paſſione ē ꝛ ſine
eo q̄ diligere quibꝰ colloquit̄· Jſta aūt uirtꝰ que ꝓp̄e dicit̄ amicitia nō ē ſine diligē
Silr̄ etiā iſta uirtꝰ nō facit ſilr̄ ad notoſ et ignotoſ· Jlla aūt ut dicit ariſt̄s ſilr̄ facit
ad notoſ et ignotoſ ꝯſuetoſ et i conſuetoſ· Deinde arguit̄ qd̄ ipā nō ꝯtineat̄ ꝑtia
liter ſub liberalitate ꝛ ꝑtialiter ſub tēpanͣ ꝛ ꝑtialiter ſub magnanimitate q̄ tunc
ipā nō eēt vna uirtꝰ cuiꝰ oppoͥᵐ uult· Euſtachiꝰ dicenſ· Et eciā unā uirtutē ē dicē
amicitiā ſicut fortitudinē ꝛ tēpanͣᵐ ꝛ moraliū uirtutū unāquāqꝫ· Noꝰ ē ſicut
fuit in alia qōe dictū q̄ amor et odiū ſūt quedā paſſiōeſ que ſi i omī ſuo ābitu

capiant' nō ꝑtinent ad unā uirtutē ſ; ad plures. Sicut eī nos uidem⁹ q̄ delectatio ꝛ triſ
titia cōiter ꝯſequūt' ad omēs alias paſſiones ut dicebat arꝰ 2° hui⁹, ꝑꝫ q̄ nō omēs delec
tationes ſūt eoꝛdē moꝝ ſed diuerſoꝝ ſcꝫ diuerſitatē paſſionū quas ſequūt', et q̄ ꝑꝫ h°
nō ē una uirt⁹ circa omēs delectatiōes ſ; diuerſe. Circa delectatiōes eī tact⁹ ē tempā°
circa delectationes uō ꝛ triſticias ꝯſeqūtes affectiōes ad honores ē magnanimitas et
ſic de alijs. Ita opꝫ intelligere q̄ amor et odiū ſi cōmuniſſime capiāt' extendūt ſe ad
omnes paſſiones uel formalit' ul' antecedent' ul' ꝯſequēter ul' aliq° mō ꝯcomitāt'. Amor
eī et odiū nō minꝰ ſe hēnt gn̄alit' q̄ delectatio et triſtīᵃ cū omē delectabile ſit in
ductiuū amoris ipiꝰ ꝛ triſtabile odij ipiꝰ ꝑꝫ q̄d circa amorē delectabiliū ſcꝫ tactū nō
ē alia uirt⁹ q̄ temꝑanᵃ ꝛ circa amorē honoris magnanimitas et circa amorē pecuniaꝝ
liberalitas, et ſic de alijs. Sꝫ ſi amor capiat' ſpālit' ꝑ affectiōe nō ad pecunias, nō ad
delectatiōes, nō ad honores nō ad alia quecūq; ſ; illa rōe ſub qua redundat in nos
uel ī nr̄os. Sꝫ ꝑ affectione ad aliū ul' ad alios ipiꝰ ul' ipoꝝ grā, tūc erit paſſio ſpālis
circa q̄ ꝑꝑrie ē uirt⁹ amicicie de qua tractat' principalit' ī iſto 8° uel alia uirt⁹ quā
ꝑꝑt' ꝑꝑiū nōis defectū uocauim⁹ b. in alia qōe. Q; ḡ hec uirt⁹ b. nō ſit aliq̄ ꝑdictaꝝ
uirtutū ꝓbatur ꝑ hec q̄ uirt⁹ ille ſunt diuerſe que ꝑꝑrie ſūt circa paſſiōes ſpeciales
ſic diuerſas et diuerſoꝝ moꝝ q̄ ipe nō ſūt ꝯīe, nec ſe ad ī uicē naturalit' ꝯcomita
tes. Sꝫ uirt⁹ b. et ꝑdicte uirtutes ſūt hui⁹moī ḡ ꝛc. Maior ē manifeſta q̄r nō aꝑꝫ
q̄ circa diuerſas paſſiones ſit eadē uirt⁹ niſi quia uel ille paſſiōes ſūt ꝯīe, ſicut
fortitudo que ē circa timores ꝛ audacias uel illaꝝ paſſionū una naturalit' ꝯco
mitat' uel ꝯſequit' aliā. ſicut nos uidem⁹ cū ad magnā affectionē circa pecunias
naturalit' ꝯſequit' delectatio in eaꝝ cumulatiōe ꝛ triſtīᵃ in eaꝝ ꝯſūptiōe ꝛ timor
de eaꝝ amiſſione q̄ liberalitas eadē uirt⁹ exiſtens ē circa oīs dcās paſſiōes
Minor nō pꝫ ſatis aꝑꝑere qm̄ affectio quā hēm⁹ ad delectabilia tact⁹ ꝛ guſtus
circa q̄ ꝑꝑe ē teꝑeranᵃ nō ē affectio quā hēm⁹ ad aliū grā ipiꝰ. Nec iſte ſunt
ꝯtrarie. Nec una ꝯſequit' naturalit' aliā. Et idē ſilr̄ aꝑꝑet de affectiōe quā ha
bem⁹ ad nr̄as pecunias circa quā ꝑꝑrie ē liberalitas et de affectione quā hēmus
ad bona aliena ſcꝫ q̄d ſunt nobis applicabilia circa quā ꝑꝑrie ē iuſtīᵃ ꝑticlaris de
qua tractatū fuit in 5° li°. Nulla eī iſtaꝝ affectionū ē affectio ad aliū ipiꝰ grā
Nec ad inuicē hent ꝯtrarietatē ul' ꝯcomitātiam naturalē rō ꝛc. Sꝫ magis uidetur
michi dubiū utrū iſta uirt⁹ b. ſit eadē illi uirtuti quā ī 2° li° arꝰ uocauit amiciciā
cui⁹ extrema uitia dicit ēē placiditatē ꝛ diſcoliā. Et uidet' ꝓbabile ēē q̄ ſit illi
eadē q̄ ſic declarari pōt. Amicus ille de quo determinatū ē in 2° ethicoꝝ ē circa
delectatiōes ꝛ triſticias in colloqijs ꝛ cōuict⁹ ſrīs. Nō q̄ uirtuoſus illa uirtute ī
tendat principalit' delectari, ſ; q̄ intendit alios delectare ut oportet. Et hoc
totū aꝑꝑet ſatis in 4° hui⁹, ubi etiā aꝑꝫ q̄ extremi hitꝰ ſūt in delectando ꝯs
omīa dcā eoꝝ ꝛ facta ꝯꝓbando, ꝛ in ꝯtriſtando omnes ad omīa ꝯtrariando
ꝑꝑt' q̄d aꝑꝑet illā uirtutē eſſe circa affectionē quā hēm⁹, ꝛ ꝯꝑatioēs q̄r extrem⁹

ad aliū ul' ad a°

Ad alium uel ad alios ipsius aut aut ipsorum gratia. Si enim alios delectare intenderemus nostri
gratia scilicet ut nobis aliqua utilitas inde proveniret illud opus non esset ut sic illius virtutis, sed
spectaret magis ad blanditiones uel adulationes ut dicit aristoteles. Talis autem affectio prout com-
munis est ad omnes est multum levis et remissa propter quod ipsa proprie non dicitur amor vel amatio
ideo neque secundum eam ut sic est habitus qui proprie vocatur amicitia. Sed illa affectio incrementum potest
accipere uel per conuersationem vel per consanguinitatem uel per expertam bonitatem, et apparentem
redamationem aut aliquid huiusmodi, ut ipsa iam debeat uocari amor uel amatio, et quod
habitus circa eam proprio nomine uocetur amicitia. Huius autem processus hec est mea intentio quod inten-
sio uel remissio passionis et operationis circa quas est virtus ad quos et quando et quomodo, non diversifi-
cat substantiam virtutis. Verbi gratia. Eadem virtute fortitudinis oportet aliquando et ad aliquos uti
audacia leui et remissa ad aliquos autem fortiori. Igitur virtus circa affectionem levem quam habemus
ad parentes uel ad conutritos aut quos experti sumus esse bonos que ut sic uocatur amicitia
de qua hic tractatur non sunt diverse virtutes secundum substantiam. Item possumus declarare idem per
processus doctorum. Apparet enim per aristotelem 8° huius quod a natura videtur esse amicitia inter patrem et fi-
lium. Deinde etiam inter illos qui unius generis licet illa sit levior et tandem etiam et inter homines omnino
communiter ad invicem oritur naturaliter affectio quamvis levissima scilicet qua quilibet naturaliter inclina-
tur ad delectandum vel diligendum et iuvandum unumquemque, etiam quantumcumque ignotum dum-
tamen hoc possit faciliter fieri sine labore dampnis uel expensis de quo aristoteles dat exemplum dicens Vi-
debit autem utique aliquis et in erroribus viarum, ut familiare omnis homo homini et amicum. Item
etiam uult Tullius in libro de officiis allegans a platone. Quia non nobis solum nati sumus sed homines
hominum causa geniti sunt ut ipsi inter se alius alii prodesse possunt. Propter quod in libro de amicitia dicit
amicitiam inter homines a natura exortam esse id est a natura hominibus inesse quandam affectionem et beni-
uolentiam licet levem. Cum autem ad illam affectionem seu ad illum primum motum animi et amoris ad-
dita fuerit datio et acceptio beneficiorum, et profectio studiorum adiuncta consuetudine admirabilis ut
dicit exardesset beniuolentie magnitudo que iam amicitia vocabitur. Ex hiis autem uidetur
esse manifestum, quod illa levis affectio secundum quam inclinamur ad delectandum conuiventes etiam ex-
traneos uel ignotos, et illa magna et fortis affectio que iam vocari debet amor secundum quem dicitur
amicitia non differunt secundum speciem sed secundum intensionem et remissionem et secundum accidentales quasdam et
extrinsecas differentias secundum quas illa affectio magis aut minus intenditur uel remittitur
quo concesso redditur propositum sicut prius. Diceret igitur quod aristoteles in 4° huius breuiter et superficialiter de-
terminauit de virtute b. in communi scilicet quod indifferenter habet esse circa affectionem predictam et
passionem sibi contrariam sive leviorem sive fortiorem propter quod ipse dicit illam virtutem similiter et communiter ad
ignotos esse et notos, consuetos et inconsuetos. Veruntamen non uniformiter ad omnes sed singulis
ut congruit. Non enim similiter convenit ut dicit consuetos et extraneos curare. Sed quia illa virtus secundum
dictamen rationis habere debet multiplices actus et excellentiores ad notos et in virtute expertos
qui iam amici vocantur et respectu quorum oportet uti illa affectione intense quam ad extrane-
os, ideo tractatum de illa virtute b. resumpsit in 8° huius secundum quod ipsa contracte consideratur
et uocatur amicitia scilicet in ordine ad illos ad quos decet uti tali affectione amicitie intense

⁊ ad quos eē debent illi9 uirtutiſ opationes optime et nobiliſſime Si ſic g° reſpondendū
ē ad roēſ in oppo^m Ad p^mā qn̄ arguit q uirt9 amicicie nō ſit diſtīcta a iuſt^a p hoc
q circa eadē ⁊ in eiſdē ē amicicia ⁊ iuſti^a dīm ē q iuſticia ⁊ amicicia ſūt bn̄ ī eiſdē / qa
in omnib9 decent' uiuētib9 ⁊ cōicantib9 · Sūt etiā circa ea obiecta matialia et remota, q̄
circa quecūq3 bona pot alt' alteri impedere uel alt' ab altero recipe ul' ſaltē circa plurima
eo4 · S3 tn̄ ipā ſūt circa diuerſā obiecta pp̄a et formalia diſtīctiua et ſpecificatiā uirtutū
quia ſunt circa paſſiones diuerſas ⁊ diuerſo4 mo4 ſicut dictū fuit · Ad aliā dictū fuit ſat'
in q° qoē qnti libri ubi potent q amicicia ſicut et alie uirtutes in legali iuſt^a ɔtinet' ſ3 nō
in iuſt^a pticlāri ſicut nec alie uirtutes ſpāles // Auctoritas uō Euſtachij nō dz expom
de iuſticia pticulari / ſ3 de legali · Amicicia eñ ſcd3 q amicicia nō equat int' dapnū ⁊ lucr̄
ſ3 equat ymo pdeptificat uolūtates amico4 · Ad aliā que arguit q nō ſit diſtīcta
aliberalitate · dd3 ē q nullū ē inɔueniēs plures uirtutes ſimul ɔcurrē ad eundē actū ex
trinſecū Poſſibile eñ ē qd' obiectū cū circūſtācijs ē īnatū inferre plures paſſiones
p diuerſas uirtutes modificabiles qua4 paſſionū quel3 ſi nō eēt reglāta uirtute eēt
īnata op9 depravare · Si g' uirtuoſ9 opet' bene p utri9q3 paſſionis modificationē nos
dicem9 opus illud eē factū ſcdm utramq3 uirtutē · Dicā g' q beneficiare in pecunijs pot
eē ſm liberalitatē in qñtū pcaz modificata ē affectio circa pecūias et pot eē ſm amiciciā
in qñtū relāta ē affectio circa pſonā · Et p idē apparet ſolutio ad aliā · Alia rō que
probat q nō ſit diſtīcta ab illa uirtute quā ī 2° li° uocauit ar^{les} amiciciā ē p'lobiſ
Ad aliā ſoluta fuit in precia° roīs · Ipā eñ pcedit uijs ſuis · Niſi illa q arguit q ipā ami
cicia ſit diſtīcta ab illa uirtute quā ar^{les} uocauit ī 2° libro amiciciā · Ad quā reſpon
dendū ē Et p^mo ad hoc q ar^{les} dicat illā uirtutē ſil' facere ad notoſ et ignotoſ · dd3
ē q nō debet expom ſil' i· uniformit' / ſ3 ſil' i· ɔitēr · Et hec appet p lrāz ſequentē
Qm̄ eñ opet' ad oms notoſ et ignotos tn̄ hec ē ut dicat ar^{les} alit' ad iſtos et alit' ad i°s
ſ· in ſingulis ut ɔgruit · Nō eñ ſil' ɔuenit ɔſuetos et extraneos curare · S3 de hoc qd
dicat ar^{les} illam uirtutē differre ab amicicia quia ſine paſſione ē et ſine eo qd' ē diligere
p qd' ɔtra ſinuit amiciciā eē cū paſſione et cū eo qd' ē diligē debem9 ɔſiderare et ad ei9
dictū ɔcordare etiā aliud dicū · Dicit eñ in 8° hui9 ɔīuī ut uidet' ubi dicit q uera ami
ci redamāt cū electione / et bona uolūt amatis ipo4 grā / nō ſcd3 paſſionē ſ3 ſcd3 electionē
Debem9 g' omnā ſic exponē / q uera amicicia q ē uirt9 opat' pncipalit' ſm electionē
ſequntē iudiciū roīs · ad qd' ɔſequēt' ipā uirt9 aſſūit ſibi paſſionē ut oportet · Vitiū aūt
oppoitū uirtuti amicicie ſcd3 exceſſū oparet' ſcd3 paſſionē ſine regula roīs · Virt9 g'·
amicicie nō opat' oīo ſine paſſione · ymo paſſionē amoriſ aſſūit etiā fortē et intenſam
ſ3 ſemp tn̄ ſubiectā dictamini roīs · Illa aūt uirt9 de qua determinat' in 2° li° ſilr̄ nō
opat' omnō ſine paſſione qm̄ omnes uirtutes morales ſūt et circa opationes et circa paſ
ſiones · Alit' nulla eēt difficultas ex pte appetit9 · ſ3 ſolū ex pte intellect9 ⁊ ſic cū pru
dentia nō indigerem9 morali uirtute · Volebat g' dicē ar^{les} q illa uirt9 nō dicit ami
cicia ad ignotos uel extraneos · S3 ſic differt ab amicicia eo qd' ipā ad illos eſt ſine

paſſione .i. ſine intenſa paſſione operatur enim ad illos per quandam brevem levem affectionem ſicut dictum
ſunt. Ariſtoteles ergo qui reputabat modicum pro nichilo ad modum comparative locutionis dicit ſine paſſione
.i. quaſi ſine. Dicit etiam ſine eo quod eſt diligere quia talis affectio non aſſumit ſibi nomen dilectio
nis vel amoris donec ipsa recepit magnitudinem intenſionis. Et ideo bene dicit Ariſtoteles quod illa virtus
ut ad tales ignotos non aſſuetos aſſimilatur amicitie, ſic quod operantem ſecundum illam vocamus quaſi mode
ratum amicum diligere aſſumentem. Non eſt tamen opinandum quod Ariſtoteles illam virtutem negaret eſſe ami
citiam in quantum operatur ad bonos viros ſe mutuo redamantes et hec ſufficiant etc. Et ſic eſt finis queſtionis.

Quarto in ordine conſequenter queritur utrum

Amicitia bene dividatur in amicitiam propter bonum .i. propter honeſtum et amicitiam propter delectabile et
amicitiam propter utile. Arguitur quod non quia membra coincidunt. Nichil honeſtum eſt quod non ſit delectabile
et utile et econverſo ſicut ſatis argutum ſunt in .11.ª queſtione 2ⁱ libri. Et Ariſtoteles etiam in 8º huius oſtendit
quod a vera amicitia copulat in ſe omnia hec ſcilicet honeſtatem delectationem et utilitatem. Item Ariſtoteles
dicit ſolam amicitiam que eſt propter honeſtum eſſe per ſe amicitiam alias autem ſolum per accidens. Sed non videtur
quod amicitia per accidens dividatur ſufficienter in duas quia infinita ſunt accidentia ut dicitur 2º phyſicorum
et quia ea que ſunt per accidens non cadunt ſub arte vel ſcientia ut patet 6º methaphiſice ergo ſaltem iſta diviſio
non eſt artificialis vel ſcientifica. Item pater amat filium naturaliter et tamen poſſibile eſt quod nec propter ho
neſtum ſi ſit pravus nec propter utile quia ſepe dampnificat patrem et nichil boni affert ſibi. Nec
propter delectabile quia plures infert patri triſtitiam quam delectationem cum ſepe agat preter et contra
voluntatem patris. Item conutriti amant ſe invicem etiam quando fuerint ſeparati non tamen propter honeſtum
quia poſſibile eſt neutrum ſimpliciter eſſe bonum virum. Nec propter utile vel delectabile, quia tunc ipſis ſeparatis
ceſſaret amicitia quod eſt falſum. Et patet conſequentia quia poſt ſeparationem non conferunt ſibi adinvicem utili
tatem nec delectationem quibus tamen ceſſantibus ceſſant ille amicitie ut dicit Ariſtoteles. Item docto
res communiter ſolent diſtinguere amorem concupiſcentie contra amorem amicitie propter quod amicitiam non videtur
attribui debere amori concupiſcentie. Sed circa delectabile et utile eſt amor concupiſcentie ergo
nulla debet poni amicitia circa delectabile vel utile ſi ſolum concupiſcentia. Item illa non ſpeci
ficant amicitiam que ita conveniunt inanimatis ſicut animatis, cum dicat Ariſtoteles quod ad inanimata non eſt
amicitia. Sed ita res inanimate ſunt nobis utiles et delectabiles ſicut animate ergo delectabile et utile
non ſpecificant amicitiam. Oppoſitum ponit Ariſtoteles ſepe in 8º huius. Et arguitur ratione quia amicitie diſtin
gui debent ſecundum diſtinctiones amabilium. Cum autem amabile non ſit niſi bonum vel apparens bonum
et nichil appetit bonum niſi appareat honeſtum vel utile vel delectabile, ſequitur quod amabile in hec
tria dividitur et per conſequens amicitia in tres dictas amicitias. Primo oportet videre quid nomine amicitie
importatur deſcribendo eam per ſuum genus et per ſuas differentias. Poſſumus ergo dicere quod genus ami
citie eſt amor vel dilectio large ſumpta. Eſt enim in plus amor quam amicitia, quoniam amor ſe extendit
ad inanimata. Amamus enim panem et vinum et homines. Amicitia autem proprie non eſt ad inanimata quoniam ami
citia benivolentiam exigit. Ego autem proprie non volo bonum vino. Sed ſi ego volo ipſum ſervare hoc eſt
ut ipſum habeam et bibam. Item amicitia requirit redamationem. Non enim aliquos dicimus amicos niſi
mutuus ſit amor utriuſque ad utrumque. Et adhuc ultra amicitia requirit quod amicitia et re
damatio neutrum lateat ad amantium aliter non tranſcenderet gradum benivolentie poſſibile

enim est illos adinvicem esse benivolos qui se non viderunt. Sed tales non dicimus amicos, donec convivendo sit uterque expertus quod amet. Hec autem omnia probari non possunt nisi per communem usum loquendi vel doctorum. Nomen enim significat ad placitum propter quod oportet precogitare quid est quod dicitur per nomen. Dicimus igitur quod amicitia est amor benivolus mutuus, manifestus. Ita tamen intelligendo quod amor capiatur pro habitu. Si amicitia intelligatur pro habitu differenti et pro passione si pro passione. 2° sciendum est prout sufficienter declaratum fuit in 11a questione 2i libri quod simpliciter loquendo nichil est utile vel delectabile et utile quod non sit honestum. Nec aliquid est honestum quod non sit delectabile et utile. Propter quod simpliciter loquendo divisio boni vel eligibilis vel amabilis in honestum, delectabile, et utile non est divisio in tria bona diversa realiter, sed est divisio eiusdem boni seu eiusdem amabilis in tres rationes bonitatis seu amabilitatis. Propter quod etiam proportionabiliter diceremus quod simpliciter loquendo amicitia non dividitur in amicitiam propter honestum amicitiam propter utile et amicitiam propter delectabile tanquam in tres amicitias. Sed est divisio vere amicitie in tres rationes attributas amori cum vero primitus intendunt honestatem consequenter autem delectationem et utilitatem. Sed tamen sicut dictum fuit questione preallegata bonum seu eligibile et per consequens amabile divisione vulgari dividitur in honestum, delectabile, et utile tanquam in tria bona diversa quia vulgus honestum vocat virtutes et opera virtutum et honores prout impenduntur in signum virtutis. Delectabile autem vocat solum id quod est delectabile sensualiter, sicut sunt cibi et potus et venerei actus et ludi et talia. Utile autem vocat pecunias et alia bona exteriora que non secundum se ipsa delectant sensum sed ex eo quod valent ad ea adipiscenda que per se delectant. Et isto modo etiam amicitia non simpliciter et secundum rei veritatem, sed secundum vulgarem acceptionem plus ad sensualitatem intendentem quam ad rationem dividitur in dictas tres amicitias tanquam realiter diversas. Quod autem amicitia secundum vulgarem acceptionem dividatur bene in dictas tres amicitias realiter distinctas declarari potest per hoc quod nomen amicitie de qualibet predictarum et de nulla alia dicitur. Quod probatur primo quod de nulla alia quia impossibile est amicitiam esse circa aliquid nisi secundum quod habet rationem amabilis. Nichil autem habet rationem amabilis nisi secundum quod habet rationem boni vel apparentis boni, bonum autem nichil dicitur nisi secundum quod ei convenit ratio honesti, vel delectabilis vel utilis. Nec aliquid apparet bonum, nisi secundum quod apparet ei aliquam istarum rationum convenire. Igitur omnem amicitiam ad rem amatam necesse est esse propter honestatem apparentem vel existentem, vel propter delectationem apparentem vel existentem, vel propter utilitatem existentem vel apparentem vel propter quodlibet istorum simul. Quod autem de qualibet istarum dicatur amicitia secundum vulgarem acceptionem manifestum est. Quos enim primo videmus convenire ex affectu et coadiuvare sibi adinvicem in suis operationibus illos vocamus amicos secundum communem vulgi locutionem. Sed sic conveniunt aliqui viri studiosi invicem in suis virtutibus et virtutum operationibus congaudentes. Sic conveniunt amasius et amasia se invicem delectantes. Sicut etiam mercatores vel [illegible] ut maiora lucra reportent. Et sic apparet satis prima conclusio. Deinde secundo potest probari quod amicitia simpliciter dicta, secundum rei veritatem non dividitur in dictas tres amicitias quia amicitia propter delectabile et amicitia propter utile prout distinguitur ab amicitia propter honestum, non sunt simpliciter et secundum rei veritatem amicitie. Quod probatur multipliciter. Primo quia amicitia

ſimplicit͛ nō ē niſi amabilis ſimplr̄ / ſʒ delectabilia ꝛ utilia ſenſualia de quibꝫ nūc loqm͛
nō ſūt ſimplicit͛ amabilia niſi hec ſit honeſti grā· ſ· ꝓut ordināt͛ in aliqd honeſtū g͛· ꝛc͛·
Maior uidet͛ nota de ſe · Minor ꝓbat͛ / qꝛ nichil ut͛ amabile ſimplr̄ niſi bonū ſimpliciter
talia aūt nō ſunt bona ſimplr̄ niſi ut ordināt͛ in op͛ honeſtuꝫ ſicut appuit i. iiͦ q̄one
ſcdi libri· ymo certe talia que uulgꝰ uocat utilia ꝛ delectabilia ſt͛ cāe omīꝫ uitiorꝫ ſi
eis utamur nō honeſti ſ͛ ipoꝝ grā · Delectatiōes eīꝫ ducūt ad intēꝑanciā Pecuīe
uero et honores ad illiberalitatēꝫ ꝛ ſupbiaꝫ ꝛ ꝯteptionē ꝛ auariciā ꝛ om̄imodā in
iuſticiā g͛ talia ut ab honeſto ſeꝑant͛ nō ſunt amabilia · Dico aūt ut ab honeſto
ſeꝑant͛ / qm̄ alr̄ pecūie ꝛ honores ſimplr̄ ꝛ uere amabiles ſūt· hoc eīꝫ ſimplr̄ et uere
ē amabile qd͛ uiri ſtudioſi amāt· Viri aūt ſtudioſi amāt cibos potꝰ ꝛ pecūias / et
honores eo q͛ talia ꝓſunt eis ad opatiōes uirtuoſas / g͛ talia uere ꝛ ſimplr̄ loquēdo
ſunt amabilia · Sʒ tn̄ illa non ſunt eo mō amabilia ſimplicit͛ ꝛ uere loquēdo quo mō nō amāt͛
a ſtudioſis· Ipā aūt a ſtudioſis nō amant͛ ſui grā· ſʒ ut ordināt͛ ad honeſtum g͛ ſimplicit͛
& uere loquēdo ipā ſic & nō alit͛ dicenda ſūt amabilia · 2ͦ cadē ꝯ͛ ꝓbat͛ ſic· habitꝰ
ſortit͛ ſpēm ꝛ naturā ab obiecto ꝑ ſe nō ab obiecto ꝑ accidens · Sʒ ad obiectuꝫ ꝑ ſe taliū
amiciciaꝝ non ē uera et ſimplicit͛ dicta amicicia· ꝓbatio quia obiectuꝫ ꝑ ſe nō ē ꝑſona
amata / ſʒ ſunt utilitas ꝛ delectatio quas impendit amāti · ad eas aūt nō ē ſimplicit͛ et
uere amicicia dcā qꝛ ipā nō ē ad inaīata neqꝫ ad ea que nō readamāt · Sʒ dices
q͛ ita arguet͛ de amicicia ꝓp͛ honeſtuꝫ · obiectuꝫ eīꝫ ꝑ ſe talis amicicie nō ē ꝑſona amata / ſet
eius uirtutes que nec ſūt aīate nec redamant g͛ ꝯcluderet͛ qd͛ illa nō eēt uere dcā ami
cicia qd͛ ē falſuꝫ · Ad hoc dcēꝫ ē q͛ uirtutes dicūt͛ hoī hēnti eas in eſſe ſcdꝫ ſe ipm̄ ꝓp͛ ta
to qd͛ in hoīs ꝑtāte ſit inſieri uirtuoſuꝫ / et manere uirtuoſuꝫ · Sic qd͛ ab eo uirtus au
fferri nō pōt ipō inuito · Sic aūt nō ꝯuenit hoī ſcdꝫ ſe ipm̄ qd͛ ſit alteri utilis uel delectabi
lis · Nō eīꝫ ē in ptāte ſua qd͛ ſit iuuenis et pulcer nec in ptāte ſua qd͛ ſit diues / aut potens
alterꝰ negocia ꝑcurare / ymo nec uita alterꝰ ē in ſua poteſtāte qua remota nec amplius
erit ſibi utilis nec delectabilis · Patet g͛ q͛ amicicia ꝓp͛ utile uel delectabile nō ē ꝑ ſim
ſe ad ꝑſonaꝫ amatāꝫ · ymo ꝑ accidens pure / ſʒ amicicia ꝓp͛ honeſtuꝫ ē ad ꝑſonā ſcdꝫ ſe ipāꝫ
quia eiꝰ grā qd͛ ꝯuenit hoī ſcdꝫ ſe ipm̄ · Vel pōt dici q͛ ꝑmū honeſtuꝫ nō ē uirtꝰ nec opꝰ
uirtutis· ymo ipā ꝑſona / qd͛ ſic uideri pōt hō ꝑtāteꝫ opandi hēt bene et opandi male
ꝛ ꝑ ſe ipm̄ / rōe libertatis ꝓp͛e detminat ſe ad bene uel male · Ex ipā aūt detminatione
ad opꝰ bonū hō dr̄ bonꝰ et honeſtꝰ ꝑimitꝰ ꝛ ex ipā detminatōe ad malū dr̄ ꝑimitus
in honeſtꝰ ꝛ malus · ꝓp͛ qd͛ opꝰ nō ꝑꝰ dr̄ honeſtuꝫ q͛ hō / Sʒ potꝰ hō ꝛ ꝑꝰ naturalit͛
inq͛tuꝫ ē cā libere opꝰ eliciens · ꝓp͛ qd͛ amicicia ꝓp͛ honeſtuꝫ ē ꝑ ſe ꝑimo ad ꝑſonā ꝛ ad alia
ipiꝰ grā · 3ͦ cadeꝫ ꝯ͛ ꝓbat͛ ſic· Amicicia uera debꝫ eſſe ad amicū ipiꝰ grā· Sʒ amicicia ꝓp͛
utile uel delectabile nō ē ad amicū ipiꝰ grā ꝛc͛ · Itēꝫ quē amo ꝓp͛ hoc qd͛ ē michi
delectabilis ꝛ utilis nō alit͛ amo q͛ canem uel equum uel domū uel pratuꝫ / Ad hec aūt
nō ē amicicia ſimplicit͛ / et uere dcā / ꝛc͛ · Itēꝫ uera ꝛ ſimplicit͛ dcā amicicia nō pōt
eſſe ſine uirtute ut dicit Ariſtoteles in principio huiꝰ octaui · Et Tulliꝰ in liͦ de amicicia

hoc primum sentio amicitiam nisi in bonis esse non posse. Sed tales amicitie possint esse sine vir-
tute quia possunt esse inter pravos etc. Hoc consequenter confirmat auctoritatibus Tullii dicentis in libro
de amicitia. Non ergo erunt homines delicijs affluentes audiendi, si quando de amicitia quam nec usu
nec ratione habent cognitam disputabunt. Hec autem minime est ita tyrannorum in qua nulla fides, nul-
la caritas nulla stabilis potest esse fiducia, omnia semper suspecta nullus locus amicitie. Quis enim
autem eum diligat quem metuat aut eum a quo se metui putet. Coluntur autem simulatione dumtaxat
ad tempus. Ac non quemadmodum horum quos dixi mores veros amicos parare non potuerunt
Sic multorum opes prepotentium excludunt amicitias fideles. Non enim ipsa solum fortuna ceca est
sed etiam plerumque secos efficit quos amplexa est. Quod si tales, ut fit plerumque, ceciderint, tunc intelligitur
quod fuerint inopes amicorum. Seneca etiam in epistola. In merito ad lucillum dicit. Qui se spectat
et propter hoc ad amicitiam venit male cogitat, quemadmodum cepit sic desinet. Paravit amicum
adversus vincula laturum opem. Cum primum crepuerit cathena discedet hec sunt amicitie quas
temporanias populus appellat. Qui utilitatis causa assumptus est, tam diu placebit quamdiu utilis fuerit
hac re. Florentes amicorum turba circumsedet. circa eversos solitudo est. et inde amici fugiunt
unde probantur. Ex quo ultimo verbo ratio potissima potest capi. Non enim dives et exaltatus
probabis qui te diligat sed cum cecideris et oppressus fueris in infortuniis tunc videbis quis tecum
remaneat quis ut resurgas toto corpore laboret. Amicitia autem propter utile propria est ut tibi diviti
assideat et te oppressum miserumque relinquat hec ergo nulla est amicitia. // 3° dicendum est quod vera ami-
citia bene dividitur in amicitiam propter honestum, et amicitiam propter utile, et in amicitiam propter de-
lectabile non divisione totius universalis in suas partes subiectivas. Sed divisione nominis in diver-
sas rationes attributas sibi. Et hoc non est aliud dicere nisi quod omnis amicitia vera, est ami-
citia propter honestum, et amicitia propter utile et est amicitia propter delectabile. probo quod vera amicitia sit
propter honestum quia vera amicitia est veri amabilis, et propter illud propter quod ipsum est vere amabile. Sed
vere amabile non est nisi vere bonum et ea ratione qua vere bonum. Sed nichil est vere bonum nisi
honestum, nec est vere bonum nisi ea ratione qua honestum sit intelligendo quod nichil potest esse bonum
remota honestate quecumque alia ratio sibi possit attribui illud satis apparuit prius in 2° libro.
Quod etiam Seneca perfecte declarat epistola Subinde ubi dicit Summum bonum est quod honestum
est. Cetera falsa et adulterina bona sunt etc. Et adhuc epistola lxxvi^a. Inimicitias. ubi
dicit Unum est enim bonum quod honestum. In illis nichil invenies veri, nichil certi quecumque fa-
me placent. Et huiusmodi probationem ipse prosequitur in duabus epistolis valde pulcre. Sequitur igitur
quod omnis vera amicitia est amicitia honesti et propter bonum. Item omnis amicitia est propter honestum vel
propter utile vel propter delectabile, cum nulla sit alia ratio amabilitatis. sed nulla est vera amicitia
propter utile, vel propter delectabile prout ipsa distinguitur contra ab honesto sicut probatum est. ergo omnis
vera amicitia est propter honestum. Deinde probo quod omnis amicitia vera sit propter utile et propter delec-
tabile quia omnis vera amicitia est propter honestum ut dictum est, sed omne honestum est vere uti-
le et vere delectabile et nichil aliud ut declaratum fuit in 2° libro. ergo etc. Item qui princi-
paliter intendit aliquem finem ipse consequenter et accessorie debet intendere quicquid bonum per se consequitur
ad illum finem, sed vera amicitia intendit honestum primo et principaliter cum intendit honestum

ex eo quod honestum et honestum consequitur per se utilitas plurima et delectatio perfecta. Quia vera amicitia saltem consequenter et ex consequenti intendit delectationem et utilitatem. Item verus amicus desiderat amicum honeste delectare et beneficiare quod non potest facere nisi ille beneficium et delectationem recipiat ab ipso. Quia verus amicus vult amicum delectari ab ipso et beneficiari. Sed verus amicus sic se debet habere ad amicum quomodo vellet amicum se habere ad ipsum. Quia amicus debet velle delectari et beneficiari ab amico. Hoc autem est intendere delectabile et utile. Ex hoc confirmatur sic. Amicus vero vult amico maxima bona et honestissima pertinentia ad amicitiam. Ideo amicus non vult solum exercere opera principalia amicitie que sunt beneficiare et delectare amicum sed etiam vult amicum suum opera consimilia exercere quod esse non potest nisi ipse ab illo amico suo velit delectationes et beneficia recipere. Hoc autem est amicitiam intendere delectabile et utile. Et hoc notavit aristoteles in isto 8° dicens Que amicorum propter honestum et est uterque simpliciter bonus et amico boni enim et simpliciter et ad invicem utiles. Similiter autem et delectabiles boni enim et simpliciter delectabiles et ad invicem. Unicuique enim secundum delectationes sunt proprie actiones, et tales bonorum aut tales secundum quod sunt similes. Et ex hiis inferendum est ultimo quod amicitia propter honestum est amicitia perfecta et maxima quia illa amicitia est perfecta et maxima que est boni et amabilis scilicet omnem rationem bonitatis et amabilitatis. Sic autem est de amicitia propter honestum que est inter bonos. Probatio. Quia nichil potest habere rationem amabilis nisi bonum simpliciter vel bonum amanti. Et iterum nisi quia honestum et utile vel delectabile. Sed hec omnia reperiuntur in amicitia propter honestum que est bonorum et in virtute perfectorum. Viri enim virtuosi sunt simpliciter boni, et sunt ad invicem boni et utiles, quia perfecti in virtute est non solum bene operari ad se ipsum sed etiam ad alium et specialiter ad amicum. Item viri virtuosi sunt simpliciter delectabiles quia secundum rationem bene ordinatam sunt etiam ad invicem delectabiles, quia unicuique sunt proprie actiones delectabiles et etiam consimiles, virtuosi autem consimiles habent operationes. Et hec totum expressit aristoteles in auctoritate predicta. Tunc respondendum est ad rationes. Ad primam illa procedit via sua. Secunda etiam quantum ad hoc concedi potest quod amicitia propter utile et amicitia propter delectabile ut ab honesto distinguitur simpliciter amicitie ideo sit solum amicitia. Sunt amicitie per accidens id est secundum quid et non simpliciter. Tamen secundum acceptionem vulgi dicuntur simpliciter amicitie. Ideo sit solum amicitia bene dividitur in illas et est concedendum quod illa que sunt totaliter per accidens non cadunt sub arte. Sed multa que dicuntur aliquando secundum quid propter aliquas convenientias ad id quod dicitur simpliciter bene cadunt sub arte. De talibus enim oportet ostendere in quo conveniunt cum eo quod est simpliciter et in quo distinguuntur, ne aliquando illud quod dicitur secundum quid accipiatur tamquam dictum simpliciter. Modo ille amicitie dicuntur amicitie secundum quid propter similitudinem earum ad veram amicitiam, quam similitudinem ponit aristoteles dicens. Que autem propter delectabile similitudinem eius scilicet vere amicitie habet. Et enim boni delectabiles ad invicem. Similiter autem et que propter utile. Et enim tales ad invicem boni. Ad aliam potest dici quod amor naturalis patris ad filium est propter delectabile. Nam sicut dicitur 9° huius. Sentire quoniam vivit delectabilium est scilicet se ipsum. Natura enim bonum vita, bonum autem existens in ipso sentire delectabile. Pater autem quasi vivit in filio. Sunt enim filii quasi parentes. Unde 8° huius dicitur parentes quidem filios diligunt ut se ipsos. Qui enim ex ipsis velud alteri ipsi in separati propter quod sequitur quod sentire filium vivere est

ē ņalit̄ delectabile ipi patri. et ſup hoc fundat̄ amicicia patris ad filiū. Ad aliā pōt dici
qđ etiā ꝯnutriri coīt̄ ſūt moꝝ ſimiliū ꝯſiliū. Sumūt̄ eñ a ꝯuerſantib; mores ut
dicit Seneca 3° de ira. Qui aūt ſunt moꝝ ꝯſiliū / ſunt ad īuicē delectabiles. Et quia
etiā ꝯnutriti multū ꝯūcant in ludis ſe ad īuicē delectantes ꝑ qđ iteꝝ ſup delectaꝰ
fundat̄ ipoꝝ amicicia. Et ꝯcedo qđ ipis ſeꝑatis remanere pōt amiciciā hītualis ſcđm quā
delectarent ſe ad inuicē ſi iteꝝ ꝯuenirēt. Vel etiā aliqn̄ manet amicicia actualis et actu
delectant̄ ad inuicē ꝑ memoriā ul' ſpē; quātūcūq; ſint corporalit̄ ſeꝑati. Memorātib; eñ
qualit̄ ludebant qualit̄ ꝯuiuebant fit eis fantaſia quedā ſcđꝫ quā delectant̄ ut declāt
arꝭ° pmo rethorice // Ad aliā ꝯcedi pōt qđ amor ꝯcupiſcentie dē qui ē ꝑ utile ul' delec
tabile ut diſtincta ſunt ab honeſto talis amor nō ē amiciciā uera nec qđ ſic amat̄ amat̄
amore amicicie Sꝫ ſi delectabile et utile nō ſint diſtincta ab honeſto tūc qđ amamus
amore amicicie poſſumꝰ etiā ꝛ debemꝰ amare amore ꝯcupiſcentie Xbi gra / Si amamꝰ
deum uel hoīem ꝑ ſe ipm̄ / ſiue ꝑ ſuā ꝓpriam bonitatē pᵃ intentione et ſic amicicia nō
ē inꝯueniens pmo ꝯſonum rationi / qđ etiā ſcđaria intētione amemꝰ ipm̄ ꝑ nos ſ. quia
ipē ē nobis utilis ꝛ delectabilis. Sꝫ ſtatim iuxta hec dubitari pōt ꝯ ſcđā ꝯnē et 3ᵃᵐ
puꝯ poitā quia licet eūdē quē amo ꝑ honeſtū debeā etiā amare ꝑ delectabile et
utile tū nō eodē actu amo ipm̄ ꝑ honeſtū ꝛ ꝑ utile quī iſti actꝰ ſeꝑari pnt a diū
ſi actꝰ cognoſcēdi ꝯſequit̄ ꝑ qđ uidet̄ qđ licet ad idē amabile ſub diuerſa tū rone
ſit amor amicicia ꝛ amor ꝯcupiſcentie. tū aliꝰ ē hic amor ꝛ ille. Et ita etiā ſi amamꝰ
amicū ꝑ honeſtū ꝑ delectabile ꝛ ꝑ utile uidet̄ qđ licet ad idē amabile / ſub diuerſa
tamē rone / ſit amor amicitie et amor ꝯcupiſcentie tū aliꝰ ē hic amor et ille. Et ita ēt
ſi amamꝰ amicū ꝑ honeſtū ꝑ delectale et ꝑ utile uidet̄ qđ hoc nō ſit eadē amicicia
ſꝫ diuerſis licet ī eodē ſubiecto et ad idē amabile ſimul exiſtentib; ſcđm tū diuerſas rones
amabilitatis. ꝑ qđ uidet̄ male dcīū fuiſſe qđ amicicia uera diuidat̄ in amiciciā ꝑ honeſtū
in amiciciā ꝑ utile et in amiciciā ꝑ delectabile nō diuiſione totiꝰ ulis in ſuas ꝑtes ſubiec
tiuas ſꝫ ſolū eiuſdē noīs in diuerſas rones ſibi attributas. Ad hoc breuit̄ pōt reſpō
deri q' ab eodē hitu nichil ē inꝯueniēs ꝓcedere diuerſos actꝰ ubi gra. ab hitu fortitu
dinis aliqn̄ aggredi aliqn̄ expectare uel etiā fugere. Virtꝰ eñ ad nullū talē actū
ſcđꝫ ſe acceptū inclinat determinate / ſꝫ circa ſuū obiectū ꝓpriū inclinat ſemꝑ ad inſequendū
iudiciū rōnis. Dicā g' q' hitus uere amicicie idē exiſtens inclinabit circa uerē ama
bile ad quoſcūq; actꝰ rō dictauerit. Rō aūt dictat amare amicū et ꝑ honeſtū
et ꝑ delectabile ꝛ ꝑ utile ad benefaciendum amico et ad recipiēdum beneficiū ab eo. Lō
ꝗuis iſti ſint diuerſi actꝰ tū amicicia uera habitualiſ remanebit una et eadē. Amici
cia aūt ꝑ utile et amicicia ꝑ delectabile que nō ſunt ꝑ honeſtū / qꝛ inclinat nō ad
rōnē ſꝫ ad impetꝰ paſſionū ſunt diuerſe ꝑ diuerſitatē paſſionū ꝗuis ad idē ama
bile // Ad ultimā rōnē dđꝫ ē qđ amicicia uera ꝛ ꝓpe dicta nō diſtinguit̄ ſpecifice ꝑ eas
differentias utilis delectabilis et honeſti ad īuicē Sꝫ amicicia uulgarit̄ accepta bē
ne diſtinguit̄ ſic qꝛ licet ipā non ſit ad inuicē ꝑ defectū redamationis. tū ad rōnē

amationis ipā pot̄ eē ad aīāta ſcd̄m rōēz ꝯueniētez in aīātis eo ꝙ uulgus ſepe maxīāz
h̄ȝ eē affectioēz ad inaīāta ꝛc̄. Et ſic ē finis queſtionis

Quinto queritur vtrum inter ſolos bonos

Poſſibile ſit fieri amicitiā. Et arguit̄ quia pot̄ fieri int̄ alios qz ſaluata deſcrip
tione ſaluat̄ deſcriptū / ſȝ int̄ malos ſaluat̄ deſcrīptio amicitie q̄ data fuit ī .2.ª qōē . ſ. amor beni
uolus mutuꝰ manifeſtꝰ. ſic eīȝ ꝯiugꝰ nō ſint uirtuoſi amāt ſe ad īuicē pater ꝛ filiꝰ uir ꝛ uxor
Robinar marota ꝯſanguinei ꝯnutriti ꝯmilitantes ꝛ multi alij ꝛc. ꝛc. Itez effectꝰ arguit
cau̅ . ſȝ eꝯꝛu effectꝰ amicitie ſut̄ delectabilit̄ ꝯuiuere ꝛ bene uelle / et bene facere ſibi ad īuicē et
talia . Sȝ hec om̄ia ꝯueniūt aliq̄ī nō uirtuoſis. Accidit eīȝ ſepe ſic amaſiuz et amaſiaz ſcdȝ
uoluntates ī uicē tīſformari ꝙ vterqȝ plꝰ uellet omez potꝰ ſubire penaz dapni uel ſenſus
ꝙ̄ alteri diſplicere Sic etiā ſepe uidemꝰ ꝯſanguineos ꝯnutritos / ꝯmilitantes ꝯtyranicātes / et ali
os huiꝰmoī ſic ad īuicē eē beniuolos et beneficiuos ut ſe morte ꝑ īuicē uellent exponē uitaz
ꝯtra ſibi odioſos. Itez in primꝰ iſtiꝰ 8.ª dicit arēs amicitiaz eē neceīaz eſſe iuuenibꝫ ad
impeccabile ꝛ adoleſcentibꝫ ad bonas actioēs et tn̄ tales nūduz ſunt uirtuoſi. Dicit etiā
amicitiā natura ineſſe ad id qd̄ genuit genito nō ſoluz in hoībꝫ ſȝ ī uolatilibꝫ ꝛ plurimis
aīaliū. Tale aut̄ nō fit ſoluz int̄ bonos. Itez in iſto 8.º dicit arēs in eiſdē eē amicitiaz
ꝛ iuſtuz et ī oīm̄ coicatōē eſſe et amicitiā ꝛ iuſtuz. Sȝ int̄ boni ꝛ mali ē aliq̄ iuſtuz ſiue
exercet̄ opꝰ iuſticie / ꝛ nō oīm̄s coicatio ē bonoꝝ. ḡ ꝛc. Oppoītū arguit̄ quia dicit arēs
ꝙ omībꝫ exiſtentibꝫ amicis nō eēt opꝰ iuſticia. hec aut̄ nō eēt ueꝝ niſi omēs amicos
oporteret eē bonos / quia malis aliquibꝫ exiſtētibꝫ ſemꝑ ad eos eēt opꝰ iuſticia. Itez dictū
fuit nullaz eē uerā amicitiā niſi ꝑꝑ honeſtuz. Sȝ arēs determinat amicos illa amicitia niſi
bonos eē nō poſſe ḡ oportet uere amicos eē bonos. Et Tulliꝰ in lº de amicitia dicit
expreſſe. hoc primo ſentio amicitiā niſi in bonos eē nō poſſe. Qȝ etiā patet ꝑ deſcriptionem
amicitie quā aſſignat dicens. Eſt eīȝ amicitia nichil aliud niſi diuinaꝝ et humanaꝝ re
rum cū beniuolentia ꝛ caritate ꝯſenſio tale aut̄ malo uiro ꝯuenire nō pot̄. Itē omnis
uirtuoſꝰ ē uere bonꝰ et omēz amicū eē uirtuoſuz ē boni dicēte arē. Eſt eīȝ uirtꝰ quedā
amicitiā uel cū uirtute / Et Tulliꝰ. hec ipā uirtꝰ amicitiā genuit et ꝯtinet nec ſine uirtu
te amicitia eē ullo pacto poteſt. Et iterz Tulliꝰ idē In talibꝫ ea quā duduȝ tractabaꝰ
ſtabilitas amicitie ꝯfirmari pot̄ cū hoīes beniuolentia ꝯiuncti ꝑmū cupiditatibꝰ hꝰs quibꝰ
cea ſeruiunt imꝑabant deinde iuſticia qȝ gaudebūt oīa qȝ alter ꝑ altero ſuſcipiet neqȝ
quicqꝰ unqꝰ niſi honeſtuz alter qȝ ab altero poſtulabit. hec eīȝ lex amicitie ſanctiat ut neqȝ
rogemꝰ res turpes neqȝ faciamꝰ rogati Itaqȝ ī hꝰs ꝑnicioſꝰ ē error qui exiſtimat̄ libidi
num peccatoꝝ qȝ alteꝝ patē ī amicitia adiutrix anatū data ē nō uitioꝝ comes. vt
cuȝ ſolitaria nō poſſȝ uirtꝰ ad ea que ſūma ſūt ꝑuēire ꝯiuncta et ꝯſociata cū altero ꝑuenī
ret que ſi int̄ quos ſocietas aut ē aut fuit aut futura ē coꝝ h̄ēidꝰ ad ſūmuz nate boū
optiꝰ beatiſſimꝰ qȝ ꝯcomitatꝰ. hec ē ī quā ſocietas in qua oīa inſunt que putāt hoīes
expetenda honeſtas glīa tranqllitas animi atqȝ diuis ut cū hec aſſint beata uita ſit
ꝛ ſine hꝰs eē nō poſſit Qd̄ cuȝ optimuz maxīm qȝ ſit ſi id uolumꝰ adipiſcā uirtuti opa

— ꝯdonare ſibi ad īuicē

[...]anda est sine qua nec amicitia nec ullam rem expetendam consequi possimus. Ea non neglecta qui se amicos habere arbitrentur tum se denique errasse sentiunt cum eos gravis aliquis exigit casus experiri. Hec Tullius. Hanc quoque determinat Aristoteles ponendo primo quod amicitia propter honestum non potest esse nisi inter bonos. Hec conclusio probatur sic. Amicitia propter honestum est ad hominem honestum ipsius gratia hoc oportet supponere ex significatione terminorum. Sed honestus nullus est nec honesti quicquam habet nisi virtuosus et vere bonus. Bona namque corporis et exteriora cum ita possint inesse viris vite turpissime sicut aliis non sunt secundum se honesta sed in ordine ad virtutem. Ergo amicitia propter honestum necesse est esse ad simpliciter boni hominem quod ipsa etiam sit simpliciter boni hominis, et sic ipsa erit necessario inter bonos. Probemus ergo sic assumptam conclusionem. Amicitia secundum propriam nominis significationem exigit redamationem. Virtuosus autem numquam redamaret perfecte nisi eum quem sciret esse virtuosum propter hoc quod oportet unire voluntates amicorum. Et confirmatur quia pravus numquam possit amare perfecte virtuosum ipsius gratia cum perfecte amantis sit se condonare amico suo transformari in ipsum secundum voluntatem ut omnia velit que scit amicum velle. Pravus autem non omnia vellet que sciret velle virtuosum sed opposita. Item dicta conclusio probatur sic oportet amationem et redamationem in amicitia non latere amantes sicut dictum fuit prius. Virtuosus autem non scit quod vere amatur ab alio nisi sciverit ipsum esse virtuosum, quia malos sepe fingere non ignorat virtuosus. Et iterum impossibile est scire aliquem quod ab alio vere amet nisi multo tempore conuivendo ei benivole et delectabiliter. Sed pravum cum virtuoso longo tempore convivere delectabiliter est impossibile quia non solent delectari eisdem. Alios enim mores consequuntur alie delectationes ut dicit Aristoteles. Ergo cum in amicitia propter honestum oporteat amatum esse virtuosum necesse est similiter et amantem esse talem. Ex hac autem conclusione sequitur alia conclusio statim videlicet quod omnes simpliciter et vere amicos oportet esse bonos quia probatum fuit in alia questione nullos esse vere et simpliciter esse amicos nisi in amicitia propter honestum nec ullam esse veram amicitiam nisi illam. Et iterum vere amicitie proprium est amicos bene velle amicis benefacere amicis et condelectari cum eis ipsorum gratia. Pravorum autem contrarium est proprium. Nichil enim eorum que bona reputant operantur intentione directa ad alios sed omnia ad se ipsos propter quod dicit Aristoteles mali autem non gaudent se ipsis si non aliqua utilitas fiat. Aliam conclusionem ponit Aristoteles contrariam scilicet quod amicitia propter utile vel amicitia propter delectabile potest esse inter pravos, quia pravus pravo potest delectabiliter convivere. Possunt enim esse morum consimilium et sic eisdem delectari. Possunt etiam utrique utrisque tribuere quod appetunt et ab hoc iterum delectabiliter convivere quamvis sint diversorum morum. Verbi gratia avarus adulator potest prodigum divitem delectare adulatione et pecunias ab eis recipere quas intendunt. Similiter amasius et amasius et amasia sibi invicem conferunt delectationes quas appetunt et delectabiliter conviuunt propter eius sibi delectationibus quamvis sint intemperati et mali et illa sufficiunt ad tales amicitias que tamen non sunt amicitie sicut dictum fuit sed ita vocat eas vulgus. Adhuc Aristoteles aliam conclusionem apponit videlicet quod bonos contingit esse pravis amicos propter utile vel delectabile. Dicit enim propter delectationem quidem ergo et propter utile et pravos contingit amicos ad invicem esse et epyiekes pravis. Hec autem conclusio scilicet quod studiosus pravo potest amicitiam talem contrahere dubitabilior est quam precedens dicens quod pravus pravo potest, quoniam beati sicut dicit Aristoteles utilibus quidem nichil indigent, quo ergo propter utile contraheret amicitiam cum pravis. Si autem virtuosi delectationes appetant

tn̄ nūq̄ in honestaꝫ qua tn̄ sola prauꝰ ē ĩnatꝰ delectare . Item, uirtuoso et prauo nūq̄ uidet̄
ꝓuetatẽ amicicie ouenire posse nūq̄ eīꝫ uir bonꝰ ↄdonaret se prauo . nūq̄ uolūtateꝫ suā tn̄
formaret ĩ uolūtateꝫ et eisdeꝫ nō gauderet . Vn̄ Tulliꝰ in li.º de amicicia . Dispares eīꝫ mores
disparia studia sequūt̄ q2 dissilitudo dissociat amicicias . Nec ob aliā cāꝫ ullam boni im̄p̄bis
amici eē nō possunt nisi quia tāta ē int̄ eos quāta maxiā pot̄ eē moꝝ studioꝝq; distan.ª
Sꝫ ad hec dici pot̄ q. cū amicicia ꝓ utile ꝛ amicicia ꝓ delectabile nō sint amicicie si solaꝫ ali
quā ptendant amicicie silitudineꝫ ꝓ quaꝫ uulgꝰ uocat eas amicicias cū nō sint . Ideo nec oꝫ
eis ueras ꝓꝓetates amicicie ouenire si tales que soluꝫ gerat̄ aliquā appareteꝫ silitudinē ipaꝝ
Dicaꝫ ḡ q. amicoꝝ ꝓꝓiūꝫ ē sibi ĩuicē beneuelle et benefacere ac ĩuiceꝫ delectari ꝛ gaudere
se sibi inuicē ꝑfecte ↄdonare uolūtates ĩuicē trãsformare et uinire . hec ita q. amicꝰ fiat
alter ipē sicut dicit ar.ᵉᶜ hec aut̄ amicas ꝓ utile uel delectabile dcā uulgarit̄ nullo mō co
ueniūt nisi forte ꝑaccidens ꝛ scdm̄ appareteꝫ silitudinē . Nam altero bene uelle ꝓꝓiū ē sibi
bene uelle bonuꝫ uirtutis . hec aut̄ tales amici non intendūt si sibi ĩuicē uolūt ꝛ pcurant ap
parētia bona videlꝫ sensualia delectabilia uel utilia . Sꝫ nec ista bona appentiā talibꝰ ami
cis directa intētione uult uel pcurat amicꝰ , sꝫ sibi . nō uult eīꝫ amico bona nisi ut illa sibi
fiant et ita solū ē silitudinaria beniuolentia uel beneficētia inq̄tuꝫ qd̄ ē ꝑaccidens gerit
appareteꝫ quādaꝫ silitudinē eiꝰ qd̄ ē ꝑ se g.ᵃ ꝛc . Iteꝫ talis amicꝰ de amico nō delectat̄
sꝫ de eo q. tribuit sibi nec iterꝰ tales copulant̄ siue uniūt̄ ut dicit ar.ᵉᶜ . nō eīꝫ ↄiūgūt̄
nisi scdꝫ accidens . ꝑsona naq; nō copulāt̄ ad ꝑsonaꝫ , sꝫ soluꝫ utile uel delectabile , huiꝰ
aut̄ mōis nō ē inoueniens aliqū prauū se hr̄e ad uirtuosuꝫ et ↄtra . prauus eīꝫ ē dupl̄r . vnꝰ
ē obstinatꝰ omīo sic q. nō ē spes amplꝰ de recessu ipiꝰ a malicia . Et puto certe q. uirtuosꝰ
taleꝫ aspnaret̄ omīo . sic qd̄ nec in aliquo uellet eū delectare nec aliqd ualuū bonoꝝ uellet
sibi tribuere . Nā sicut dicit Seneca in libro de beneficijs . pecuniā nō dabo illi quē ↄsump
turꝫ adultere sciaꝫ nec ĩ societate turpis facti uel ↄsilij inueniar . Si potero reuocabo . Si
miniꝰ nō adiuuabo scelus // Alter ē prauꝰ nō totalit̄ obstinatꝰ in malicia . de . s . adhuc ē
spes q. ad uirtuteꝫ possit ↄuerti , et nō ē ĩoueniens uirtuosuꝫ tali uelle ↄiuuare ꝛ aliqua sibi
necessaria ad uitaꝫ ↄferre ipiꝰ cū hec a turpibꝫ cohibendo . Et econtra possibi.ˡᵉ ē illuꝫ prauū
ꝓ uite necessitateꝫ uelle uirtuoso seruire et hoc posse in quibꝰdaꝫ in quibꝰ uirtuosꝰ nō possꝫ
comode solꝰ exercere . Sic etiā pater bonꝰ pot̄ filiū diligere q̄uis prauū et ei ↄiuuere ꝛ
necciā uite tribuere // Ad hoc ḡ q. ↄtra arguebat respondēduꝫ ē qn̄ dr̄ q. beatꝰ bonis utilibꝫ
nō indiget pot̄ dici q. hoc ē ueꝝ de illo qui ē ĩ essentiali beatitudine beatꝰ et omībꝫ beatitu
dinē illaꝫ exteriꝰ decorātibꝫ habundat put̄ ē possi.ˡᵉ in humana uita . Beatꝰ tn̄ essentiali be
atitudine pot̄ bonis exterioribꝰ carere et eis indigere . Qn̄ etiā dicit̄ q. bonꝰ hō nō uellet
delectationis quibꝫ prauꝰ ē ĩnatꝰ delectare ↄcedo de prauo obstinato . De illo aūt prauo
qui nō ē obstinatꝰ q2 retinet uerecūdiaꝫ ꝑ quā nichil ĩhonestuꝫ audet opari in presentia
boni uiri possibile ē bonū uiꝝ uelle delectari aliqn̄ ab illo q2 tūc erūt honeste delecta
tiones // Ad aliā ↄcedit̄ qd̄ ille ꝓꝓietates nō uere insunt amicicie , quē uiri boni ad pra
uuꝫ sꝫ mō supradcō // Ad roēs aut̄ principales que ad utraq; pteꝫ fuerāt adducte possūt

solum pro eo quod dicta sunt in ponendo primo. Cum probant quod amicitia large accepta prout amicitia propter utile et amicitia propter delectabile dicitur amicitie salvari potest inter pravos. Alie autem probant quod non est ita de vera amicitia. Et sic finitur questio.

Sexto queritur in ordine. Utrum similitudo sit causa amicitie vel dissimilitudo. Arguitur quod similitudo, quia in naturalibus koloyos id est sturnelos ad invicem videmus congregari et convivere et congregari, et ita grues simul ad invicem convivere et porcos non grues cum porcis aut sturnellis. Cum ergo congregatio et convictus sint opera amicitie videtur principium esse amicitie quod sit inter similes non inter dissimiles. Item amicorum est quod sint invicem salvativi non destructivi, quia sicut dicit Empedocles, simile simili cognoscitur nutritur et salvatur, contrario vero corrumpitur. Ergo similitudo est causa amicitie non dissimilitudo. Item amicitia exigit unionem quandam amicorum. Similitudo autem est unio quedam et non dissimilitudo. Nam 5° rethorice dicitur quod species unius sunt et equales, ideo etc. Item quos videmus contrariorum morum hos non videmus posse diu convivere sed magis illos qui erunt morum consimilium, sed amicitia requirit multum convictum, ergo etc. Oppositum arguitur quia magis videmus figulum figulo invidere fabrum fabro et omnino similes in artibus vel officiis quam figulum fabro vel alios dissimiles in artibus et officiis, ergo similitudo videtur esse causa odii non amicitie. Item amor est actus quidam appetitus inclinans ipsum in rem amatam; appetitus autem perfectionis est rei carentis ut patet primo phisicorum, sed carentis perfectionis ad perfectionem est contrarietas, ergo amicitia fundatur super contrarietatem non super similitudinem. Propter quod qui desiccatus est ab humido videmus maxime amare potum, sitiente et famescente cibum, et infirmum sanitatem, et sic de aliis. Et ita dicebat Euripides terram siccatam desiderare pluviam. Item ex differentibus sonis videmus optimam fieri armoniam et ex diversis saporibus optimam salsam et ex contrariis ellementis unum mixtum perfectum. Et ita ex differentibus personis videmus fieri optimam communicationem domesticam vel politicam, sed amicitia in communicatione consistit, ideo etc. Item amici est amico succurrere in indigentiis, sed similis non succurrit, ymo dives pauperi indigenti cibo et pauper diviti indigenti servitio. Item amici non est amicum destruere sed salvare, sed secundum medicos contrarium est contrarii salvativum et simile similis destructivum. Contraria namque ut dicitur contrariis curantur et simile simili appositum facit ipsum furere. Item inductione quia pater magis amat filium quam frater fratrem, et vir uxorem quam vir virum. Dico breviter quod vera amicitia necesse est fundari super similitudinem, quod probatur quia vera amicitia impossibile est esse nisi inter vere bonos ut dictum fuit in alia questione, sed vere boni sunt similes, si non secundum corpus aut secundum exteriora bona, tamen secundum animam, quia sunt ambo prudentes et per consequens virtutibus singulis moralibus habituati, ergo sunt per omnia morum consimilium. Non enim alter deficit et alter excedit sicut est de vitiosis, sed omnes ad medium recta ratione invictum redacti sunt. Omnes enim sunt consimilium voluntatum, quia omne quod est turpe fugiunt et aspernant, et omne quod est honestum volunt et amplexantur. Mali sunt difformes et [illegible], boni vero sunt conformes. Unde 2° huius peccare multis modis dicitur, dirigere autem uno modo. Boni quidem ergo simpliciter, multitudine autem mali. Malum enim infiniti, boni autem finiti. Virtuosi sicut dictum fuit sunt simpliciter boni et ad invicem boni sunt simpliciter delectabiles, ergo valde similes virtuosi sunt perfecti. Dissimilitudo autem in eadem specie non est nisi secundum diversum

recessum a spēi pfectione. Virtuosi g° nō possūt eē dissiles. Itez ad uerā amiciciā reqūit
delectabiliter conuiuere multo tpē ut app3 ii° 8°. hentes aūt mores dissiles hoc nō
possūt. Nō eī3 delectarent eisde3 qm̄ alios mores ↄsequūt alie delectatiōes. oportet
g° ↄsiles eē ueros amicos. Concedendum ē tamē qd̓ amicos ueros non oportet eē siles scl3
ↄdiciōes corporales uel scdm̄ diuicias exteriores. qꝛ ueri amici principalit̄ ꝛ solū ut est
dictum respiciūt ad honestū. Si eī3 ad aliud respiciūt hoc ē semꝑ honesti grā. ꝑꝑ quod
sicut dicit arꝭ.eb ipoꝝ amiciciā ꝑmanet usq3 quo boni, nō corporis diffornitas aut ex
terior paupertas nō aufert bonū uirtutis. Vn̄ Seneca eplā. lxvii. Claranū ad lucilluz
dicit. Nō deformitate corporis fedari aīm3 ꝫ pulchritudine animi corpa ornari. Et
arꝭ.eb pmo ethy.cꝫ dicit in infortunijs refulgere bonū uirtutis. Verū tn̄ ē ↄcedendū
qꝛ altero amicoꝝ habundante in bonis exterioribꝫ impossi.le ē cōamicū necc̄ijs indigere
ꝑꝑ hoc qꝛ amici sicut uidebit̄ post ē maxime ꝓꝑiū ꝛ maxime appetibile bene uelle et bene
facere ad amicū. Dico tn̄ qꝛ amicicia ꝑꝑ utile ul̓ ꝑꝑ delectabile que distinguit̄ ab amicicia
ꝑꝑ honestū pot̄ fundari int̄ ualde dissiles ꝛ rone dissilitudinis ꝑꝑ qd̓ nōꝰ ē qꝛ int̄ illas ami
cicias ex una pte et amiciciaz ꝑꝑ honestū ex altera, talis ē differētia qꝛ amiciciā ꝑꝑ honestū
fundat̄ sup pfectiōne3 qꝛ sup uirtutez ꝑꝑ qd̓ tales amici magis intendūt benefacere qꝛ
bene pati et magis amāt ut amico benefaciāt qꝛ ut ab amico bona recipiāt. sicut infra ma
gis uidebit̄. Amicicie nō ꝑꝑ utile ꝛ ꝑꝑ delectabile fundāt̄ sup defectū3 et īdigētiā io
tales amici intendūt pricipalit̄ ꝛ pmo nō benefacere ꝫ qd̓ eis benefiat. Tūc g° possi.le
ē qꝛ amici tales eisdē3 indigeāt, ꝛ qꝛ illa possint eē qui ꝑ īuicē quo adiuuādo sibi ad
inuicē ī eadē opatiōe. Ubi grā ↄnauigatores indigēt lucro qd̓ lucrāri nati ↄseq sūt ꝑ naui
giū qd̓ quidē3 nauigiū un9 sol9 exercē nō possꝫ ꝫ simul uniti plures possūt. Ita est
de ↄmilitibꝫ uel etiā de ↄmercatoribꝫ qui suā3 ponūt pecuniā3 insimul ut possint maiores
exercere mercaturas ꝛ plus lucrari. Sic etiā ē de ↄludentibꝫ si eisdē3 gaudeāt delectatiōe
ꝛ sic de alijs ↄsilibꝫ. Etiā maīfestū3 ē qꝛ amicicia ī casū tali fundat̄ sup silē. et rone sili
tudinis, quia sup eodē3 indigētes Et illud idē sibi ↄtribuere ul̓ ad ipm̄ procuradū3 coop
ari potētes ꝛ sacētes Sꝫ alio casū possi.le ē qꝛ amici nō eisdē3 ꝫ diuersis indigēt et
utēq3 pot̄ id alteri ↄferre quo indigēt siue qd̓ ↄcupiscit. Concupiscentē3 eī3 in ꝓposi
to dico indigere quia & si nō indiget sm̄ ueritatez indiget tn̄ scl3 ipi9 opinionē Vbi g°.
diuites rone diuiciaꝝ indigēt seruitoribꝫ ꝛ ↄcupiscūt delectatiōes et paupes natī sūt
hec eis ↄferre. paupes aūt cōtra indigēt uictu ꝛ uestitu ꝛ alijs necc̄ijs que ↄseq nō pnt
nisi ꝑ recipientes a diuitibꝫ. Itez forte uir antiqu9 ꝛ diues ↄcupiscit uenereas delectatio
nes ꝛ paup iuuēcula pulcra ↄcupiscit pecuniā3 pulcras uestes cōstat aūt qꝛ int̄ tales ē
nata ↄtrahi amicicia. s. int̄ diuitē rone diuiciaꝝ ꝛ paupē rōe paupertatis ul̓ int̄ uirū
antiquū turpē3 ꝛ paupē3 iuuēculā3 pulcram ꝛ lasciuā3 et sic amicicia talis fundat̄ int̄
dissiles et rone dissilitudinis Sꝫ tn̄ ↄcedi debet int̄ amicos tales determinatā3 requiri
ꝓportionē. s. que ē int̄ actiuū ꝛ passiuū. Quo eī3 passiuū indiget hoc actiuū debꝫ
eē īnatū3 ei tribuere Requirit̄ etiā qd̓ dcā ꝓportio sit recepta. s. qꝛ sicut un9 amicoꝝ

ſe hēt in una paſſione ad illuz . Et quis aūt talez ꝓportionē paſſiui ad actiuū uellet uocare
ſilitudinē potētialē ꝑ hoc ꝗ paſſiuū ē in potentia talit̄ qualit̄ ad formā actiui / tūc eēt
ꝯcedenduz ꝗ talis amicicia fundaret̄ ſup̄ ſilitudinē / nō talez actualē ſʒ potētialē . Ad
roēs reſpondēduz ē . Ad p̄maz dicēdū ē ꝗ ſturnelli uel graues ſūt nati delectari ad īuicē
ſicut ꝯmilitantes / uel ꝯludētes . ſʒ hij naturalit̄ / illi nō artificialit̄ / et ſic illa rō ꝓcedit
uia ſua . Ad aliaz ꝯcedit̄ ꝗ amicicia nō fundat̄ ſup̄ diſſilitudinē taliū ꝯ̄riorꝫ q ſūt īuicē
corruptiua / ſʒ ſup̄ diſſilitudinē paſſiui indigētis ad actiuū potēs replere indigētiā . Ad
aliaz dicēdū ē ꝗ diſſilia modō ꝓdicto accepta ſūt īnata uniri in eadē opatioē . Idē eīʒ ē act⁹
actiui ꝛ paſſiui ut patet 3° phiſicorꝫ . Ad aliaz ꝯcedit̄ ꝗ ſup̄ mores diſſiles nō fundat̄ uera
amicicia . Alic nō amicicie licet poſſint eē int̄ hoiēs diuerſorꝫ morꝫ / tn̄ ipē nō fundat̄
in eis rōne diuerſitatis morꝫ . ſʒ rōe ſup̄dcē ꝓportiōis . Vnde putanduz ē ꝗ amicicie
ille eſſent maiores et durabiliores / ſi amici eēnt morꝫ ꝯſiliū . Tūc rndenduz ē ad
roēs in oppoīm . Ad p̄maz dicēdū ē ꝗ ſilēs in artib⁹ uel officijs nō ſūt ꝑ illā ſilitudiēz
nati fieri amici niſi ubi fierent in eodē opē coopatores ad amplius lucꝝ optinēdū
uel ad maiorē adipiſcēdaz delectatioēz . Sʒ nec ipi ꝑ dcāz ſilitudinē ſt̄ nati fieri
inimici niſi ꝑ accidens . ſ. ea rōe qua ꝑ op⁹ uni⁹ ꝛ lucꝝ uni⁹ diminuit̄ op⁹ alterius .
Alia rō ꝓcedit ſufficienter uia ſua . Vera naqꝫ amicicia nō fundat̄ ſup̄ appetitū qui
fiat rōe careūe . Talis eīʒ appetit⁹ ē ad benepaciēduz / nō ad benefaciēduz . Alia
ratio uidet̄ eē ſcdʒ poeticā aſſilatioēz de qua pot̄ dici ꝗ ſicut inſſibilia ſub excel
lencijs ſuis nō ꝯniūt̄ ꝑmixtione / ſʒ oꝫ ea pri⁹ ad mediū tēꝑamētuz reduci . Sic
hoiēs ſub impetib⁹ paſſionū nō pnt̄ uerā ꝯtrahere amiciciā / ſʒ opꝫ pri⁹ eos reduci
ꝑ uirtutē ad mediuz rōis . Et iterꝫ inſſibilia nō ꝯniūt̄ ꝑmixtionē ſcdm̄ qd̄ hent̄
act⁹ ꝯ̄rios ad inuicē corruptiuos / ſʒ ſcdʒ ꝗ ſunt in potentia ad formā ꝑfectiorez
. ſ. ipiūs mixti / et ut ſic ellemēta modū hent̄ indigentie . Sicut eīʒ calidūʒ eget frigi
ditate / et frigiduʒ caliditate quas īnata ſūt ꝯſequi ad īuicē ꝑ qd̄ ad eas ꝯſequē
das inuiunt ꝑmixtionē . Et ita diues et pauꝑ ſcdʒ ꝗ indiget hic illo ille alio ꝯiu
ūt̄ ꝑ amiciciā ſicut dcūʒ ſuit . Alia rō ꝓcedit uia ſua . Amici eīʒ uera amicicia nō
amant p̄ncipalit̄ ut eis ſubueniat̄ nec illa ſup̄ indigētiā fundata ē . Ad aliā dcꝫ
ē ꝗ homo ſan⁹ ꝑ ſilē nutrit̄ ꝛ ſaluat̄ . Lapſus aūt ꝑ egritudinē indiget ꝯ̄rio indu
cente ꝯplexioēz ad tēꝑamētuz . Nō eīʒ de ſana ꝯplexione ſed de egra uerꝫ ē illd̄ dcūʒ
ſilē ſili appoſituʒ facit ipm̄ fuere fō ꝫ ꝑfectorꝫ q ſanis ꝯpant̄ amicicia fundat̄
ſup̄ ſilitudinē . Indigētiū aūt qui lapſis aſſiliant̄ amicicia ſupra talia fundat̄ ꝑ que ſit
poſſi.le indigētijs ſubuenire . Ad aliā pot̄ dici ꝗ amicicia cognati fundat̄ ſup̄ ſilitu
dinē ſiue ꝯuenietiaz quādaz in ſanguiē talē aūt ꝯuenietiaz hēt maiorē pater ꝛ fili⁹
ꝙ̄ duo fratres . Vir aūt et mulier ad ꝯſequēduz delectatioēz ueneream indigent hijs
que ſibi ꝯferre poſſūt ad īuicē nō hijs que uir ꝯferre uiro ꝛ mulier mulieri / Et

Eptimo queritur utrum . Vera // ſit ſinit̄ queſtio .
amicicia . ſ. amicicia ꝑ honeſtuʒ ſit intraſmutabilis . Arguit̄ ꝙ nō / qꝛ omē

omne generabile et corruptibile est transmutabile cum generatio et etiam corruptio sint quedam transmutationes. Sed ipsa amicicia est generabilis, quia habet esse post non esse et corruptibilis multis modis primo per mortem amici. 2° per mortem amantis. 3° per amicorum absentiam diuturnam. Ipsa namque sicut ait aristoteles amicicie videtur oblivionem facere. Unde dictum est: Multas utique amicicias non appellatio dissolvit. 4° per senectutem. Senes enim ut ait aristoteles non sunt amativi propter hoc quod in ipsis est breve quod delectationis, et sic eis convivere est impossibile vel difficile. Nullus enim ut ait aristoteles potest per diem morari cum tristi neque cum non delectabili. Et tamen sine convictu non salvatur amicicia. Unde sicut dicit aristoteles: Qui recipiunt ad invicem non convivunt autem benivolis assimilantur magis quam amicis. Nichil enim sic est amicorum ut convivere. Dicit etiam post quod senes et severi benivoli quidem sunt ad invicem. Volunt enim bona et obviant ad necessitates. Amici autem non omnino sunt propter non commorari neque gaudere ad invicem que utique maxime videntur amicabilia. 5° corrumpitur per sublimitatem et excellentiam status alterius amicorum quia per omnia removetur equalitas que tamen ad amiciciam pertinere videtur. Unde aristoteles: manifestum autem si multa distantia fiat virtutis vel malicie vel habundancie vel alicuius alterius non adhuc amici sunt sed neque dignificant. Manifestum autem hoc in diis plurimum enim isti omnibus bonis superexcellunt. Manifestum autem et in regibus. Non enim hiis dignificant esse amici qui multum defectiores. 6° corrumpitur amicicia si alter amicorum fiat malus cum dictum fuerit amiciciam veram esse non posse nisi inter bonos. 7° cum amicicia contrarium habeat odium necesse est ipsam multipliciter posse corrumpi sicut possibile est odium multipliciter generari. Quidquid enim est generativum unius contrariorum corruptivum est alterius. Quod autem tot modis corrumpitur non solum est transmutabile sed quasi instabile et infirmum propter quod amicicia non videtur esse mansivum quid. Oppositum arguitur auctoritate aristotelis dicentis: Et sola bonorum intransibilis. Dicit etiam talem amiciciam esse mansivam quia fundatur super virtutem. Virtus autem mansivum. Item amicicia quomodo corrumpetur? Non videtur enim corrumpi per mortem amantis, cum anima non corrumpatur per mortem cuius amicicia est virtus vel perfectio quedam. Nec per mortem amici quia cum maneat anima eius videntur in ea manere bona virtutis propter que amabatur amicus. Et Tullius hoc sentire videtur in libro de amicicia scilicet quod per mortem non corrumpatur amicicia dicens: Michi quidem Scipio quamquam est subito exemptus vivit tamen semperque vivet. Virtutem enim illius amavi que extincta non est. Item nec amicicia corrumpitur per diuturnam absentiam nec per senectutem nec per status excellentiam cum dicat aristoteles amiciciam bonorum permanere usque quo utique boni propter predicta autem non cessant esse boni. Et specialiter nullo modo videtur corrumpi per senectutem. Cum ipsa sit virtus aut fundata super virtutem necesse est ipsam sicut et virtutem magis fundari apud senes quam apud iuvenes propter magis experientiam et prudentiam. Item nec videtur posse corrumpi a contrario vel per hoc quod amicus existens prius virtuosus fiat malus. Quod autem esse non possit argutum fuit in 8a questione secundi libri. Et ut sit ad unum dicere cum amicicia sit virtus aut super bonum virtutis fundata non videtur quod magis possit corrumpi vel augeri vel minui quam virtus ipsa de qua factum fuit 8a questio in 2° libro. Dicamus concedendo cum Eustachio quod amicicia sit virtus quedam moralis sicut dictum fuit in 2a questione istius octavi quod nomen amicicie cum illa virtute pro qua supponit appellat multa. Primitus enim appellat actum

amationis illa cum virtus in ordine ad actum odii non dicitur amicitia sed in ordine ad actum amoris
et connotat actum amationis non quemcumque sed scilicet quem volumus bene amato ipsius gratia propter quod
amicitia non est ad inanimata ut dicit aristoteles Et si connotat actum amationis qui non potest esse nec
intelligi sine amante et amato sequitur quod nomen amicicie connotat et amantem et amatum. Deinde
nomen amicicie connotat redamationem. Amans enim potest dici quis benivolus licet non reda
met sed non dicitur amicus ut expresse vult aristoteles Deinde nomen amicicie connotat utriusque
amicorum manifestam esse tam amationem quam redamationem ut vult aristoteles Inquit enim Apponendum
esse non latentes. Qualiter enim aliquis amicos dicat latentes ut habent sibi ipsis quasi dicat nul
lo modo licet contingat eos esse benivolos. Ad hoc ulterius nomen amicicie si proprissime capiatur conno
tat concordationem ipsorum amicorum sibi invicem ut idem fiat ipsorum velle et nolle. Connotat etiam ipse
frequentem et uniformem convictum amantium et integram bonorum suorum communicationem. Sic enim
amicus vere fit alter ipse. Et sic etiam inter amicos vera et perfecta servatur equalitas. Et hec
omnia satis apparent ex dictis aristotelis in isto 8° Que etiam concordant dictis aliorum. Nam Seneca
epistola Epistolas iii.a ad lucillum dicit Sed si aliquem amicum existimas cui non tantundem cre
dis quantum tibi vehementer erras et non satis nosti vim vere amicicie. Errat et ille qui
amicum in atriis querit et in convivio probat Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis
suis obsessus quam quod amicos sibi putat quibus non est. Tu vero omnia cum amico delibera sed de
ipso prius. post amiciciam credendum est ante amiciciam iudicandum. Isti vero prepostero ordine
officia permiscent qui contra precepta Theophrasti cum amaverint iudicant et non amant cum iu
dicaverint. Diu cogita an tibi in amiciciam quem placuerit fieri toto illum pectore admitte — quis recipiendus sit.
Tam audacter cum illo loquere quam tecum. Sed quia intervenerunt quedam que consuetudo fecit
archana cum amico omnes curas omnes cogitationes tuas misce. Et epistola. Intelligo dicitur.
Multos tibi dabo qui non amico sed amicicia caruerunt. hoc non potest accidere cum animos in
societate honesta cupiendi par voluntas trahit. Quidni non possit? Sciunt enim ipsos omnia habere
communia. hec ergo et talia satis ostendunt quod predicta omnia nomine vere amicicie connotentur. Istis con
sideratis apparet quod omnibus predictis appositis illi virtuti que proprie est moderativa amoris et odii
ipsa vere dicitur amicitia. Aliquo autem ipsorum remoto ipsa tamen non amplius dicitur amicitia utendo nomine
proprissime. Nec ipsa corrumpitur immo ipsa manens cessat esse amicitia propter deffectum connotati. Si
cut filius manens in sua substantia et non corruptus cessat esse filius per mortem patris. Dicam ergo quod
ipsa amicitia quantum ad substantiam virtutis pro qua nomen supponit non corrumpitur amante vivente co
modo sicut alie virtutes morales de quibus generaliter dicitur quod non possunt corrumpi vel minui dictum fuit satis
in 8.a questione secundi libri nisi forte per casum quasi non evenibile. 2° etiam dico quod utroque amicorum vi
vente ipsa amicitia non cessat quantum ad actum benivole et benefice amationis et redama
tionis neque quantum ad manifestam esse utrique amicorum huiusmodi amationem et redamationem
quia si erat amicitia constat utrumque esse virtuosum et hoc utrumque sciuisse de alio per multam experi
entiam. Si autem hoc sciverunt sequitur quod hoc non semper sciunt: propter hoc quod virtuosus scit virtutem
perfectam non posse corrumpi sicut determinatum in 2° libro. Si etiam amaverunt se honesti gratia
sequitur quod semper amabunt se. Causa autem quare amabant se semper manet scilicet bonum virtutis et

eius utrobique notitia. Cum hoc etiam proprium est viro virtuoso omnem illum amare quem cognoscat
esse bonum et perfectum, et ei bene velle. Sic ergo videtur quod propter virtutem ipsorum numquam cessabit amicitia
quantum ad predicta. Et istam conclusionem cum eius probatione intendebat aristoteles dicens. permanet ergo
horum scilicet bonorum amicitia usque quo utique boni fuerint. virtus autem mansivum. Et sic etiam intendit
aristoteles quod sola bonorum amicitia sit intransmutabilis. Item si inventibus amicis amicitia dicto
modo cessaret. Aut hoc esset propter senectutem, aut hoc esset propter status sublimitatem aut depressionem
quam econtra. potest argui quod pater magis amat filium per rationes que in 12a questione adducte fuerunt ad probandum quod excellentior et melior magis amat inferiorem quam econtra. Et per rationes que ibidem posite fuerunt ad probandum quod rex magis amet subditos et magis eis benefaciat quam econtra quia Aristoteles amorem patris ad filios assimilat amori regis ad subditos. Et possunt iste rationes breviter recolligi. prima est auctoritate Aristotelis expresse tam de rege quam de patre. 2a est quod pater magis benefaciat filio quam econtra, cum det sibi et nutrimentum et doctrinam. 3a ratio est quia amicitia vel est virtus vel in virtute fundatur. ideo virtuosioris est magis amare. decet autem patrem esse virtuosiorem. 4a ratio est quia amare est melius et nobilius quam amari ideo magis debet attribui nobiliori. 5a ratio est quia amor superioris ad inferiorem videtur esse ad benefaciendum et est amor amicitie. Amor autem econverso videtur esse ad bonum recipiendum et est amor concupiscentie. Oppositum etiam potest argui per rationes in predicto loco adductas ad probandum quod inferior magis debet amare superiorem que sic recolligi possunt. prima est quod filius magis bonum impendit patri quia honorem qui est maximum omnium bonorum quod homo potest alteri impendere. 4o huius. 2a ratio est quia oportet analogiam fieri amationem, scilicet meliorem magis amari quam amare. 3a ratio est quia amor cum sit actus appetitus videtur nobis convenire propter indigentiam. 4ta quia filius tenetur magis patri quam econtra quia plura recipit ab eo bona. Item filius debet amare patrem sicut homo deum ut dicit Aristoteles. homo autem maxime debet amare deum ymo magis quam se ipsum. In prima questione huius octavi distinctum fuit de amicitia et adhuc alia distinctio non illi discors sed consona potest nunc dari de ea. videlicet quod triplex est amicitia. scilicet una naturalis que nichil est aliud quam debita

consonantia, proportio vel convenientia entium ad invicem et ad unum primum principium in mundi con
stitutione. Vel etiam prius dominus cuiusque totius vel ipsius totius constitutione absque cognitione
mediante de qua amicitia loquutus fuit empedocles in sua scientia naturali. Et de hac
amicitia non est cura ad presens eo quod amicitia patris ad filium et contra est mediante cog
nitione. Aliter enim homo hoc amore equaliter diligeret quemcumque puerum sicut filium suum. Ille enim
amor naturalis est indifferenter ad quod licet consimile et eiusdem speciei si sit equalis approxima
tio vel remotio. Verbi gratia. Si hec aqua illi aque coniungitur et continuatur propter similitudinem ita
omni aque consimili continuaretur si approximaretur. Et sicut per odium naturale hec aqua illum
ignem extinguit et corrumpit ita et omnem alium et consimilem extingueret et corrumperet. Secunda
amicitia vocatur animalis que fundatur in appetitu sensitivo mediante cognitione sensus. Et ista
nomine communi solet aliquando vocari naturalis in quantum ab appetitu sensitivo non libere elicitur sed
necessario secundum exigentiam obiecti appetibilis et dispositionum corporalium ipsius appetentis.
Et hec amicitia est patris in quantum est pater ad filium in quantum filius et contra. Et non est propria
hominibus, quia convenit multis animalium cum in eis inveniantur pater et filius sicut in hominibus. Et
quia quamque brutum non videmus minus bellare et morti aut periculis et omni sollicitudini labo
ri se exponere pro filiorum mantinento aut salute quam homines et neque minus et sepe viros
aut mulieres ratione carentes quam ea vigentes. Et de ista amicitia secundum aristotilem
videtur michi esse dicendum quod patris magis est amare filium quam contra. Ad quod probandum sunt
multe eius rationes. Prima est quia ceteris paribus appetitus sensitivus fit intensior si firmius
fuerit iudicium sensus. Sed parentes firmius sciunt quod filii sunt ex ipsis quam filii sciant quod sunt ex
illis. Secunda ratio licet aristoteles non ponat eam isto ordine est tamen talis, quia non solum homines sed
etiam bruta animalia convenientia videmus se longitudine temporis se magis ac magis amare propter
consuetudinem. Sed longiore tempore parentes dilexerunt filios quam contra quia parentes confestim natos
diligunt hii autem scilicet filii procedentibus temporibus intellectum vel sensum accipientes, ergo amor paren
tis debet esse maior. 3a ratio est talis. Actus amoris est tendere in amatum et unire
se amato et si non corporaliter tamen secundum affectum. Sed naturaliter hec magis convenit patri res
pectu filii quam contra. Pater enim in congnascendo quasi seipsum infundit in filium et approximat
se filio. Filius autem non infundit se in patrem sed exit ab eo quasi elongans se ab eo. Et
confirmatur quia motus intimius respicit terminum ad quem tendit quam terminum a quo tendit: pater
autem quasi tendit in filium ponens eum in esse. Filius autem a patre recedit ergo etc. Et hec ratio potest
sumi ex illis verbis aristotilis. Et magis approximatur quod a quo genitum, quam factum facienti.
4ta ratio est quia obiectum naturaliter movet potentiam tanto fortius quanto est ei proximius ideo magis
amatur quod est amanti proximius sed filius est patri proximior quam contra quia filius est quedam pars
patris et quasi de eius substantia, pars autem magis videtur eadem toti quam totum parti quia pars
secundum se totum est idem parti ergo etc. Et istam rationem tangit Aristotiles in hiis verbis. Quod enim
ex ipso propinquius ei a quo, puta dens vel capillus vel quodcumque habenti. Illi autem nichil quod
a quo vel minus. Et ista ratio non repugnat precedenti quamvis prima facie videatur ei repug
nare. Propter quod considerandum quod filius proprie loquendo non est pars aliqua patris sed quodammodo

secundum uirtutem; potest dici pars eius in quantum capit esse a spermate quod decisum fuit a patre, et quod
accepit uirtutem formatiuam filii a semine quod erat patris principalius. Filius ergo in ordine ad pa-
trem potest intelligi dupliciter. Uno modo ut est quodammodo pars patris et ita filius est propinquior seu
ydemptior patri quam econtra. Et per consequens amabilior. Et super hoc fundabatur prima ratio. Alio modo
consideratur filius ut est diuisus a patre sed tamen ab eo procedens. Et ita pater tendebat in filium infun-
dendo sibi uirtutem et esse. Filius autem exibat a patre. Et super hoc fundabatur 3a ratio.
Differunt etiam iste due rationes quia tertia sumebatur ex parte potentie amatiue, quarta ratio
ex parte obiecti amabilis. Sed circa istas duas rationes occurrunt statim due dubitationes. Prima
est contra tertiam rationem quia effectus magis uidetur naturaliter tendere in suam causam quam econtra.
Locus enim est causa quedam siue quoddam principium locati, tamen locatum magis tendit naturaliter in locum
suum quam locus in locatum. Et cum finis sit causa causarum omnia naturaliter in finem suum tendunt. Pater
autem est causa filii, ergo filius magis naturaliter tendit in patrem et approximat se ei quam econtra. Cuius oppositum
dicebatur in 3a ratione. Secunda dubitatio est contra 4am rationem, quia experientia uidetur docere quod pars magis
diligit totum naturaliter quam totum partem. Si quis enim uelit hominem percutere super caput uidemus
quod brachium ante ponit se exponens pro salute totius. Totum autem non exponit se pro salute partis,
ymo totum pro eius salute permitteret aut etiam in casu iuberet partem amputari. Si ergo filius sit
ut pars patris uidetur quod filius magis debeat naturaliter patrem diligere quam econtra. Ad primam
dubitationem dicendum est quod si effectus tendit in suam causam hoc est ut inde recipiat uirtutem et perfectio-
nem, et ita hoc uidetur esse propter amorem sui ipsius quam propter amorem cause. Et cum hec si effectus tendit
in suam causam et approximat se ei totaliter, tamen intimius causa tendit in effectum et appropinquat se ei
quam uiceuersa infundit se quodammodo, id est suam uirtutem, in effectum. Ad aliam dicendum est quod pars per uir-
tutem suam propriam non exponit se pro toto, sed totum per suam uirtutem expansam in omnes partes pro salu-
te ipsius exponit partem unamquamque. Non ergo dicendum quod brachium exponat se pro salute hominis sed homo
pro salute sua exponit brachium. Et sic experientia illa non ualet ad propositum. // 5a ratio arguebat ad
principalem conclusionem est ista. Unusquisque magis diligit naturaliter id quod est aliquid ipsius et tamquam pars quo-
dam quam illud quod nichil est ipsius. Filius autem aliquid est ipsius patris et quasi pars quedam et est tamquam
possessio eius ut dicitur 5° huius. Pater autem non est aliquid ipsius filii. Ergo etc. Vel etiam potest sic argui:
Unusquisque magis diligit se ipsum quam quemcumque alium. Sed esse patris quodammodo uirtualiter tran-
sit in filium et continuatur per esse filii, ideo pater amat filium ut se ipsum. Esse autem filii non transit
in esse patris sed ab eo recedit, ideo filius non amat patrem ut se ipsum. Ergo pater magis amat filium
quam econtra. Item per rationem superiorem ex 9° libro potest argui sic. Pater ad filium comparatur sicut benefactor
ad beneficiatum, sed benefactor plus amat beneficiatum naturaliter quam econtra, prout uidebitur in
in 9° libro. Omnes enim rationes que ibi ponuntur possunt ad propositum applicari. Sed eas di-
mittemus nunc quia loco suo uidebuntur. Uiso ergo de amicitia naturali dicamus ergo iterum quod tertia
amicitia est humana que fundatur in uoluntate mediante intellectuali ratione. Et multi di-
cunt quod tali amicitia filius magis amat patrem quam econtra propter hoc quod recta ratio respicit
ad obligationem. Filius autem magis obligatur patri quam econtra quia plura bona recipit a patre.
Ideo filius secundum rectam rationem magis amat patrem quam econtra. Item recta ratio non respicit

ad propinquitatem principaliter sed ad bonitatem rei amabilis. ideo secundum rectam rationem magis amat simpliciter quod simpliciter est melius; pater autem est melior ideo etc. Sed hoc est michi dubitabile quia recta ratio ortum habet a natura. ideo numquam contrariatur nature quia natura directa ab infallibili agente scilicet a deo et intelligentiis non errat in suis operationibus. Unde dicitur 7° politice quod nichil est bonum eorum que preter naturam. Si ergo naturale est quod pater magis diligit filium quam contra numquam recta ratio dictabit contrarium. Item multis rationibus rectis et veris probatum fuit quod pater magis diligit filium quam contra. recta autem ratio recte rationi non est contraria ergo nulla recta ratio docebit quod filius magis diligat patrem quam contra. Et hoc ego credo esse verum. Nec credo quod filius magis obligetur ad magis diligendum patrem quam pater diligat filium eius. quia nullus recte obligatur ad id quod est innaturale vel contra naturam. Nec credo hominem obligari ad magis amandum quam deus amet hominem. quia hoc credo esse impossibile et nullus obligatur ad impossibile. Credo tamen quod homo vere obligatur ad amandum deum et non contra. Credo etiam quod filius multo magis obligatur ad amandum patrem quam econverso. Sed non sequitur magis obligatur ad amandum. Est enim proprium et naturale meliori et perfectiori magis amare et amore meliori sine obligatione. Ad primam ergo rationem opinionis alterius dicendum est quod recta ratio non respicit obligationem solum ymmo omnes alias et circumstantias et magis ipsam rei naturam. Dicendum est etiam quod ratio respiciens obligationem indicat non quod filius debeat magis amare patrem quam pater amet eum. sed quod filius magis debet id est magis obligatur ad amandum. Sed non ad magis amandum ut dictum est. Ad aliam concedendum est quod recta ratio indicat meliorem semper esse magis amandum. sed non magis esse a quocumque amandum verbi gratia. Si tu scis robertum esse meliorem et excellentiorem te ipso. recta ratio non propterea dictabit quod tu debeas magis amare robertum quam te ipsum. Sed dictabit quod robertus debeat magis amare se quam tu te. Concedam ergo patrem magis amandum esse quam filium. quia supponitur esse melior. Sed non sequitur ergo est magis amandus a filio. ymmo pater magis amabit se ipsum quam filius se ipsum. scilicet rectam rationem vel extraneus utique magis amabit patrem quam filium. Rationes etiam que fuerunt adducte in principio questionis probant bene quod pater magis amat filium quam contra etiam amore humano scilicet in recta ratione fundato. Rationes vero ad oppositum satis solute fuerunt in 12ª questione vel etiam solui possunt ex hiis que nunc dicta sunt etc. Et sic patet questio presens.

Queritur quartodecimo. Utrum matres magis

ament filios quam patres. Arguitur quod non quia dictum fuit in 12ª questione quod amare perfecta amicitia magis convenit excellentiori quam defectiori. et hoc est rationabile. quia virtus amicitie magis est in amare quam in amari ut dicit aristoteles. ideo amare magis convenit virtuosioribus. Sed patres sunt excellentiores et virtuosiores. ergo patris est magis amare filium quam matris. Item pater in generatione filii se habet per modum activi et mater per modum passivi. unde 5° metaphisice dicit commentator primo quod pater est tamquam agens et mater tamquam materia. Unde pater dat filium matri. mater non sibi recipit filium a patre. Sed appetitus sive amor materie seu passivi in quantum tale est propter indigentiam et ad recipiendum. Appetitus autem activi est ratione perfectionis et ad largiendum. Modo dictum fuit prius quod verus et perfectus amor non est propter indigentiam. sed propter perfectionem. Nec ad benepatiendum principaliter sed ad benefaciendum ergo patris est magis amare perfecto amore quam matris. Item quia agens est dare formam materie ad sui similitudinem manifestum est quod filius habet principaliter

a patre formam et materiam magis a matre et sic filius est magis aliquid ipsius patris scilicet partem principaliorem immo parentes diligunt filios ut sui ipsorum aliquid existentes ut dicit aristoteles, ergo magis debet amare quam matres vel ratione formetur sic. Ab illo filius debet magis amari a quo habet principaliter partem magis amabilem sed a patre filius habet partem magis amabilem scilicet formam ergo etc. Item ille amor qui est constantior videtur esse maior, sed amor patris constantior est quam matris. tum quia viri debent esse constantiores mulieribus. tum quia sicut dicit Albertus quod est in filio a patre est forma vel partes formales que manent; Quod autem est in filio a matre est materia sive partes materiales que fluunt et refluunt ut dicitur primo de generatione, ergo patris est amare constantius et magis. Item cum ad amicitiam spectet amantem readamari videtur quod ille magis debet amare filium quem filius magis amat. Sed filius scilicet e contrario magis amat patrem quam matrem tum quia pater cum sit excellentior est amabilior tum quia filius maius bonum habet a patre quam a matre quia perfectionem vel partem formalem ut dictum fuit. Oppositum dicit aristoteles expresse. Et arguitur rationibus suis. quia amor longitudine temporis et continuitate quietus intendit et confirmatur matres autem longiori et magis continuo tempore conviunt cum filiis quam patres ergo etc. Item certitudo iudicii de re amabili acuit et confirmat amorem sed matres certius sciunt quod filii sunt sui quam patres. ergo etc. Item magis amamus quod cum maiori labore acquirimus quod enim pluri emptum est pluris preciosum reputamus propter hoc dicitur 4° huius quod communiter liberales non sunt qui proprio labore pecunias acquisiverunt. Sed qui eas susceperunt vel susceperunt a predecessoribus suis pecuniam minus amant eas propter laboriosam acquisitionem sed matres magis laborant et laboraverunt circa filios et in partu et alias etc. Item qui proximior est filio debet magis amare filium naturali amore, sed mater videtur proximior filio quia filium interius portat in utero et proprio sanguine et proprio lacte nutrit eum. Item quod est naturale habet ubique et in omnibus eandem potentiam. verbi gratia ignis hic et in persis ardet ut dicitur 5° huius. Sed in complunbus animalibus videmus quod a natura femine plurimum diligunt filios suos, masculi autem nichil aut parum verbi gratia In canibus in equis, in gallis et gallinis, ergo magis per naturam femelle omnibus magis amant filios suos quam mares, quod ex hoc etiam confirmatur quia circa eos maiorem sollicitudinem apponunt et in generatione et in educatione, et in nutritione. Item per experientiam videmus in humana specie numquam vel valde raro filios sine educatione dimittere quantumcumque fuerint necessitate coacte patres autem sepe si pauperes fuerint videmus et filios et matres derelinquere et recedere et maxime si non fuerint coniugati, ymmo totaliter denegare filios, ne cogantur eos nutrire, ergo videtur quod natura magis determinat matres ad amandum quam patres. Ad istam questionem multi responderunt sicut et Albertus velle videtur quod matres ferventius diligunt patres autem constantius. et ita uterque magis diligit sed aliter et aliter. Et sic dicunt rationes hinc inde procedere vias suas. Sed hec solutio sufficiens non videtur. forte quia rationes alique, videlicet ultime due non solum videntur arguere maiorem in matre fervorem amicitie quam in patre sed etiam et maiorem constantiam. Et aristoteles in duobus locis scilicet in isto octavo et in nono dicit simpliciter sine distinctione matres magis filios diligere, quod non videtur dixisse si sic esset distinguendum. Videtur ergo michi quod patris aut matris ad filios potest esse amor duplex. scilicet naturalis inductus eis absque consuetudine, et consuetudinalis scilicet acquisitus per consuetudinalem coniunctam. Et horum amorum distinctio multum apparet in brutis in quibus videmus non ex longiori tempore fieri maiorem amicitiam matris ad filios, sed magis amicitie dissolutionem fieri

cum filii fuerint ex se sufficientes querere nutrimentum et omnino cum supervenerint novi filii. Immo et hoc etiam
videtur in mulieribus sepe contingere, scilicet quod semper habent ad novos filios postremos maiorem amicitiam. Videtur
ergo michi quod hac naturali amicitia matres diligunt filios et ferventius quam patres et constantius, quia natura
agens propter finem facit semper res in dispositionibus melioribus et convenientioribus fini si non fuerit impe
dita non habundans in superfluis neque deficiens in necessariis. Amor autem matris ad filios est omnino
necessarius ad eorum nutritionem et educationem non solum amor remissus vel levis transitus, sed amor
intensus valde et constans propter magnum et multiplicem laborem et continuum contingentem in nutritione
et educatione filiorum, quem mater non substineret ex levi amore, tantus autem labor et ita continuus
patris circa filios non est necessarius. Ideo neque tantus amor patris ad matrem. Ergo ferventior et constantior
debet esse naturalis amicitia matris ad filios quam patris saltem donec filii fuerint enutriti. Et videtur
michi quod experientia multum docet constantiam amoris matris ad filium in humana specie, quia
numquam videmus eam propter quascumque filii malicias ipsum derelinquere, sed sepe ei subvenire patre nes
ciente et nolente. Item etiam amore consuetudinali corroborante amorem naturalem mater videtur
magis amare filium quam pater saltem in toto tempore infantie et puericie, quia convivit ei magis et ma
gis continue. Tamen rationabiliter credendum est quod filius cum pervenerit ad etatem tendens naturaliter
ad altiores actiones et extra domum incipit sequi patrem magis quam matrem, et tunc incipit crescere
vel cessat in patre amor consuetudinalis et diminuitur in matre et propter hoc etiam amor naturalis
in patre amore illo consuetudinali superveniente acuitur et in matre hebetatur. Debet et concedi amor
patris ad filios debet esse melior et nobilior quam amor matris, quia amor patris ordinatur
magis introductionem filiorum in moribus et actionibus excellentioribus. Amor autem matris ordina
tur naturaliter ad corporis nutritionem et necessitatem. Et hoc est valde rationabile. Pater enim cum sit
melior et excellentior matre debet esse principium nobiliorum actionum. Et etiam quia filius qui habet animam
a patre et corpus a matre rationabile est quod amor matris ordinetur ad perfectionem corporis et amor
patris ad perfectionem anime. Modo ille amor est melior et nobilior qui ad meliorem et nobiliorem
finem ordinatur. Si ergo per magis amare intendimus idem quod amare amore intensiori credendum
est quod matres magis amant. Sed si per magis amare volumus intendere idem quod amare amore meliori
credendum erit quod patres magis amant. Et per predicta forte solveretur alia questio possibilis fieri, scilicet
utrum filii magis amant patres quam matres vel contra. Credo enim quod amor filiorum ad parentes fundatur
naturaliter super indigentiam, et est ad patiendum magis quam benefaciendum. Item filii naturaliter ma
gis debent illum diligere quo magis indigent et a quo magis bene patiuntur. Modo autem filii magis
indigent matribus a principio quia primum oportet corpus nutriri et perfici quod est officium matris. Ergo
magis diligunt matres a principio. Sed perfecto corpore credo quod naturaliter magis amare debent
patres quia tunc indigent anime perfectione, acquirere excellentiores exercere actiones que oportet fieri per
auxilium et doctrinam patris ideo etc. Ad rationes tunc respondendum est. Ad primam et secundam dicendum
est quod ipse bene arguunt quod amor patris sit melior et nobilior, sed non omnino quod sit intensior.
Ad aliam dicendum est quod licet simpliciter loquendo filius magis sit a patre quam a matre tamen in principio
etatis id quod est a matre, scilicet corpus, indiget perfici magis quam id quod est a patre. Propter quod tunc magis amat
filium quam pater et filius magis matrem quam patrem ut dictum est. Et eodem modo predicta formatio

istius rationis. Ad aliam potest dici quod amor consuetudinalis patris est constantior quam esset amor consuetudinalis matris si circumscriberetur amor naturalis, tamen ex necessitatibus propter finem natura fecit in matre amorem fortiorem et constantiorem. Ad ultimam dicendum sunt quando filii amant patres aut matres. Rationes autem ad oppositum bene arguunt quod amor naturalis sit intensior immo etiam amor consuetudinalis in principio tamen etatis etc. Et sic patet questio.

Decimo octavo queritur. Utrum viri et uxoris sit amicitia secundum naturam. Arguitur quod non quia viri et uxoris amicitia est determinata huius ad hanc et econtra non cuiuslibet ad quamlibet indifferenter. Sed secundum naturam robinus non est magis determinatus ad marotam quam ad quamlibet aliam. Nec marota ad robinum quam ad quemlibet alium, ergo illa amicitia sic determinans hunc ad illam non est naturalis. Item homo natura civile animal est et coitativum ut ostendit primo rethorice. Ergo videtur non secundum naturam quod unus debeat se determinare ad unam et maxime quia naturale est per quod maxime finis naturalis attingitur. Sed multiplicatio que est finis naturalis maxime attingeretur si non determinaret se ad unam, quia unus vir possit fecundare plures mulieres sicut unus gallus plures gallinas et unus taurus plures vaccas. Ergo sicut prius concluditur quod amicitia determinans hunc ad illam non est naturalis. Item hoc non potest esse per naturam generis quia videmus in pluribus speciebus animalium unum marem se non determinare ad unam femellam ut in canibus, in porcis, in columbis, in gallis et sic de multis aliis. Nec istud videtur esse per naturam speciei cum inter cetera animalia homo maxime sit animal coitativum. Item religiosi peccarent vovendo castitatem, quia agerent contra naturam et nihil est bonum eorum que sunt preter naturam. Quod a voluntate libere eligitur. Sed quod robinus amore coniugali amet marotam magis quam aliam est ex libertate voluntatis. Unde videmus sepe fieri contractus mere voluntarios inter partes antequam hec det in uxorem ergo etc. Item coniugium fit aliter et aliter secundum diversas leges etiam in aliquibus legibus unus non determinatur ad unam. Sed naturale ubique eandem habet potentiam et ubique fit similiter ut dicitur quinto huius. Ergo coniugium non est naturale neque per consequens amicitia coniugalis. Etiam quia neque quelibet uxor amat virum suum. Item argumento platonis prout recitat secundo politice arguitur sic. Quod est melius civitati hoc est secundum naturam, cum nihil horum que preter naturam sit bonum. Sed plato ait melius esse civitatibus quod omnes mulieres sint omnibus viris communes quam quod appropriantur. Propter hoc civitas esset magis una seu magis uniformis et sic essent in ea controversie minores. Propter proprium enim et divisum bellant omnes. Esset etiam maior amicitia inter cives quia quilibet vir quemlibet puerum amaret tamquam filium, et omnes amarent se tamquam fratres ergo etc. Oppositum dicit aristoteles. Visum fuit in secunda questione secundi libri quomodo naturale sive secundum naturam multis modis accipitur, de quibus modis apparet statim quid in proposito sit dicendum. Constat enim viro et uxori non esse amicitiam casualiter neque per violentiam neque per artem, neque supernaturaliter, ergo est eis secundum naturam prout natura distinguitur contra casuale vel contra violentum vel contra artificiale vel contra supernaturale. Sed potest dici quod eis non est amicitia secundum naturam prout naturale distinguitur contra animale seu voluntarium, cum ipsa non fiat in appetitu nisi mediante cognitione. Item nec est secundum naturam prout naturale distinguitur contra accidentale seu contingens, quia non est de necessitate quod uxor amat virum. Contingit enim aliquas odire viros suos. Constat etiam si naturale alicui dicatur id quod est conveniens sibi prout

naturale diſtingunt̄ 9tra diſ9ueniens. q᷑ uiro et uxori ē amicicia naturalis q᷑ 9ueniēs ē eos 9ueni
re ꝑ uitam ut uidebit̄ tales aūt ualde 9ueniēs ē amare ſe ad inuicē. Sʒ adhuc forte preť mo᷑
predictos dr̄ aliq͛d aliqu in exiſtere ſecdm̄ naturā ex eo q᷑ natura ipʒ ad hoc inclinat ul̄ etiā
determinat ſi nō fuerit impedita. et ſine dubio tale ē finis vni9cui9qʒ ſꝑ eīʒ natā agit ꝑꝑ finē
et ad finem debitū vnicuiqʒ inclinat et determinat ut patet 2° phyſicoꝝ. Et quia finis vni9
cui9qʒ ē ei9 bonū ⁊ omē qd̄ ē bonū alicui ē ſibi 9ueniens. ideo manifeſtū ē q᷑ iſte mo9 ē idem
priori / uel ſibi ꝓpinquis // Et iterū ſi natura inclinat ad finē oportet etiā q᷑ inclinet ad me
dia ꝑ que finis ille pot̄ acquiri et ſaluari. Ideo etiā talia media dicunt̄ exiſtere ſcdʒ naturam
Et credo qd̄ de iſto mō capiendi ſcdm̄ naturam intendit ariſ. qd̄ uiro et vxori ſit amicicia
ſecdm̄ naturam. Ad aui9 audētiaʒ ē ſciendum qd̄ duplex pot̄ eſſe finis mulieris aut uiri
qn̄tuʒ ſpectat ad preſens. Vnus finis ē filioꝝ ꝓcreatio. Alter ē ſufficientia ad beneuiuere. Et
iſti fines 9ueniūt eis ſecdm̄ duplicē ipoꝝ 9ſiderationē. Vir eīʒ & mulier 9ſiderari vno mō
in qn̄tum ꝑfecti ſunt in humana natura. Alio mō ſcʒ qd̄ vnuſquiſqʒ multis indiget ad be
ne uiuēduʒ. Modo finis ꝑfecti in qn̄tum ē ꝑfectuʒ ē largiri aliis ꝑfectioēs et eſſe. Ideo uiro
et mulieri ſecdm̄ ꝑfectionē eoꝝ in humana natura finis ē filioꝝ ꝓcreatio et nutritio / et totalit̄
eoꝝ ductio ad ꝑfectionem. ſʒ nature indigentis ſecdm̄ qd̄ ē indigens finis ē et bonū / id
ꝑ qd̄ ſupletur eius indigentia .ſ. ꝑ qd̄ ipā ſit ſufficiens. Ideo finis uiri et mulieris ſcʒ qd̄
ſunt nature multiplicit̄ indigentis eſt ſufficiētia ad uiuere et ad beneuiuere // Ipſis uiſis
dico ē primo quod cohabitatio uiri & mulieris ē naturalis. q᷑ ꝑ hec et nō alit̄ finis eoꝝ q͛
eſt ꝓlis ꝓcreatio attingit̄ / tale aūt ꝑ qd̄ vni9cui9qʒ finis attingit̄ ē vnicuiqʒ naturale ſic
dictuʒ ſuit // Item cum natura nō min9 debeat eē ſolicita de ſpeciebȝ ꝑfectioribȝ quā de i
ꝑfectioribȝ / et tn̄ natā ad ſpecies brutoꝝ ꝑꝑetuandas inclinat maſculuʒ et femellam ad
9iunctionē g̃. et ipā natura ad hec inclinabit in humana ſpecie. Scdō dico qd̄ inſolubili
tas 9iugii in humana ſpecie ē naturalis. primo ꝑꝑ ꝓlem que indiget diutiſſima educatione
& doctrina / ad que uir ſine muliere non ſufficeret neqʒ mulier ſine uiro // Scdo ꝑꝑ ſuffi
cientiam ad beneuiuere / quia ſicut dicit ariſ. Confeſtīʒ diuiſa ſūt opa et ſūt altera uiri
et uxoris ſicut uideri debet in yconom. ꝑꝑ qd̄ neut̄ ꝑ ſe eēt ſufficiēs ad bene uiuere. Sufficiunt
aūt ad eōe ponētes ꝓpria // Item. Aliter bonū dom̄ nō ſaluaret̄. diuicie naqʒ nō 9gre
garent̄. ſʒ poci9 diſſiparent̄ dum quilibʒ ꝑ ſorte ſua augmētanda ſubtraheret alteri quantū
poſſ. // 3° dico q᷑ aſſociacio uiri et uxoris .ſ. qd̄ vnic9 unice 9iugat̄ ē naturalis. nō quidē
ꝓ ōē genera / cū in multis aialibȝ uideant̄ plures femelle ſequi unū marē. ſʒ ꝓ ōē ſpecie
quia ſi erūt plures uiri ad unā mulierē incertuʒ eēt cui9 eēt ꝓles ꝑꝑ qd̄ ꝑiret ſollicitudo
requiſita ad nutrimentū ꝓlis et doctrinaʒ. Et quia un9 ſufficit ad fecundandū vnam
mulierē. In ſupfluus aūt habundare ē naturale. ymo ſicut dicit albert9 multitudo uiroꝝ
impediret impregnatioēʒ / quia ꝑꝑ frequētēʒ coituʒ matrix lubricaret̄ / et nō poſſ bn̄ reti
nere ſemen ſuſceptuʒ. Si aūt eſſent vni uiro plures mulieres nō ſufficeret ad eas ⁊ ꝓles
eaꝝ vni9 ſollicitudo. et eēt ſepe int̄ plures mulieres rixa in domo et ſic periret bonum
domeſticum. ꝑꝑt̄ qd̄ uidem9 in brutis vnicū eē maſculuʒ unice femelle ubi femella

non ē ſufficiens nutrire et educare plures. Nec eorum ſeparationē uidemus fieri donec proles fuerit
ad complementum perducta tanquam exiſtente ſcdm naturā in talibus appriatione et inſeparabilitate maſ
culi et femelle // Ex dictis concludi pot qd uiro et uxori ſit amicicia ſcdm naturā quia non
ē poſſibile perſonam perſone bene conuiuere et appriari ad totam uitam ſine amicicia // Item uiri et
uxoris ad filios ē naturalit amicicia et contra ſicut dictum fuit prius. Ad hoc at conſequit qd
ipſorum ad inuicē debeat eē amicicia, quia necē ē amare et amicorum amicos, et amatores quos ipſi
diligunt et dilectos a dilectis ſibi ut dr 2o rethorice. Et iſtam rōnem ars. in iſto octauo notat
cum dicit Coniunctio at .i. confirmatio talis amicicie .ſ. uiri et uxoris filij uidet eē pp qd et ſte
riles diſſoluunt. filij enim cōe bonum ambobus. continet at cōe // Sed dubitari pot quis illorum
magis amat an uir uxorē uel uxor uirum. Ad qd ſcdm prius determinata uidet eē dicendū
quod uir magis amat uxorē et amore nobiliori quia uir ad uxorē ē ſicut excedens ad exceſſum
ſicut perfectum ad imperfectum, ſicut dans ad recipientem et benefactor ad beneficiatum. Vir enim
prolem dat uxori, et uxor eam recipit a uiro Modo dictum fuit prius quod ille amor ē uerior et
melior et nobilior qui ē ad benefaciendum et qui fundat in perfectione quam ille qui ē ad bene
recipiendum et qui fundat ſup indigenciam // Ad rationes reſpondendum ē Ad primam dici poteſt
qd nō ē naturale qd robinus determinat ſe ad marotam potius quam ad hanotam ſi naturale ē qd
determinet ſe ad aliquā et accidit uel ē mere uoluntarium que ſit illa // Ad aliā concedendū
ē qd hō naturaliter ē aial conīcatiuum ſz nō ad omēs et quantum ad oīa ſz quantum ad quos et quan
tum ad que expediens ē conīcare ad attingendum fines uite humane. Et ſi unus poſſet
plures fecundare, tn aliud obeſt .ſ. quod pater nō ſufficeret ad ſollicitudinē circa omēs ut de
cebat. Nec ē ſilē de uacas et gallinis eo quod in talibus femelle poſſunt prolem enutrire ſine
adiutorio maſculorum // Ad aliā dcm̄ ē iam quod hō maxime ē aial conīcatiuum ſz nō quantum
ad omnia. Ad aliam ſolutū fuit in fine penultime quōis tercij libri // Ad aliā conceſſum ē
illā amiciciā eſſe uoluntariā. Sz tn natura ad eā declinat et ad appriationē unius ad
unum licet nō magis ad hanc quam ad illam ſicut dictum fuit // Ad aliā dicendum ē quod ubique ē
idem modus coniunctionis uiri et uxoris quantum ad ſubſtanciam coniugij et quantum ad determinationem
unius ad unam et quantum ad diſſolubilitatem niſi diuerſitas contingat ex praua conſuetudine
patrie ſicut in lege machometi, uel ex prauitate doctrine uel conſuetudinis aut nature per
ſonarum. Verum tn quod ſollempnitates in coniunctione fiunt aliter et aliter apud diuerſas ſcdm diuerſas
inſtitutiones mere uoluntarias diuerſarum legum uel patriarum. Ad aliā reſpondet ars.
ſufficient 2o polit. Non enim eſt bonū ciuitatem eſſe maxime unam. Oportet enim domū
magis eē unam, et oz in ciuitate non omēs eſſe clericos. Quis enim faceret ſotulares
et pannos et alia plurima quibus quā plurimū diuerſis et per eoſdē fieri non poſſibilibus
indiget Ciuitas ad ſalutem. Nec ē uerum qd omēs uiri amabunt omēs pueros tā
quā filios immo nullos ſic amabunt, quia ignorabunt qui ſunt ſui aut nō. Nec erit
pueris ſufficiens ſollicitudo quia ſicut dicit 2o politice. Minime cura ſortit qd pluri
morum ē cōe. De proprijs enim maxime curant de cōibus at minus quā quantum unicui
que attinet etc. Vide locum illum ſi uolueris etc. Et ſic patet Queſtio.

Ecimo nono queritur Utrum in amicitia propter utile solum vel maxime fiant accusationes et querelle. Arguitur quod non, quia amicitia parentum ad filios non est propter utile. Est enim ad largiendum non ad recipiendum sicut dicebat prius. amicitia vero filiorum ad parentes est magis proprie propter utile. scilicet ad recipiendum et tamen parentes sepissime filios accusant apponentes obiurgationes et aliquando penas et punitiones, filii autem neque sic accusant parentes neque sic hoc eis deceret. Item amicitia amasiorum non est propter utile sed propter delectabile, et tamen in ea sepissime fiunt accusationes et querelle, ymo quasi semper. Item non minus inter malos contingit esse amicitiam propter delectabile quam propter utile sed semper mali sunt accusandi igitur etc. Item opposita sunt nata fieri circa idem sed circa amicitiam propter honestum fiunt collaudationes igitur circa eam contingit fieri vituperia et accusationes. Oppositum dicit Aristoteles in hiis verbis. fiunt autem accusationes et querele in ea que secundum utile amicitia vel sola vel maxime rationabiliter. Aristoteles enim sufficienter determinat istam questionem. primo enim dicendum est quod in amicitia propter honestum numquam fiunt accusationes aut querele quia accusationes et querele non cadunt inter amicos nisi quando appetit unus quod alter non amat ipsum vel non sibi benefacit quantum desiderat vel quantum putat hoc debere fieri. Sed in amicitia propter honestum uterque facit alteri quantum ille desiderat quia in questione dictum fuit utrumque amicorum hac amicitia esse virtuosum. virtuosi autem faciunt quecumque secundum rectam rationem oportet facere et quando et ubi et quomodo et ad quos oportet facere, nec aliqua alia vel aliter vellent sibi fieri. igitur amici virtuosi faciunt sibi adinvicem quecumque et quomodocumque uterque desiderat vel putat esse faciendum. Item amicus propter honestum cum sit vere bonus nichil peteret ab amico inhonestum, et alter promptus esset facere quod honeste fieri possit. igitur nulla est ibi occasio accusationis vel querele. Secundo dicendum est quod in amicitia propter utile prout ipsa distinguitur ab amicitia propter honestum nate sunt sepe fieri accusationes et querele, quia homo conqueritur si non fiat sibi quod appetit et quo indiget: et accusat alterum si non fecerit id quod credit illum debere facere. Sed amicus propter utile non facit alteri quantum ille appetit nec quantum indiget vel quantum credit sibi debere fieri igitur etc. Minor statim apparet quia amici propter utile semper intendunt lucrum et hoc credunt ab amico sibi fieri, quia ob hoc amat eum et sic uterque talium amicorum appetit ab amico plus recipere et minus facere, et credit ita debere fieri. igitur neuter vult facere quod alter appetit et credit debere fieri. Item tales amici communiter sunt cupidi aut omnino avari. tales autem numquam credunt satisfactum esse eis et semper credunt minus fecisse propter quod conqueruntur et alios accusant. 3° dicendum est quod etiam in amicitia propter delectabile contingere possunt accusationes et querele propter hoc quod delectationes sensuales transitorie sunt, et cito vertuntur in tedium. propter quod contingit aliquando alterum amicorum volente delectari alterum esse attediatum et non velle vel non posse delectare illum. et ita non fit illi quod appetit et quod credebat sibi debere fieri. 4° dicendum est quod multo magis habent locum accusationes et querele in amicitia propter delectabile. primo quia utilia sunt nobis magis necessaria quam delectationes sensuales in tantum quod non habitis utilibus cessaret delectationes. ideo appetitus noster fortius in utilia. Nos quanto aliquid magis appetimus tanto magis conquerimur si non optinemus. Secundo quia si amicus propter delectabile non prebeat nobis delectationem desideratam magis possumus appetitum nostrum remediare quam si amicus propter utile non prebeat nobis utilitatem affectatam, quia si querimus delectari et amicus delectet nos bene est. Si non tristis existens vel attediatus non delectaret

nos possumus ab eo ipso uolente recedere et querere alios delectantes qui plurimi faciliter inue-
niuntur uel etiam sine detrimento possumus a delectationibus quesitis per tempore modico abstinere. Sic
autem non est in amicitia propter utile quia si amicus non prebeat nobis utilitatem quesitam et speratam
difficile uel impossibile est alium inuenire uolentem eam nobis prebere. Modo certe sicut dicit aristoteles
Ridiculus uidetur accusans si faciliter possit in sperato uel desiderato remedium apponere. 3o
quia in amicitia propter delectabile ut contingit amicus in actu suo proprio delectat amicum et de-
lectatur et sic uterque adipiscendo quod desiderat tribuit alteri quod affectat, quibus factis
nullum habet locum accusatio uel querela. Unde in hac proprietate hec amicitia maxime conuenit
cum amicitia uirtuosa. Sed in amicitia propter utile contingit contrarium quia ut communiter amicus non
eodem actu neque simul lucratur et replet indigentiam amici ymo magis subueniendo
amico minuitur in hiis in quibus appetit et intendit augeri. Et hoc est natum generare que-
rimonias et accusationes. quoniam in hoc hec amicitia ualde contraria uirtuose. Sed tamen oportet
notare sicut dictum fuit in sexta questione quod aliquando contingit amicos propter utile consequi eodem com-
muni actu, et simul utilitatem desideratam quam nullus eorum separatim posset consequi sicut illic exem-
plificabatur de commilitibus et nauigantibus de commercatoribus et aliis huiusmodi. Et in talibus
locum non habet tercia ratio prout nunc inductum fuit nisi dicamus quod adhuc inter tales
amicos propter utile et amicos propter delectabile hoc interest quod in utilibus illi actus quibus commune
lucrum acquiritur sunt tristes et duri propter quod uniusquisque sciens quod fecit et non quod alter fecit
putat se plus laborasse et alterum minus et propter consequens credit plus lucri sibi deberi. Et sic iterum
fiunt accusationes controuersie et querele. In delectabilibus autem quia actus sunt agenti
delectabiles qui plus agit plus optinere putat eius quod appetit. et ita non conqueritur nec
alium potest accusare quam se ipsum. Notandum est etiam quod ubi sunt inter amicos amicitie diuersorum
generum puta quod hic amat propter delectabile et ille propter utile contingunt ualde rationabiliter
accusationes et querele. Verbi gratia inter diuitem et pauperem ioculatorem uel inter senem lux-
uriosum et turpem et iuuenculam pauperem et lasciuam, quia neuter in hoc quod alteri tribuit
delectatur sed in eo solo quod recipit. et sic uterque plus dedisse putat quam recepisse. et quia quod
nocet minimum semper esse putamus et quod delectat semper iudicamus esse modicum propter quod consequuntur accu-
sationes et querele. Ad primam rationem dicendum est quod parentum ad filios nec proprie sunt accusationes sed
potius excusationes propter ignorantiam iuuentutis. Nec sunt ad eos punitiones sed castigationes
Differunt enim punitio et castigatio sicut dicitur primo rethorice. Castigatio quidem enim patientis gratia
est, punitio autem facientis ut satietur. pater igitur non proprie accusat filium neque punit, sed reprehendit eum et
castigat ad docendum. Ad aliam concedendum est quod inter amasios amore heroos cadunt sepe
ualde accusationes et querele. Sed hec non est ea ratione qua talis amicitia est circa delectabile
ymo hoc ei prouenit ex proprietate sue speciei sed neuter amasiorum potest uelle quod alter amet nisi
ipsum solum et semper timet de opposito propter multotiens et faciliter accidere oppositum et propter conuenire
sepe et conuersari cum aliis delectabiliter et iocose sicut oportet fieri. Conceditur igitur quod in hac ami-
citia specialiter antequam fuerit confirmata cadunt accusationes et querele, non ratione generis ami-
citie sed ratione proprietatis talis speciei. Alie due rationes probant quod in amicitia propter delectabile

poſſunt accuſationes ɔtinge. Sȝ nō ꝓbant ꝙ eqȝ ſicut in amicicia ꝑ utile. Cetera eciȝ nō ſunt pa
ria ſicut uiſum fuit. Ad ultimā pōt dici ꝙ aliquā ſubiectuȝ determinat ſibi alteꝝ oppoſitoꝝ ut
ignis caliditatē ⁊ tunc alteꝝ oppoᵐ non pōt ſibi ineſſe. Modo amicicia ꝑ honeſtū deter
minat ſibi laudē quia ē uirtꝰ vel nō ſine uirtute ē. Vel dōm ē qd ſicut par uel impar ſunt
circa nūȝ in genere nō circa eūdeȝ nūm in ſpecie Ita laudes et uituꝑia ſunt in genere
circa uoluntarias paſſiones hītꝰ uel oꝑationes. Sȝ nō circa eaſdeȝ ī ſpecie moꝝ Et ſic
ē finis queſtionis

Via per condignas exhibiciones et retribuciones ſaluatur
amicicia pōt queri de retribucionibꝰ. et ſic queſtio 2ᵃ. vtꝝ omī benefactori
ſit retribuēduȝ. Arguit qd nō quia impoſſibile fieri nō ē faciēduȝ. quȝ aūt beneficiatꝰ nō
ē potens retribuere, ḡ tunc nō ē retribuēduȝ. Item poſſibile ē benefactorē fieri in aliū malo
aut nō ē retribuēduȝ ꝓbō quia nō ē alicui faciēduȝ ꝑ qd efficeret uel ꝑ qd malicia eiꝰ auge
ret. Nā ut dicit arēs 9° huiꝰ magis adiuuāduȝ ē ad moreȝ ꝙ ad ſubſtanciā. Sȝ Seneca
ꝑmo de beneficijs. Si potero maluȝ a malicia reuocabo. Si nō potero nō adiuuabo ſcelꝰ
Sȝ ſi malo retribueremꝰ ſiue retribueret malicia eiꝰ inde augeret. qꝛ eciȝ mali ſingulis
vtunt male quāto ſunt potēciores tanto ſunt peioreſ. Seuiſſima eciȝ ē iniuſticia hēns ar
ma ꝑmo politice ḡ tali nō ē retribuēduȝ. Iteȝ hoc nō ē faciēduȝ ꝙ grauat facientē ⁊ nō
iuuat recipientem Sȝ poſſibile ē ꝙ retribucio grauaret beneficiatuȝ ymo magis adhuc
indigeret qd daret ſibi, et poſſibile ē ꝙ nō iuuaret benefactorē qꝛ forte nō indiget quo
aūt nō indiget illud ſibi retribuere nō iuuaret euȝ ḡ illi nō ē retribuēduȝ. Itē beneficiū
ē donuȝ ſȝ nō oportet retribuere donuȝ vel reddere donuȝ qꝛ tunc nō differet donū a
mutuo ḡ ꝛc. Iteȝ ſi eēt retribuēduȝ ſequeret ꝙ benefactor deberet excitare beneficiatū
ad retribuēduȝ. quod ē falſuȝ ḡ ⁊ anᵃ. aña ꝓbat, quia rationabile eſt et meritoriū excitare
hoīes ad benefaciēduȝ. Modo ſi recta ratio dictat eē retribuēduȝ retribuere ē benefacere
⁊ nō retribuere ē peccare ḡ rōnabile eēt excitare beneficiatuȝ ad retribuēduȝ. Sȝ falſitas
ɔſequentis apparet auctoritate. Senece de beneficijs dicentis. Qui dedit beneficiū taceat. Et
auctoritate ariſtotilis q²to huiꝰ dicentis, ꝙ liberalis citiꝰ debet eē benefactor nō utiqȝ erit
pemtiuus et omēs morales in hoc ɔcordant. Iteȝ aliqui benefaciūt eo ſolo qd in ſic faci
endo lucrantur nichil intendentes alijs benefacere niſi ſui ipoꝝ grā. Talibꝰ aūt nō opȝ
retribuere tuȝ quia operi ſuo lucꝝ qd ē merces laboris ɔiunctuȝ ē, tuȝ quia ſimul lucꝝ hent
a nobis ſicut nos ab ipīs: tum quia tales ſicut benefaciūt illis ita malefacerent eis ſi hoc cred
rent ſibi eē vtile quia nō niſi ꝑ vtilitatē ꝓpriaȝ intendunt. tales eciȝ ſe hnt ad illos qbꝰ
benefaciūt ſicut diues homo ad porcos ſuos quibȝ benefacit impinguando eciā ſicut pin
gues mactat eos. Sicut ḡ porci ſi haberent rōneȝ nō tenerent ad retributionē ſȝ potiꝰ
deberent fugere a dnō. Ita nec talibȝ ē retribuēduȝ. Iteȝ ſi omī benefactori eēt retribue
duȝ hoc eēt quia retribuere ē opꝰ bonū. Quero ḡ an ſit opꝰ ex ſe ipō bonū aut bonū
rōe circūſtanciaꝝ. Si ſit non ex ſe bonū ſȝ rōe circūſtanciaꝝ tunc nō oȝ omī benefactori
retribuere, quia poſſunt deficere circūſtancie. Si nō retribuere ſit opꝰ ex ſe bonū ſeqret

quod sit retribuendum quam cito fuerit possibile. Non enim tardandum est ad beneoperandum. Sed istud consequens est falsum, scilicet quod cito sit retribuendum, quia dicit Seneca 4° de beneficiis: Qui festinat utique reddere non habet animum grati hominis sed debitoris. Et breviter dicamus quod nimis cito cupit solvere debet invitus, et qui invitus debet ingratus est. Et iterum ex hoc statim concluditur quod non sit omni benefactori retribuendum quia aliquando est tardandum ut nunc dictum est. Et possibile est interim benefactorem mori et sic non poterit fieri retributio. Ergo in isto casu non fuit retribuendum. Item si oportet omni benefactori retribuere sequeretur quod aliud esset optandum sine quo non esset locus retribuendi. Sed si benefactor singulis bonis habundaret et nullo indigeret non esset retribuendum. Ergo deberemus optare aliquid evenire adversi nostris benefactoribus ut esset locus retribuendi et debitum solvendi quod non est concedendum. Ergo etc. // Oppositum arguitur per Aristotilem dicentem: potentia ante retribuendum secundum dignitatem eorum que passus est. Et si non possit secundum dignitatem eorum que passus est, tamen retribuendum est ad possibile. Nam sicut dicit Aristoteles, possibile amicitia requirit. Item ea debent fieri inter amicos per que amicitia salvatur. Sed amicitia per condignas retributiones salvatur ut vult Aristoteles. Ergo etc. // Item 5° huius: Refamulari enim oportet ei qui gratiam fecit. Item hoc est evitandum quod inducat servitutem. Nam secundum Aristotilem 5° huius servitus videtur esse si non contrafaciat. Item oportet esse gratum et non ingratum. Gratorum autem est retribuere et non retribuere ingratorum. Ergo oportet retribuere. // Sciendum est sicut dictum fuit in 9a questione huius octavi quod multum differt bonum facere et benefacere, et ideo differt bonifactor et benefactor. Est enim aliquando bonifactor non bona sed mala intentione. Benefactor autem non si non faciat bona mente sicut dictum fuit alibi. // Dicendum est ergo statim quod non omni oportet retribuere qui bonum facit. Hoc enim Seneca per plures instantias declarat sufficienter 5° de beneficiis ubi capiendo beneficium non proprie sed pro bonifactione dicit sic: Multa sunt propter que beneficium sine retributione debere desinimus non quia ablatum sed quia corruptum est. Aliquis reum me deffendit, sed uxorem meam stupro violavit, non abstulit beneficium sed opponendo illi parem iniuriam solvit me debito. Aliquis michi pecuniam credidit, sed domum meam incendit. Pensatum est creditum dampno. Nec reddidi nec tamen debeo. Sepe in quantum beneficium manet nec debetur, si sequuta est dantem penitentia, si miserum se dicit quod dedisset, si cum daret conspiravit vultum abduxit, perdere se credidit non dare, si sua causa vel certe non mea dedit, si non desiit insultare gloriari et ubique iactare et acerbum munus suum facere. Manet beneficium quamvis non debeatur. // Et ista dicta Senece sine dubio sunt vera quo ad primum casum quo quis scilicet opponit beneficio parem iniuriam vel maiorem. Et ad illum casum forte reducitur casus ultimus quo quis cum dederit non desinit insultare. Talis enim forte maiorem facit iniuriam recipienti quam illud valeat quod recepit. Satis etiam concederem non esse obligatum ei qui non mea sed solum sua causa profuit sicut prius arguebatur. Sed nec ei qui perdere se credidit. Talis enim nichil amavit, nullum bonum voluit illi cui dedit, et ita non nisi gratia sui fecit quod fecit. Dedit enim non audens non dare propter timorem vel pudorem. // Sed de aliis casibus est maior dubitatio quod sic declaro. Non solum donatio sine spe remunerationis est licita et honesta ymo etiam mutuatio ymo

certe nec ſolum donatio eſt actus liberalitatis ymo etiã quãz mutuatio quamuis donatio lo
cum habeat ꝓpriſſime inter amicos tñ mutuatio magnũ locũ hẽt inter uicinos aut ↄpa
treotas inter ↄſanguineos et huiꝰ· et põt cuiuis ↄtingere qd' recta rõ dictaret te acco
modare vicino tuo 10· libras / et qd' tu faceres ex hoc ei magnaz grãm· qd' tñ recta
ratio nõ dictaret te ſimplicit' ẽẽ donaturꝯ 10· libras hec mutuatio ſeu accomodatio licita
et honeſta põt ẽẽ ẽẽ duplex ſicut dicit ariſtotiles· Vna legalis· Alia moralis· legalis
ẽ pacto de re habendo quid ꝑ quo· Moralis aũt ẽ ſine pacto rehabendi et ſub nomĩe
non accomodationis ſed donationis cum ſpe tñ rehabendi et intentione rehabẽdi· Sic eẽ
ſepe faciũt boni ↄciuis ſuccurrẽtes in ſuis neceſſitatibꝫ ſibi adĩuicẽ· Modo ſicut dicit ar[les]
ſic danti oportet retribuere aliter fierent querele et accuſationes et diſſolueret' ↄciuĩa
lis amicicia / qd' non ẽẽt bonũ // Et ↄfirmo ꝑ rõez quã tangit ar[les]· in littera qd' oportẽat
reddere ſic donanti ſeu ex intẽtione accomodanti ↄiuis ſub modo et ſpecie donationis quia
retinens beneficiũ abeo qui ſic dedit / uel retinet ipm̃ rõe cupiditatis uel rõe amicitie
vel rõe neceſſitatis vel impotentie retribuẽdi· Si vltimo modo retineat tũc ipe ẽ excuſa
tus niſi qd' ipẽ debꝫ humiliter ↄfiteri ſe illi ẽẽ obligatũz / et quaſi ſe ſemꝑ donare ei / et oĩo
ſe beneficiũz reddituꝛꝯ ſi poſſꝫ· et hec humilis ↄfeſſio iam ẽ quedaz magna retributio· Si
uero retineat illud beneficiũ ꝑpt' cupiditatẽz / certũz ẽ qd' ibi ẽ peccatũz· Si aũt uoluerit reti
nere ſub modo amicitie ↄſtat qd' ipẽ peccat multipliciť· pᵒmo recipiẽdo tale donũ / qꝛ uel· a
principio recipi non debet vel tali mõ recipi debet quali dat'· Ille aũt dabat tanq̃ amicꝯ
ꝑꝑ utile nõ tanq̃ amicꝯ ꝑpt' honeſtũz ſoluz / recipiens aũt cuz uelet donũ retinere ſub ſpẽ
amicicie recipiebat illud donũ tanq̃ ab amico ſoluz ꝑꝑ honeſtũz gᵒ nõ bene· // Et ſic ille
peccat quia retinẽdo illud donũz uidet' velle facere alterꝯ ſibi amicũz amicitiã ꝑꝑ ho
neſtũz ille aũt nõ uult ẽẽ talis amicus mõ nolentẽ nunq̃ faciẽduz ẽ amicũ ut dicit ar[les]·
3ᵒ ille peccat qui diſoluit amicitiã inter eos / talem qualẽ ſicut dictũz fuit· Ex iſtis autẽ
ſequit' nõ ẽẽ uiliter uerꝯ et ſimpliciť uerꝯ qd'· Seneca dicat pᵒmo de beneficijs· Dignꝰ ẽ deci
pi qui de recipiendo cogitauit cum daret· hec eẽ ẽ falſa in ꝑdicto mõ dationis· vñ ſicut
dicit ariſtotiles· ſi potens ẽ· ſ· recipiens reddẽduz nõ gᵒ ſic dantẽ ẽ decipiẽduz Seneca
gᵒ ꝑ illa uerba nolebat ſolum intelligere qd' illa nõ ſit uera et ſimpliciť ꝑfecta donatio
nec ẽ etiã uera ſemꝑ in omĩbꝰ modis qd' a Seneca fuit ꝑiꝰ allegatũz uidelꝫ qꝑ recipiens
ſolutꝰ ẽ debito ſi ſequta ẽ dantẽ penitẽtia· pᵒmo quia penitẽtia ẽ actꝰ interior qui põt eſſe
occultꝰ ſingulis ꝑterq̃ penitenti· Ideo beneficiatꝰ penitẽtiaz benefactoris ignorare poteſt
ignorantia inuincibili ſed ꝑꝑ circũſtanciã ſic ignoratã nꝰ aliter agere debet quã ſi ab
eſſet illa circũſtantia· Conſtat aũt qd' ratio recta iuberet retribuere ſi nõ ſequeret' pe
nitentia / gᵒ adhuc iubebit ſe ſequat' penitentia dicto modo ignorata· Sꝫ qd' recta rõ
iubet hoc oportet facere igit' illo caſu oportet retribuere // Item benefactori effecto ma
lo retribuenduz ẽ ut pꝰ dicet'· Si gᵒ benefactor bene dedit / et bonꝰ erat / et poſtea
effectus malus de illo peniteat / adhuc erit retribuẽduz // Item poſſibile ẽ qd' amicicia
recipientis occaſio ẽ ſequẽtis penitentie benefactoris / ut ſi eo ſolo me peniteat dediſſe tibi

quia uideo te dono male uti / Sed nec malicia tua, nec illud quod rationabiliter ex malicia tua occasio natur absoluit te debito. Intellige tamen sane quomodo malicia recipientis potest esse rationabilis occasio penitentie benefactoris. Absit enim quod unquam debeat alicui displicere de suo beneficio ea ratione qua processit ab eo quia bene processit si beneficium fuit. De bene autem ut bene est uel ut bonum fuit nunquam est penitendum. Sed rationabiliter displicere potest benefactori de beneficio quantum ad materiam beneficii ea ratione qua reposita apud talem qui ea utitur male. Item licet cum quis penitendo dedit nichil beneficerit tamen bonum fecit. et licet a tali nichil recipiendum sit ut ab amico quia non est amicus nec uult esse tamen a tali si fuerit diues et potens recipiendum est in casu necessitatis ut a debitore qui aliquorum indigentibus ex debito moralis succurrere teneretur. Et non puto quod sit inconueniens tali aliqualiter retribuere in licitis seruiciis aut reuerentiis non quia beneficerit nec quia sibi sumus obligati / sed ut sicut bonum fecit debitum ita faciat iterato / et ne non faciendi occasionem assumat. Nunc est uidendum de aliis casibus tactis in argumentis ut per hoc soluantur argumenta Et est primo concedendum quod impotentem non oportet retribuere. Nullus enim obligatur ad impossibile / et sicut dicit Aristoteles impotentem neque dans dignificabit utique debere retribuere. Sed rarissime contingit ad hoc impotentem fieri. Si enim non potest retribuere in pecunia potest forte in reuerentia uel honore uel in recommendatione uerbali, uel in oratione ad deum / uel saltem uitans facta est retributio si perfectam uoluntatem habet de retribuendo si potest. De secundo argumento difficile esset ad scrupulum distinguere. tamen ponam aliquas conclusiones. Prima sit quod credito ei effecto malo reddendum est mutuationem legalem / quia ille de illa habet actionem coram iudice et iudicaretur pro eo quod non fieret nisi sibi esset retribuendum. Nec obstat si inde fiat peior quia non fit hoc ex tua sed ex sua culpa cum fecisses ad quod tenebaris / Secunda conclusio quod moralem mutuationem scilicet que fiebat modo simplicis donationis effecto malo non est reddendum in quibuscumque donis in quibus esset reddendum in consimilibus donis seu muneribus, sed in que recipienti conueniunt / modo non eadem conueniunt bonis et malis in nullo ergo esset retribuendum quod cederet in augmentum malitie ipsius. Nec obstat si inde faciat querimoniam et accusationem dissolutionis amicicie quia oportuna est dissolutio. Nec oportet satisfacere in maliciis conquerentium. Nec supprimere accusationes ipsorum. Tertia conclusio est quod illi est retribuendum quamuis effecto malo, quia bona duplicia sunt que possumus nobis adinuicem tribuere et retribuere. Quedam quibus mali male uterentur Alia quibus sue malicie succurreret sicut sunt morose persuasiones et interdum ubi oportet obiurgationes et punitiones aut alia multa secundum status hominum et exigentias morborum. Sunt enim anime medicamenta sicut et corporis. Et sicut dicitur quinto huius. Magis ad inuadendum est ad mores quam ad substantiam. Tunc arguitur. si malo effecto non retribuendum esset hoc esset ne fieret inde peior / sed medicamentis tunc non peior fieret. ergo in hiis est retribuendum. Et confirmatur quia benefaciens obligauit te sibi, ab hac autem obligatione non apparet quod possis absolui nisi retribuendo uel nisi ille tantum aut magis fecerat tibi malum quantum tibi prius fecerat bonum. benefactor autem malus effectus nullum forte malum fecit tibi ergo remanes sibi obligatus. Cuius est signum est / quia si iterato fieret bonus deberes ei retribuere. Sed quicumque alteri obligatus est debet satisfacere ei loco et tempore oportunis si comode potest fieri. Sed tunc est tempus oportunissimum satisfaciendi quando benefactor

Nunquam impotentes sumus retribuere.

Quomodo retribuendum sit benefactori cum sit effectus malus

plus indiguerit. Indiget autem maxime si sit malus quia defectior est indigentia bonorum anime quam corporis ergo tunc maxime est retribuendum. Item si benefactor indiguisset apud corpus tu debuisses ei
succurrisse, sed magis est anime succurrendum quam corpori ergo si secundum animam indigeat qualibus ipse si factus
sit malus tu maxime debes succurrere ei si potes. Tercia ratio concedit quo ad hoc quod non
semper est retribuendum in consimilibus muneribus. Quod enim munus obesset danti et non prodesset recipienti
nunquam esset offerendum sed in alio facienda est retributio ut si pauper recipiat pecuniam retribuat ho
norem et reverentiam. Ad quartam rationem dicendum est quod purum donum non in hoc differt a mutuo
quod recipiens teneatur ad condignam retributionem. Sed differt a mutuo legali et proprissime dicto
quia recipiens tale mutuum obligatur alteri in tanto et tali et si non satisfaciat alter habebit
actionem iustam contra eum. Non sic autem esset de dono puro neque de morali mutuo. Purum enim
donum a morali mutuo in hoc differt primo ex donatis intentione quia iste donat sub spe re
habendi ille autem non. Secundo ex parte recipientis quia recipiens purum donum debet ipsum recipere
tamquam ab amico propter honestum vel tamquam a multo potentiore etc. alter autem tamquam ab amico
propter utile tantum. Tercio ex parte retributionis quia retributor mutui moralis in retributione
debet ad memoriam aliqualiter reducere acceptum beneficium ut notetur quod intentioni benefac
toris fuerit satisfactum. Retributor autem doni puri non oportet quod de beneficio accepto
faciat aliquam mentionem ne videatur per modum mutui recepisse quod alter pure donavit.
De quinta ratione dicendum est quod qui dedit sub spe rehabendi id est per modum doni accomoda
vit non est inconveniens si indigeat quod excitet recipientem ad retribuendum ubi recipiens esset
potens et obligatus esset vel nimis tardaret ad retribuendum. Ipsum enim excusant circumstancie.
Sed sicut bene dicit Seneca non sit huiusmodi excitatio gravis et acerba ne in odium benefi
cia adducat. Sed interveniat aut monitio verecunda que non prestat vel in ius vocet. Nec
obstant auctoritates ad oppositum adducte quia sicut dicit Seneca 6º de beneficiis propter
acerbos exactores repetere prohibemus non ut nunquam fiat sed ut parce. Sed videtur michi quod
qui puro dono donaverit nunquam debet incitare recipientem ad retribuendum quia ceteris paribus
donum purum est actus liberalitatis vel amicicie nobilior et excellentior quam sit donum sub spe reha
bendi. Et nunquam nobilior actus virtutis debet in minorem speciem permutari. Permutaretur autem stati
quod interveniret intentio rehabendi ergo nunquam intervenire debet. Sed posito quod donator in
digeat et qui recipit habundet puto quod nec adhuc esset repetendum sed magis velud a prin
cipio simpliciter petendum. Nulla enim est deordinatio si indigens petat donum a potente amico
vel vicino. Sed ordinis perversio esset si donum in mutuationem mutaretur. Sed contra hoc
arguebatur quia recipiens purum donum peccat si non retribuat. Nonne ergo excitabis eum ut non
peccet. Nam sicut dicit Seneca: Quoscumque potero peccare prohibebo multo magis amicum et ne
peccet et ne in me potissimum peccet. Alteri illi beneficium do si illum ingratum esse non patior.
Ad hoc respondendum est quod nunquam faciendum est aliquod malum aut inordinatum ut inde bonum
eveniat. Quoscumque ergo potero absque mei actus deformitate peccare prohibebo aliter non. Pecca
rem autem ut dixi si purum donum mutarem in speciem mutuationis. Et ita non prohiberem illum pecca
re nec absolverem ab ingratitudine quia vel excitarem eum ad retribuendum antequam teneretur

retribuere et hoc esset valde turpe. Vel post et sic iam peccavit. Casus in sexta ratione tactus concessus
est. De septima ratione dicendum est quod omne retribuere quod fit secundum virtutem et secundum rectam rationem
est bonum et secundum se ipsum expetendum. Tale autem est id solum quod fit debitis circumstanciis observatis. Sed
quia possibile est sub indebitis circumstanciis retribuere, ideo non omne retribuere est secundum se bonum
neque bonum. Concedamus ergo quod retribuendum sit non quam cito possibile est retribuere virtuose, scilicet secundum
dictamen recte rationis. Et quando ponitur casus quod interdum benefactor vacat, dicendum est quod etiam
sibi mortuo retribuendum est ad possibile, scilicet vel orando deum pro ipso vel ipsius spiritus mortuum commen-
dando et ad memoriam reducendo. Vel etiam retribuendum est ei in personis heredum vel amicorum
suorum aut alio tali modo. Et quia tunc tactum est de retributione cito vel non cito facien-
da, ne super hoc oporteat recurrere possumus tractare brevissime an cito sit retribuendum. Ar-
guitur enim quidam quod sic quia retribuere est tribuere et cito tribuendum est ut dicebat super ca-
pitulum de liberalitate, ergo cito est retribuendum. Item tarda retributio efficit ingratum, ergo cito
gratum. Item benefactor dat sine termino, ergo commode potest ei reddi quocumque termino. Item
festinandum est benefacere. Sed retribuere est benefacere cum non retribuere sit peccare, ergo festi-
nandum est retribuere. Oppositum arguitur auctoritatibus et rationibus Senece. Dicit enim 3o de be-
neficiis: Qui festinat utique reddere non habet animum grati hominis sed debitoris. Et ut breviter
dicamus qui nimis cito cupit solvere debet invitus, et qui invitus debet ingratus est. Ad hoc
breviter dicendum est sicut dicebat prius quod cum secundum exigenciam circumstanciarum recta ratio indicave-
rit festinandum est, ut si ex infortuna benefactor statim indigeat auxilio beneficiati. Et si recta
ratio indicaverit oppositum, oppositum est faciendum, ut si retribuere sit grave beneficiato et be-
nefactori non prosit vel si benefactor retributionem nondum voluerit neque ea indiguerit. Munus enim nul-
lius valoris esse censetur qui neque indigenti neque volenti offertur, ideo omnino non velle indigentem munus
benefactoris ad tempus servare sed contra voluntatem dantis ei restituere non est amicicie neque pru-
dencie sed superbie vel avaricie. Sed Seneca 6o de beneficiis de hoc querit dicens: Quid ergo si
nulla intervenerit occasio semper debebo. Et respondet dicens: debebis, sed palam debe-
bis et cum magna voluptate apud te depositum intueberis quare qui dignus visus est a quo ac-
ciperes indignus videtur cui debeas. Non minoris est debere beneficium quam dare, eo quod hoc opo-
sius quam illud quo maiore diligencia custodiuntur accepta quam dantur. Eque delinquit qui ad re-
ferendum gratiam suo tempore cessat quam qui alieno properat qui nimis cito de beneficio reddendo
cogitat nimis de recipiendo alterum cogitare putat. Prestet se in utraque faciles si vult recipere
beneficium referamus reddamusque leti si illud apud nos custodiri mavult quid thesaurum eius exami-
nemus quid custodiam recusamus etc. Nec rationes facte prius aliquid contra hoc concludunt. Sicut enim
non est retribuendum scilicet nisi secundum dictamen recte rationis neque cicius neque tardius, sic neque tribuen-
dum dicendum est tamen quod communiter vel sepe ratio magis dictat cito dare quam retribuere, tum quia dare
magis est potentis indigenti et cito succurrendum est indigentibus, tum quia dare in tempore debito
donum servare ligamentum est amicicie. Retribuere vero nimis cito dissolvit ligamentum
et animum non volentis ligari alteri offendit. Concedendum est etiam quod tardior retributio quam
ratio dictet ingratum facit. Sed et idem facit citior quam oportet. Virtus enim consistit in medio

duorum vitiorum. Dicendum est etiam quod benefactor sine termino de retribuendo donat quia neque redditionem intendit, donat tamen quando ubi et quomodo oportet donare si bene donat, ideo sic et non aliter retribuendum est. De retributione autem quomodo sit benefacere dictum fuit prius. // Sed de ultima ratione adducta ad questionem dicendum est quod nullo modo nulla occasione malum amico benefactori est optandum. Hec enim optantes ut sit locus vivandi reprehendit Seneca in iste quinto de beneficiis dicens quod illorum amor similis est pravo amore flagrantibus qui amice sue optant exilium ut desertam fugientemque consequantur, optant inopiam ut magis desiderati donent, optant morbum ut assideant, et quicquid optaret inimicus. Consideremus igitur quod Seneca plane declarat primo de beneficiis. Beneficium non in eo quod fit aut quod datur exterius consistit, sed in ipso dantis aut benefacientis animo, et concludes te magis benefactori amico beneficium retribuere si sue voluntati tuam conformes. Quasi si te sibi opposueris. Amicus autem potens et dives vult apud te donum suum residere, et te illo uti et iuvare. Fac igitur sic animo iocundo et ita replendo velle suum magnum sibi retribuis beneficium. Non enim in pecuniis oportet potentibus amicis retribuere sed vel in reverentiis et regratiationibus si et quando oportuit vel forte sola beneficii acceptione et iocunda retentione cum benivolentia etc. Et sic est finis questionis.

Vigesima prima questio. Utrum in amicitia inequalium sit plus tribuendum et retribuendum maiori et minus minori vel converso. Arguitur

quod maiori sit plus tribuendum per rationes quas tangit Aristoteles in littera quia cum dona et retributiones proprie spectent ad amicos videtur quod per idem est aliquem amandum et sibi donandum. Sed est amandum unumquemque quia bonum igitur est ei donandum quia bonus. Sequitur quod magis est donandum meliori quia melior. Item hec est iustitia distributiva scilicet plus dare meliori et excellentiori ut apparuit in quinto. Amicitia autem in iustitia fundatur vel saltem ei non obviat igitur etc. // Item hoc apparet exemplariter in amicitia commercatorum. In ea enim plura accipiunt offerentes plura. Et hoc videtur rationabile, quia videretur esse servitus si utilior minus reportaret. Servitus autem in amicitia locum non habet ut prius dicebat Aristoteles. Oppositum arguitur etiam rationibus quas tangit Aristoteles. Quia amicitia non debet esse inutilis amico pauperi sed pauperi esset inutilis amicitia ad potentem si deberet ei tantum dare quantum recipere. Item amici est amico benefacere si potest, maior autem magis potest igitur magis debet benefacere. Quid enim divites prodessent pauperi si tantum vellent recipere quantum dare. // Item dona ordinata in amicitia sunt ad subveniendum hinc inde indigentiis ipsorum igitur magis indigenti magis est donandum. Item excellentiori convenientior est actus excellentior et indigenti actus utilior. Sed dare excellentius est quam recipere licet recipere sit utilius ut apparuit in quarto libro igitur excellentioris est magis dare et minoris magis recipere. Item reducendo istam questionem ad octavam huius octavi potest argui ad utramque partem tali maiore. Cum ad amantem spectet dare qui magis amat et illi magis dari qui magis amatur sed in dicta questione dictum fuit et argutum quod excellentior debet magis amare et minor magis amari et contra igitur concludi potest per eandem maiorem et oppositas minores sicut et contra //

Aristotiles statim solvit istam questionem quod oportet utrumque plus tribuere et recte utrumque dignificat se plus debere recipere secundum amicitie legem et exigentiam sed non ex eodem bono. Sed

plus tribuendum est ſuperexcellenti quidem honoris indigenti autem lucri. Ut ergo iſta ſolutio magis appareat ſciendum est primo quod non ſunt omnibus eadem danda vel retribuenda ſed aliis alia ſicut in 8° dixi. Sunt enim danda que decet dantem dare et recipientem recipere que ſcilicet recipienti ſint neceſſaria utilia vel iocunda. Danda ſunt maxime que recipientes appetunt et unde dantes non graventur. ergo ſicut dicebat ariſtoteles tribuendum est quidem ſuperexcellenti honorem indigenti autem lucrum. conſequentia patet quia lucrum conſequentia pauperi utile est et iocundum et per conſequens appetibile valde. Nec in hoc dando dives gravatur ymo delectatur ſi ſit bonus. Quiſque enim delectari debet ſi ſua debito modo in debitum finem perducat. Finis autem divitiarum est dare et conſumere non recipere et ſervare ut dicebatur in 4° huius. Dives autem per ſe non poteſt ſuas conſumere divitias congrue ergo debet dare multas earum pauper autem non ſolum poteſt ex ſe conſumere quicquid habet ymo adhuc plura indigeret ideo ſi pecuniam daret gravaretur nimis. Econtra autem ſuperexcellentibus honor est iocundiſſimus et maxime appetibilis propter quod exprimunt et maxime congruit eis ſpecialiter ſi non ſolum in divitiis excellant ſed in virtutibus eo quod honor est premium virtutis ut dicebatur in 4°. et non est grave ſed est decens ſi minor maiori deferat reverentiam et honorem. pauper autem nichil vel modicum curat de honore per exteriori reverentie exhibitione quia affectus eius quaſi totus tendit in lucrum propter indigentiam ergo bene concluſum est quod principaliter tribuendum est excellenti quidem honorem pauperi vero lucrum.

Et ſi quis obiciat dicens quod pro pecunia donata non debet fieri retributio in eo quod ſub nullo pretio cadit cuiuſmodi est honor cum ſit premium virtutis. Nec est diviti pro ſua pecunia retribuendum tantum quantum deo. Sed nichil videtur habere maius honore quod deo tribuamus ergo honorem pro pecunia tribuere non debemus. Ad primum iſtorum reſpondetur quod nec pro honore pecunia tribuitur vel retribuitur nec honor pro pecunia. Non enim proprie eſſet tributio vel retributio ſed redditio. Minori ergo tribuimus vel retribuimus lucrum propter eius indigentiam. Maiori vero honorem propter eius excellentiam. Nec in amicitia vera et perfecta tribuimus ut fiat retributio, nec retribuimus quia facta fuit retributio ſed abſolventes utroque ab utroque tribuimus et retribuimus quia bonum et quia retribuimus tributione altera precedente non minus tribueremus a principio ſi non preceſſiſſet alia tributio. Ad ſecundum vero dicendum est quod honor ſimpliciter non est magnum bonum pro exteriori exhibitione reverentie capiatur. Sed dicitur maximum bonorum non ſimpliciter ſed eorum que poſſumus et debemus offerre maioribus ſcilicet in divitiis et virtute perfectis. Et ideo per honoris exhibitionem neque diis neque parentibus neque omnino maioribus retribuere poſſumus ad equale eorum que paſſi ſumus. Nec oportet quia impoſſibile est ut bene dicit ariſtoteles poſſibile autem amicitia requirit in potentiam enim familiaris epyekes eſſe videtur. Concedendum est ergo quod non eſſet tantum homini quantum deo ſi ad equalia paſſis deberent fieri retributiones. Sed forte videtur alicui hoc inconveniens non est ubi ſicut neque deo ſic neque homini eſſet poſſibile per retributionem debitum exſolvere. Sed etiam indubitanter aſſerendum est quod non omnes iidem honores deo debiti debent hominibus exhiberi ſed alii et alii quia honores exhiberi non debent niſi ad ſignificandum excellentias honoratorum que non ſunt eedem hominum et deorum et diverſa ſigna debent eſſe diverſorum ſignatorum. Et ex hoc ſoluta

ē queſtio illa conſueta fieri · An patri ſint omnia exhibenda · Manifeſtum ē eñ qđ non q̄ nec om̄s
modi honoꝝ et reuerētiaꝝ de quibꝰ magis uideret' · Non eñ patres excellūt filios omībꝰ modis
excellentiaꝝ · Alij eñ modi excellentiaꝝ ſūt patrū ad filios et matrū · Alij regū ad ſubditos
et alij doctoꝝ ad diſcipulos aut ſapientū ad ignaros / et ſic̄ ꝯ et omīo dei ad hoīes · ad
quas excellentias deſignandas utendū ē diuerſis ſignis · ꝯuenīētibꝫ et ꝯſuetis · // Secūdo pn̄
cipalit' notandū ē / q̄ ꝯparatiōes ꝑprie nō fiunt in hijs que ſunt diuerſaꝝ rōnū / ſꝫ in hijs
que ſunt euiſdē rōnis ut declaratū ē 7° phyſicoꝝ / ꝉ aliquā īpprie hec et illa ꝯpant' / dico ali
qua eē euiſdē rōis ſm̄ ꝯpabilitatē / que eadē mēſura vel mēſuris euiſdē ſpeciei ſūt men
ſurabilia que aūt nō nō ſūt euiſdē rōnis vt ſic · Vnde patet q̄ oīa uenalia / q̄ numiſma
te ſunt menſurabilia / ſunt ad inuicē ꝯpabilia ut in uſū humanū cadūt / Sꝫ honor cū
ſit p̄miū virtutis nullo numiſmate menſurari pōt / īō nō ē ꝑprie ꝯpatio pecuniaꝝ ad ho
nores et ꝯtra · Dico aūt ꝑprie dictā ꝯparationē / ſcḋm quā oſtendi pōt in quāto hoc illud
excedit vel in q̄to hec excedit ab illo · Secūdum tamē ꝯparationē cōē dictā honores et
pecunie ꝯpant' · ſ · ſcḋm relationē ad appetitum humanū / vt dicamꝰ illud vnicuiq̄ eē
maiꝰ qđ ē ſibi ꝯuenīētiꝰ et appetibiliꝰ · Et iſto modo bene dicit Ariſtotiles qđ ſm̄ amiciā
inequaliū plus tribuit' vnicuiq̄ honor cū ꝯuenīētior ē potenti et appetibilior lucro · Econtra
aūt indigenti · g' vtriq̄ ſcḋm ſuā exiſtimatiōē plus tribuit' · Aliter etiā pōt dictum
ariſtotilis exponi ſi ꝯſiderēmꝰ q̄ amicus potentior non ſolū lucra tribuit indigentiori / ſꝫ
et aliquā honorē / paup̄ enī a potentiori bene honorat' ſi potentior aliquā reuerētiā ſibi
ab inferiore impenſam acceptet benigne / et cū illo tractet aliqua iocunde · nec ꝯtra · paup̄
amico potentiori tribuit honorē ſolū / ſꝫ etiā aliquā quedam uenalia parui preciꝫ vt pira
uel cereſa vel uinū bonū caſeum aut aliqua · hoc eñ fieri oportet ut cū genere bonoꝝ ſit
aliqualis ꝯitatio amicoꝝ · hoc g' modo bene dicit Ariſtotiles qđ vtriq̄ plꝰ tribuitur
ſꝫ nō ī eodē · Inferior eñ potentiori plus tribuit & retribuit in honore quā ꝯtra / et po
tentior ſimiliter inferiori plus tribuit in lucro q̄ ꝯtra // P̄ hec ſoluūt' rōes · Ad p̄mam
eñ ꝯcedit' q̄ meliori plus ē tribuēdū de eo qđ meliori ꝯuenīētius ē et appetibiliꝰ / et plꝰ
indigenti de eo qđ ꝯuenīētiꝰ ſibi ē et appetibiliꝰ // Ad aliā dicēdū ē qđ optime iuſticia
ſeruatur quia vtriq̄ ī eo qđ ē ſibi ꝯueniens et appetibile lucrat' // Alia ratio ꝓcedit ubi
eadem bona eſſent pluribꝰ diſtribuēda qđ in ꝓpoſito locū nō hēt // Ad rōes in oppoīm dicē
dum ē · Ad p̄mā qđ paupi inutilis eēt amicicia ſi in pecunīa uel mēſurabilibꝫ deberet tantū
dare quātū recipe // Ad aliā ꝯceſſum ē qđ uterq̄ magis bene facit / ſꝫ nō ī eodē bono
Ad terciā negandū ē qđ oīs amicicia ſit ad ſuccurrēdū indigentie · ymo poteſt eē ad
magnificandum excellentiā ꝑfectionis amici // Ad aliā poſſꝫ dici cū amare ſit excellē
tiꝰ in amicicia q̄ amari qđ uterq̄ amicoꝝ in q̄tū amans pōt dici excellentior reliquo
in q̄tū amatꝰ · īō etiā rationabile ē vtriq̄ plus reliquo tribuere ſꝫ nō in bono eodē ut
dictū ē · // Ad ultimā dicēdū ē qđ nō ē ius ad preſens quis plꝰ amet cū de vtroq̄ ſit
ꝯceſſum plus debere tribuere ꝛc̄ · Et ſic patet queſtio ·

Vigeſimo ſecundo Queritur · Vtrū Patri pōt

fieri condigna retributio. Arguitur quod sic, quia retributio illa condigna est que fit secundum dictamen recte rationis; sed contingit sic patri retribuere; ergo contingit patri condigne retribuere. Maior patet. Probatio quia talis retributio esset actus virtutis et nullus actus virtutis est indignus. Secundo quia illa retributio condigna est qua maior propter excessum et minor propter defectum esset erronea; sed dicta retributione maior propter excessum et minor propter defectum essent erronee, quia maior excederet recte rationis dictamen, et minor deficeret a dictamine recte rationis, et omne tale est erroneum. Et minor principalis rationis probatur faciliter, quia quod fit secundum dictamen non recte rationis fit male vel non bene; ergo si non contingeret retribuere patri secundum dictamen recte rationis, omnis patri retribuens male ageret vel non bene, quod est absurdum. Item condigne retribuit qui quantum oportet retribuit; sed patri contingit retribuere quantum oportet. Probatio quia minus videtur quod sit possibile patri plus retribuere quam oportet quam quod sit possibile retribuere quantum oportet, et tamen possibile est retribuere patri plus quam oportet. Hoc apparet quia non omnia sunt patri exhibenda, patet unius huius. Ergo si omnia ad retribuendum ei exhibeant, peccabit in plus quam oportet. Et confirmatur si ponatur casus quod pater capiatur ab inimicis et dicatur filio: si vis hodie patrem redimere abscisione utriusque manus tue vel mille libras redimas eum; si vis ad cras differre redemptionem, abscisione parvi digiti tui vel per decem libras habebis eum, et tempore medio nichil gravius ei fiet quam quod vinum non potabit. Constat quod si filius ad retribuendum patri primam penam exsolvat, ne pater illam penam non bibendi vinum una die patiatur, quod filius in huius retributione peccat secundum excessum retribuendo plus quam oportet. Item filius tria principaliter recipit a patre: esse, nutrimentum et doctrinam; ideo si filius non potest condigne retribuere, hoc erit ratione alicuius illorum. Sed probatur quod pro nullo istorum repugnat fieri condignam retributionem. Primo quidem de esse, quia pater dat esse filio non per actum voluntatis nisi forte per accidens, sed per actum nature; pro tali autem actu nullus videtur ad gratuitam retributionem obligari, nisi ut tam catulus et porco porcellus obligetur. Item nec pater dat esse filio sicut principale, eo quod si post emissionem seminis moriatur statim, non minus generatur. Sol ergo et astra videntur esse agentia principalia; ideo filius magis obligaretur ad retributionem soli quam patri, si propter dare esse obligaretur generanti, quod videtur absurdum. Item nec forte pater coyvit propter filium procreandum, sed solum propter carnalem delectationem, et quod proventus filii sibi displicuit, et ita non nisi sui gratia perficit; tali autem nulla retributio non debetur, cum ad naturam beneficii quid detur aut quid fiat non referat, sed qua mente. Item forte pater in actu generationis peccavit omnino, actus autem pravus non meretur retributionem; ergo non est necesse quod pro esse recepto a patre filius patri teneatur ad retributionem. Deinde ostenditur quod non sit impossibile pro nutrimento patri condigne retribuere, quia nutrimentum sub pretio cadit et numismate mensurari potest, et pro tali autem potest fieri condigna retributio. Item possibile est quod pater filium nichil aut modicum nutriverit, filius autem ex industria propria vel a casu factus dives patrem depauperatum longo tempore nutrivit. Deinde videtur quod pro doctrina nullus tenetur ad recompensationem, quia est res inextimabilis sub nullo pretio cadens; ideo impossibile est recompensare, et nullus obligatur ad impossibile. Item filius aliquando nichil aut modicum docetur a patre, vel etiam docetur doctrinam pravam et erroneam; filius autem

poſt ab alio edoctus docet plus patre̅ et meliore̅ doctrinaȝ ſcdm qua̅ patre̅ maliȝ reducat ad
uirtuteȝ, quo caſu filius quo ad doctrinaȝ multo magis beneficiu̅ fecit patri ꝙ̃ pater fecisſet
ei. Iteȝ poſſibile e̅ ꝙ aliquis ab alio magis edocet̃ ꝙ̃ a patre, et tn̄ poſſibile e̅ magiſtro
condigne recompenſare, ita ꝙ magiſter de pacto no̅ tantuȝ peteret, nec de tanto quereret cora̅
iudice actione̅ g̃ 2c. Oppoſitu̅ dicit arꝰ[les] ſt. Poſſibile eni̅ amicicia requirit no̅ qd̓ ſcdm
dignitateȝ. Neqȝ eni̅ e̅ in omnibꝰ queadmoduȝ in hijs que ad deos honoribꝰ ⁊ parētes. Nullꝰ
eni̅ ſcdm dignitateȝ aliqn̄ vtiqȝ tribuet. Et inde concludit ariſtotiles correlariu̅ dicens
ꝓpt̃ qd̓ & vtiqȝ uidebit̃ non licere filio patre̅ abnegare, patri aut̄ filiu̅. debente̅ eni̅ reddere
nichil aut̄ facien̄s dignum eoꝝ que ſub fuerunt opatus e̅ quare ſemꝑ debet. huiusmoi aute̅
debet̃ poteſtas dimittere et patri vtiqȝ. Iteȝ non e̅ condigna retributio que retribuēteȝ re
linquit adhuc debitore̅, ſȝ omnis retributio facta patri a filio relinquit filiu̅ debitore̅. ꝓbaꝰ
quia beneficiatꝰ ſemꝑ debȝ donec tanti uel maioris ualoris retribuit q̄ti ualoris recepit.
Sic aut̄ filius patri retribuere no̅ pot̄, ꝑmo quia recipit a patre bonu̅ ſubſtanciale cui nullum bo
num accidentale uel extrinſecu̅ e̅ comparabile. Scdo quia ſcdm co̅e curſuȝ nature ⁊ ordinem
naturale̅ et ſcdm dictame̅ recte rationis filius recipit a patre nutrimentuȝ & doctrinam
quo nichil e̅ melius neqȝ eqȝ neceſſariu̅ eoꝝ que ad corpꝰ ſpectant poſt eius eſſe ſubſtanciale
Dico uo̅ doctrinaȝ qua poſt eſſe ſubſtanciale nichil meliꝰ, ymo nichil eqȝ bonu̅ alter alteri
pot̄ dare g̃ 2c. Seneca 2º de beneficijs omnino uidet̃ ire contra ariſtotilem aſſerendo qd̓ in
beneficijs conferendis et retribuendis filius pot̄ patrem excedere. Cuiꝰ alique rones tacte fue
runt. Forte tn̄ qd̓ Seneca no̅ diſſonat Ariſtotili ſi debite exponat̃. Oportet eni̅ ꝑmo
diſtinguere ſicut diſtinguit Seneca ꝑmo de beneficijs inter materia̅ beneficij et beneficiu̅
formalit̃ acceptuȝ. Eſt eni̅ materia beneficij illud qd̓ extra fit aut dat̃. Eſt aut̄ beneficiu̅
formalit̃ acceptuȝ ipe̅ actꝰ uoluntatis recto regulatꝰ iudicio rois. quo aliqd extra fit aut dat̃
Et fortȝ qd̓ debet ſub diſiunctione dici ſic, uel quo aliqd extra fieret aut daret̃ ſi appareret
circu̅ſtantie oportune. Scdo oportet diſtinguere qd̓ ſermo fieri pot̄ de patre et filio ha̅ntibꝰ
ſe adinuice̅ ſcdm co̅em curſum et ſcdm ordine̅ recte rois. vel pot̄ fieri de patre ⁊ filio ſe
habentibꝰ ad inuice̅ ſcdm curſuȝ caſualem vel ꝑter ordine̅ recte rois. 3º diſtinguēduȝ
e̅ ꝙ retributio pot̄ fieri condigna tripliciter. Vno mo̅ quia talis e̅ qualeȝ decet ee̅ ſcdm rectuȝ
iudiciu̅ rois. Alio mo̅ quia retributio ab obligatione abſoluit. i. quia reddit retribuēteȝ
no̅ amplꝰ obligatuȝ ꝑmo benefactori. Tercio mo̅ quia tanta uel maior e̅ retributio q̄ta
fuerit prior donatio. 4º diſtinguēduȝ e̅ qd̓ duplex e̅ obligatio quedaȝ legalis qua qs
iuſte cogi pot̄ ad danduȝ uel ſoluēduȝ. Alia moralis ſoluȝ qua quis ſcdm dictame̅ recte
rationis dare uel retribuere tenet̃ ſi oportunitas affuerit ſȝ ad hoc de iure cogi no̅ poteſt
hijs iuſtis ponēde ſunt quinqȝ concluſiones. ꝑma e̅ qd̓ filius patri facere pot̄ retributione̅ condignam.
abſoluentem eu̅ ab obligatione legali, quia aliter filio nu̅q̄ liceret ſcdm leges hre̅ bona ſep
ata ſine licentia patris dico bona talia quorum dominiuȝ ſit in alteru̅ tra̅ſportabile, nec ꝑ conſeqūs
aliquas gerere mercaturas, nec ad matrimoniu̅ contrahenduȝ aliqua talia bona obligare
quia in hijs omnibꝰ eſſet de iure legali co̅i et notorio patri obligatꝰ. hec tn̄ omnia ſpualde

inconvenientia, quia sic ius paternum filios redigeret in multiplicem servitutem, quod natura humana abhorret. Secunda conclusio est quod accipiendo retributionem prout dicitur primo modo condigna, scilicet quia est talis qualem decet eam esse secundum rectum iudicium rationis, filius omnibus omni patri qui benefecit ei, immo deo et omni benefactori, potest facere retributionem condignam, quia recta ratio iudicat retributionem esse faciendam et non impossibilem, ergo possibilem. Et illa si fiat erit condigna dicto primo modo, sicut apparet ex terminis. Tertia conclusio est quod pater et filius se habeant ad invicem secundum communem cursum et secundum ordinem recte rationis, impossibile est filium facere patri retributionem condignam accipiendo tertio modo, scilicet impossibile est quod filius patri retribuat equale vel maius illo quod accepit, sive loquamur de materia beneficii sive de beneficio formaliter accepto. Ista conclusio probatur primo de beneficio formaliter accepto, quia sic maius est beneficium quod a maiori amicitia cum maiori discretione et prudentia procedit. Sed secundum communem cursum pater discretior est et prudentior filio, quia magis expertus. Unde sicut Aristoteles 6° huius, iuvenes quia non sunt experti non videntur esse prudentes. Similiter etiam secundum rectum ordinem rationis et nature pater magis amat filium quam contra, sicut dictum fuit in questione 16a huius octavi, ergo beneficia patris et filii a maiori prudentia et a maiori amicitia procedunt quam contra, ideo sunt maiora. 2° dicta conclusio probatur de materia beneficii: secundum communem cursum pater dat esse filio et non contra. Pater longo tempore nutrit filium et ministrat omnia necessaria et non contra, quia secundum communem cursum, scilicet ut in pluribus, pater est filio ditior usque ad mortem. 3° pater filio secundum communem cursum prebet vel prebere facit doctrinam in moribus, doctrinam in fide catholica et sepe doctrinam in habitibus intellectualibus aut practicis aut aliquando speculativis. Talia autem vel tanta filius patri secundum communem cursum retribuere non potest. Et hanc 3am conclusionem intendit Aristoteles, quam ut credo Seneca non negaret. Quarta conclusio est: si pater et filius se habeant ad invicem secundum cursum casualem et preter vel contra ordinem recte rationis, filius potest condignam facere retributionem patri predicto modo, scilicet possibile est filium retribuere equale vel maius quam recepit. Ista conclusio potest primo probari de beneficio formaliter accepto, quia preter ordinem recte rationis et nature contingit patrem in filii generatione nullam habuisse bonam intentionem ad filium. Contingit et patrem malum reliquisse statum filium a ministratione nutrimenti vel doctrine, aut forte ad interficiendum ipsum laborasse. Et possibile est in posterum filium dicto patri tribuere multa bona magna et bona intentione. Quamvis etiam secundum communem cursum et ordinem recte rationis pater plus amet filium et sit prudentior filio, tamen aliquando et in aliquibus preter ordinem rationis nichil prohibet contra evenire. Secundo probatur dicta conclusio quantum ad materiam beneficii, quia si pater dedit esse filio hoc fuit semel tantum, et dedit esse ei valde imperfectum, immo non dedit ei nisi semen instrumentaliter generativum filii. Nam post emissionem seminis nichil egit pater ad generationem filii, immo non minus ad generationem pervenisset filius si statim pater mortuus fuisset. Filius autem per casum potuit perfectum esse patris salvare multotiens vel redimere, sicut quod pater pluries interfectus fuisset nisi filius succurrisset. Sed maius videtur esse donum salvare perfectum in esse quod aliter foret destructum, et multotiens, quam semel rem imperfectissimam in esse constituere. Quod etiam in aliquo casu filius possit administrare patri plus nutrimenti vel doctrine, sicut apparet satis ex dictis.

3

quia forte nullū tale recepit a patre. Et iſtā ꝯ^{tam} ꝯnem intellexit. Seneca quā et Ariſtotiles
nō negaret // Quinta ꝯ^{o} ꝙ p̄re ſe habente ad filiū ſcḋz cōeꝫ curſuꝫ et dictamē recte rōīs
filius nō p̄t facere patri ꝯdignā retributionē .i. cuꝫ abſolutē ab obligatiōe morali quia
qui benefactori non retribuit equale vel maius tenet̾ ſibi adhuc retribuēduꝫ ſi ex parte
vtriuſqꝫ et aliarū circūſtātiarū oportunitas retribuēdi ſupuenit. et ſi hoc accidente non
retribuit eſſꝫ ingratus. Sꝫ caſu poſito filius nō pōt equale patri retribuere nec quo ad ma
teriam beneficij neqꝫ quo ad beneficiuꝫ formalit̾ acceptum ꝑut ē in tertia ꝯne declaratuꝫ
g̊ filius moraliter remanet ſemꝑ patri obligatꝰ / Ad rōes dicēduꝫ ē qḋ due p̄me ꝯclu
dunt ꝑ ſcḋa ꝯne // Ad aliam ꝑ quanto ip̄a arguit de eē qḋ pater dat filio ꝯcedenduꝫ
ē vt michi uidetur qḋ ſi pater nullam hūit intentiōeꝫ bonam ad filij ꝑcreationē et poſi
to quod hoc fuerit notoriū / filiꝰ pactu ꝑcreatiōis ipiūs in nullo obligatus eſſꝫ patri. Si tñ
illud non fuerit notoriū filiꝰ obligat̾ patri ac ſi pater debitā intētionē huiſſet quia pre
ſupponendum ē de bona intētione ſi ꝯtrariū nō apparet // Ad rōes etiā de inſtincto
ꝓcedunt bene pro q̄rta ꝯne / et nō ꝓcedunt ꝯ tertiā // p̄ma ratio de doctrina deficit quia
licet nō ſit poſſibile ad equale retribuere / tñ retribuenduꝫ ē ad poſſibile alit̾ deo nichil
eſſꝫ retribuendum // Secunda ratio ꝓcedit pro ꝯ^{ta} ꝯne Et de tertia .ſ. quantū vel
quomodo doctori ſit retribuēdum dicetur poſt. Et ſic patet queſtio.

Igeſimo tertio queritur vtrū pater liceat filiū abne

gare filio uero patrē nequaq̄ // Arguit̾ qḋ patri nō liceat filiū abnegare / quia
qḋ aliquis ſcit et ſciuit / et longo tempore approbauit non ē rationabile abnegare. Sꝫ pat̾
ſcit & ſciuit longo tempore filium eſſe ſuum g̊ etc. // Item patris ad filiū ē amicicia na
turalis et nichil licet facere ꝯtra naturam eo qḋ omne tale ē malum // Item filiꝰ ē ſicut
pars quedam patris ut dicebat Ariſtotiles et non ē rationabile ꝑtem ſui relinquere.
Item arguit̾ qḋ pater minꝰ poſſit relinquere filiū ſeu abnegare ꝙ̄ ꝯtra / quia qui magꝭ
amat minꝰ pōt relinquere amatum / eo qḋ amicicia ē ligamentum quodā amicoꝝ / ſꝫ pat̾
magis amat filiū quā ꝯtra g̊ etc. // Item qui ē alteri maiori ꝓpinquitate ꝯiunctꝰ minꝰ
pōt ipm̄ relinquere / ſꝫ pater ē ꝓpinquior filio ꝙ̄ filius patri ſicut dicebat ariſto^{les} g̊ etc. // Itē
patri non licet filiū abnegare niſi ꝓpt̾ incorrigibilem nequitiā ut uult ariſtotiles ſꝫ etiā filiꝰ
licet patrē relinquere ꝑ patris incorrigibilem neq̄tiam quia nullis malis ꝯiungenduꝫ
ē niſi cauſa reuocandi eos / g̊ ita licet filio relinquere patrē ſicut patri filiū g̊ etc. // Op
poſituꝫ dicit ariſto^{les}. Notandum ē ſcḋm Euſtachiū qḋ patrem denegare filiū in ꝓpo
ſito nichil aliud ē ꝙ̄ a ſe et a domo ſua eum expellere et uictui neceſſaria nō miniſ
trare. Et ꝯuerſo etiā filiū abnegare patrem ē filiū non uelle patri ī uite neceſſa
riis ſubuenire ubi ꝑ caſuꝫ pater indigeret et filius habundaret. Et ex hoc ſequit̾
ꝙ ſicut aliquis ē alteri obligatꝰ ad miniſtranduꝫ uite neceſſaria ſic nō pōt euꝫ dene
gare / et ſicut nō ē obligatꝰ ſic poteſt. Scḋo rememorāda ē diſtinctio obligatiōis
dicta in queſtione precedente in obligationē legalem qua quis cogi poteſt de iure
Et moralem qua quis ſcḋm rectā rationē tenet̾ ſed de iure cogi non debet // Et

iter moralis diuidi pot quia obligatio moralis uel attendi pot roe accepti beneficij uel ratioe
amicitie, vel roe debite ciuilis beniuolencie · Dico p̄mo roe accepti beneficij quia beneficia
tus tenet ad retributione ne vitium ingratitudinis incurrat · Dico scdo roe amicitie
quia ad amicitiaz spectat beniuolentia beneficiantia ꝛ ꝯcordia ut dicet post · Dico tercio
ratione debite vel ciuilis beniuolencie, quia cu ho sit naturalit ciuitatiuu aial singli
singlis de humano more tenet ad beniuolentia ex qua uidemus oriri etia int extra
neissimos humana quandaz pietatez ꝯpassione uel misericordiaz · Modo constat q natu
rali ordine ad beniuoletiaz ꝯsequit beneficencia si necessitas occurrat nisi forte obsistat
aliqd grauamen psone beniuolenti ita qd singuli singulis in casu necessitatis tenentur
ad benefaciendu si possint sine aliquo ipoꝝ uel sibi pximoꝝ detrimeto · Alit eni peccaret
ꝯtra humanaz pietatem uel misericordiaz · Veru e tn qd hec obligao adeo debilis e qd ex ea
nullus alteri tenet ad ministrandu mansionez neqz uite necessaria, ideo nichil ad psens
de ista obligatoe · Dicendu e g p̄mo qd aliquibꝫ tpoibꝫ .s. antecp filij possint uti
ratione & prudentia parentes ex legali obligatione non possunt filios abnegare · Illis eni
temporibꝫ parentes legibꝫ cogerent ad debitaz filioꝝ enutritione et educatione iuxta
posse suu, et hec e rationabile, quia leges humane debent ad possibile puidere ne hu
mane creature pereant sine culpa earꝝ et p ꝯns debent obligantes ad hoc cōstringere, pa
rentes aut de iure naturali non specifico s generali singuloꝝ aialiu pfectoꝝ obligant
ad enutritione filioꝝ usqz ad usum prudentie, g leges humane debet eos ad hoc cō
stringere si contra naturam uoluerint eos denegare · 2o dicendu e qd post sufficientez
filioꝝ enutritione et educatione licet parentibꝫ filios denegare quantu e de legali obliga
tione quia tunc forte filij possunt eque sibi puidere de necessarijs sicut parentes ipi sibi
Parentes aut grauarentur si cogerent talibꝫ puidere de necessarijs · Item leges no debet
imponi quibꝫ plurimi filioꝝ fierent deteriores et parentes plurimu grauarent sz si pare
tes cogerent ad semp ministrandu filijs necessaria, multi filij fierent ualde mali et pigri nole
tes laborare, quia no ceni necessitati ꝛ parentes p ꝯseqns no sufficeret sibi et illis
Itez leges in tempore priori fundate erant sup debitu naturale ꝛ generale singuloꝝ aialiu
ut dicebat · tali g debito cessante debent cessare leges ille obligatorie · Sz illud debitu
naturale cessat ꝯpleta filioꝝ educatione · Vnde tunc uidemus in singulis brutis parentes
filios relinquere 10 ref · · Possibile e tamen qd hec ꝯo patit instancias pticulares ꝛ locales
sicut in ciuitatibꝫ ubi forte leges ferunt qd filij debet parentibꝫ succedere in hereditatibꝫ
aut alijs pticularibꝫ casibꝫ forte infinitis · De filijs aut anqꝫ heant usu roīs et pudencie
manifestu e qd non obligant patribꝫ aliqua legali obligatioe ad subueniendu, qz neqz
sciunt neqz possent hre aliqua, quoꝝ pater no het dniu vel salte custodiaz ꝛ ordina
tione nisi forte leges aliqui pticulares et leges legales aliqui pticulares ꝛ legales ob
sistant · De comuni eni lege filij possessio e patris donec unqz sit pditon ꝛ separet ut
dicit arꝝ les · 5o huius ꝑt qd illo tpre ꝗstio patris locu no het · et hec sit tercia ꝯo · Qrto
dicendum qd post tempus educationis filioꝝ filij ꝗtu e de legali obligatioe possunt abnegare

4

parentes abnegatione ſupra expoſita. Nam leges non ſecerunt cogentes filios ad nu
tritionem parentum propter multa. primo quia ut in pluribus parentes uſum habent vel uſus et prudentie
2° quia ut in pluribus parentes ſunt ditiores filiis. 3° quia ſi contingat utroſque pauperes eſſe tamen
filii minus honorati ſunt de nutritione et proviſione uxorum ſuarum et filiorum ſuorum ad quos
legaliter obligantur. 4to quia non est naturale quod filii nutriant patres ſicut erat na
turale econverſo. 5° quia filii a parentibus legaliter abſoluti poſſunt liberius amicitias
ſpeciales et matrimonia contrahere et mercaturas et ſingulos contractus alios civiles
quos contrahere licet et expedit. 6° forte quod tantum eſſet vituperium parenti filio ſi paren
tes pauperes omnino abnegaret quod hoc quaſi numquam contingit propter quod leges tamquam in uſum ſine
prohibitione relinquerunt. ultimo forte quia que parentes dederunt filiis non dederunt
per modum mutui ſed mera domini pro quo nullus ad retributionem cogendus est. Deinde
dicendum est de moralibus obligationibus et erit quinta conclusio quod prout obligatio moralis
attenditur ex parte beneficii recepti pater abnegare poteſt filium et non econverſo, quia dicto modo
filius quicquid faciat patri ſemper remanet debitor, cum non poſſit ad equale receptis
recompenſare ad minus ſic ſe habeant ſecundum communem curſum etc. ſicut dictum fuit in alia questione
Sed quantum est ex parte recepti beneficii benefactor poteſt abnegare beneficiatum quia poteſt
quietare ſibi debitam retributionem beneficiatus autem quod diu remaneat debitor non
poteſt abnegare benefactorem, tenetur enim ſemper ad retributionem. Et hanc conclusionem ut michi
videtur intendebat Ariſtoteles in littera ubi dicit propter quod utique videbitur non licere
filio patrem abnegare, patri autem filium debentem enim reddendum nichil autem facientem
dignum eorum que ſubfuerunt operatus est. Quare autem ſemper debet. quibus autem debet poteſtas
dimittere et patri utique. Sexta conclusio erit quod prout obligatio moralis attenditur ex parte
amicitie patre et filio bonis exiſtentibus et permanentibus, neuter umquam poteſt alterum di
mittere, quia amicitia ligamentum est amicorum, quo alter ad alterum affectum habet benefa
ciendi et indigentiis ſuccurrendi ſi poſſit. Ideo oppoſitionem includit quod durante amicitia
fiat ſeparatio amicorum ſecundum predictam expoſitam abnegationem. Sed manentibus bonis parentibus et
filiis ſemper oportet durare amicitiam inter eos. gratia etc. Septima conclusio est quod ſecundum nunc imme
diate dictam obligationem, pater filium et filius patrem poteſt abnegare propter alterius aut
utriuſque maliciam: quia ceſſante amicitia ceſſat obligatio ſecundum quod attenditur ex parte
amicitie. Sed propter maliciam patris vel filii poſſibile est inter eos nullam eſſe amicitiam vel exiſ
tentem ceſſare. Nullus enim ad ſuperexcellentem maliciam et incorrigibilem tenetur ſecundum iu
dicium recte rationis in amicitia perſeverare. gratia etc. Attendendum est tamen quod non ſtatim
apparente malicia deberet fieri abnegatio, ſed primitus auxiliandum est ad mores ſi poſ
ſibile fuerit ante totalem abnegationem recedendum est aliqualiter a miniſtratione ne
ceſſariorum, et non est feſtinandum tandem vero ſi malicia appareat obſtinata, erit
totaliter abnegandum. Et hec totum expreſſit ariſtoteles in littera ſi quis conſideret.
Ultima conclusio poteſt conpatiuntur poni quod quantum est ex parte amicitie pater minus poteſt filium ab
negare quam filius patrem, quia quanto amicitia est maior tanto fortior est obligatio propter

attenditur ex parte amicitie. Sed communiter maior est amicitia patris ad filium quam econtra sicut ante probatum fuit etc. // Ad rationes quomodo respondendum est. Ad primam dicendum est quod ipsa non arguit de abnega-
tione de qua intendimus. Cum enim omne mendacium sit peccatum, concedendum est quod numquam licet
patri asserere illum non esse filium suum si sciat aut credat contrarium esse uerum nisi forte hoc dicat
sub tali sensu. Tu non es filius meus abnego te id est amorem paternum a te remoueo, et a me te
separo tua malicia exigente et tunc ista esset abnegatio de qua loquti sumus // Ad aliam
dicendum est quod amicitia naturalis ad filium a qua nullo casu est recedendum est usque ad
usum rationis & prudentie et post non. // Ad aliam dicendum est quod aliquando ueram partem
corporis insanabiliter infectam expedit a corpore separare ne inficiat totum corpus // Alie
due rationes procedunt pro ultima conclusione // Ultima uero procedit pro septima conclusione. Nulle autem
illarum rationum procedunt contra quintam conclusionem quam Aristoteles intendebat. Et sic finem habent
questiones octaui libri ethycorum edite a magistro Iohanne buridan picardo. Incipiunt consequenter
questiones noni libri ab eodem edite.

Consequenter querendum est supra nonum librum ethycorum. Et primo de hoc quod aristoteles partim tractabat in octauo et complet in nono.

scilicet utrum Retributio mensuranda
sit secundum exstimationem dantis primum beneficium vel retribuentis. Arguitur primo quod retributio
facienda sit secundum exstimationem dantis, quia magis amicus magis debet esse exstimator
amicabilis communicationis sed dans est magis amicus, quia dicitur 9° huius quod benefactor magis
diligit beneficiatum econtra. Item intendens retributionem debet exstimare eam cum a fine sumatur
iudicia practica ut dicitur in 6°, sed dans propter utile intendit retributionem ut dicitur in 8° etc.
Item sicut de commutatiua iustitia ita de amicitia 8° huius. sed ad uendentem pertinet exstimare
rem suam etc. Item omnis operatio magis ordinari debet per precipientem et superiorem, sed dans
est huiusmodi quia se habet ad recipientem qui retribuere tenetur ut pater ad filium, et deus ad homines
8° huius etc. Item in amicitia et per consequens in beneficiis secundum amicitiam retribuentis multo
principalior est interior affectio quam exterior operatio. unde capitulo de liberalitate. Non enim in mul-
titudine datorum quidem liberale, sed in dantis habitu. Et Seneca primo de beneficiis. Non quid
detur aut quid fiat refert sed qua mente. Sed in practicis operationibus oportet semper attendere
magis ad principalia. ergo in retributionibus faciendis oportet ad effectum dantis maxime inten-
dere. Ex quo sequi uidetur quod ille potest magis extimare retributionem faciendam qui magis
nouit affectionem dantis, illam autem nullus nouit nisi dans ergo etc. Item oportet retri-
buere non quecumque sed que primum dantes appetunt et propter que habenda dederunt que sua erant
quia sicut dicit aristoteles. Simile est ei quod est nichil fieri cum eo quod appetit non petat ergo exstimanda
est inordinanda retributio per illum qui nouit que et qualia dans approbat. Nullus autem hoc nouit

5.

bene nisi dans ergo etc. // Item non fit retributio sufficiens nisi benefactor ab omni facto damno vel gravamine quod ratione doni incurrit relevetur, sed quantum damnum incurrit nullus scit bene nisi ipse, ergo ipse debet retributionem existimare. // Oppositum arguitur quia imperfecta amicicia que est secundum honestum benefactores bona tribuunt sine intentione retributionis. Ad tales autem non spectat pretium retributionis existimare. // Item non est iustus existimator beneficii qui beneficium magnificat ultra eius valorem, sed hoc facit sepe donator ut dicit Aristoteles, cum in multis experitur. Dicunt enim donasse maxima eorum que apud eos erant, et que beneficiati non optinuissent ab aliis et succurrisse in periculis aut in magnis necessitatibus, et talia fecisse et dedisse propter que dampna substinuerunt et labores ergo illi non sunt iusti existimatores beneficiorum nec per consequens retributionum. Item cui non licet repetere retributionem ad ipsum non spectat taxare retributionem sibi faciendam, sed donatori non licet repetere quia tunc non esset donum sed mutuum, ergo etc. // Deinde arguitur quod retributio mensuranda sit secundum existimationem recipientis primum beneficium sive retribuentis seu eius qui retribuere tenetur auctoritate Aristotelis 8° huius dicentis: Cum propter utile amicicia existente pacientis utilitas mensura est quanta autem fuerit utilitas ipse novit, ergo ipse recte potest et debet existimare retributionem. Item auctoritate ipsius 9° huius dicentis: Non solum necessarium esse videbitur utique prehentem ordinare sed etiam iustum. Cuius rationem assignat quia iusticia equat lucrum dampno, sed qui recepit novit lucrum. Novit enim quantum adiutus est, ergo bene potest existimare quantum sit iustum retribuere. // Item non minor debet fieri retributio in eo quod datur in utili amicicia quam si emeret, sed emens tantum daret de re quantum esset utilis sibi, ergo tantum debet retribuere. Hoc autem ipse maxime potest scire, ergo ipse maxime potest bene mensurare retributionem. Et hanc rationem notavit Aristoteles in illa littera. Et enim in emptionibus sic videtur fieri. Item sicut primo dans ad dandum ita retribuens ad retribuendum, sed primo dans mensuravit suum donum, ergo retribuens debet mensurare retributionem. Et hanc rationem notavit Aristoteles cum dixit: Ad huc quemadmodum commutavit. // Item benefactor in amicicia propter utile, quamvis intendat retributionem, tamen non dat per modum mutui, sed per modum doni, sed in tali modo dandi, dans concedit retribuenti auctoritatem existimandi retributionem, ymo totum ponit in voluntate recipientis, sic quod ille cogi non potest ad retributionem, ergo debet esse dominus et taxator in retributione. Ideo ergo concludendo dicit Aristoteles: // Sed etiam retributio sit ad tantum quantum utique ordinant accipientes. // Oppositum arguitur quia ille non est iustus existimator qui parvificat beneficium circa eius valorem, sed beneficiati sunt huiusmodi, quia ut dicit Aristoteles et sepe experimur, Pacientes enim quedam talia aute accipere parvificantes. // Item si non debeat pacientis utilitate mensurari retributio non apparet quia recipiens debet eam existimare, quia ob hoc solet dici quod ad ipsum spectet existimatio. Sed retributio non debet mensurari pacientis utilitate quia quia si pauperi daretur denarius et diviti florenus, denarius erit utilior pauperi quam florenus diviti eo quod pauper ob indigentiam multum iuvatur denario accepto quam dives pro uno floreno, quod videtur inconveniens. Sic enim qui magis eget. Dives forte nichil iuvatur floreno, quia non indiget. Ergo si utilitate pacientis debet mensurari retributio pauper plus tenetur retribuere pro uno denario accepto quam dives pro uno floreno quod videtur inconveniens. Sic enim qui magis

eget auxilio magis gravaret. Deinde arguit quod oportet utriusque existimationem intuemur e
auctoritate Aristotilis dicentis. Maxime quidem forte oportet retributiones fieri mensuram amborum
secundum dignitatem. Et arguit per simile in venditionibus ubi oportet existimationem vendentis
et ementis convenire. Deinde arguit quod neutrius existimatione debeat hoc fieri, quia secundum
illius doni nullam existimationem debet mensurari retributio quod quidem donum contingit esse in-
existimabile et benefactoris donum inexistimabile esse sicut Aristotiles dicit de philosophiam com-
municantibus. Non enim ut dicit ad pecunias dignitas mensuratur. pretium enim eque ponderans non utique
fiet. Item si fieret existimatione dantis beneficium magnificantis fieret in plus quam esset recep-
tum et ita beneficiatus gravaretur, et si existimatione recipientis fiat parvificantis beneficium fieret
in minori quod iterum foret inconveniens, ergo neutrius existimatione fieri debet. Aristotiles istam
questionem solvere videtur per distinctionem. Dona enim et retributiones fieri possunt vel secundum amicitiam
propter honestum que est amicitia simpliciter, vel secundum amicitiam propter delectabile vel utile, que est
amicitia secundum quid ut visum fuit in precedentibus. Primo ergo dicendum erit de prima amicitia
et secundo de secunda. Deinde videtur michi quod ista questio pregnans est et multas continet in se
difficultates partiales que sic enumerari possunt. Prima sit de eo quod in ultimo argumento
tangebatur videlicet utrum oporteat retribuere plus recepto vel minus vel equale. Deinde ad ex-
plicandum alias dubitationes oportet supponere quod certa proportio inter aliqua non scitur nisi scita
quantitate utriusque. Si ergo oportet retributionem proportionari dono necesse est quod sciatur sive
existimetur quantitas utriusque. Secunda erit scilicet dubitatio. Quo quantitas doni mensurabitur utrum
scilicet utilitate recipientis vel gravamine donantis aut neutro, sed dilectione et affectu do-
nantis. Tertia dubitatio erit. Scilicet cuius existimatione illa donatio mensurabitur. An
scilicet donantis vel recipientis. Quarta dubitatio erit consimiliter, quo quantitas retributionis
mensurabitur. Quinta erit Scilicet cuius existimatione. Sexta erit. Cuius sit invenire de-
bitam proportionem retributionis ad donationem an scilicet donantis vel recipientis. De prima dubi-
tatione dicit Aristotiles in fine octavi. Et reddendum autem ipsi quantum accepit et plus. Melius
enim. Contra quod obicitur pluribus instanciis. prima est auctoritas Aristotilis quinto huius dicentis
Refamulari enim oportet ei qui gratiam fecit. Et postea subdit quomodo hoc sit faciendum dicens
Oportet hoc ergo utique equari. Destruetur enim si non fuerit faciens et quantum et quale et patiens
hoc et tantum et tale. Alia instantia saltem quantum ad alias amicicias est auctoritas Aristotilis
8° huius dicentis. Hiis quidem in equalitate existentibus amicis. Hiis quidem in superexcellentia equales
quidem secundum equalitatem oportet in amare et reliquis equare inequales autem analogiam superex-
cellentiis assignare. Item circa eadem et in eisdem est amicitia et iustum ut dicitur 8° huius. Sed iustum in
equalitate consistit ut dicitur quinto huius etc. Item pauper valde gravaretur in receptione bene-
ficii si oporteret plus receptis retribuere. Melius enim esset sibi nichil recepisse. Item videtur
esse species usure ubi oportet reddere ultra sortem. Item nullus tenetur ad impossibile, sed
aliquando impossibile est plus retribuere ut patri vel deo vel doctori, et omnino impossibile esset pau-
peribus retribuere divitibus plus receptis. Ad istam dubitationem breviter dicendum est quod in amicitia
propter honestum non est existimandum nec omnino aspiciendum An plus aut minus aut equale retribuamus

quantuꝫ ad id qđ exterius ſit aut datꝰ / quia donãs nullam retributionẽ intendit · ideo
neqꝫ retribuens ꝑ modū redditionis aut ſolutionis retribuit // Abſolute ēt cūꝫ ſunt do
nationes a retributionibꝰ a donationibꝰ ſicut dicebat͛ in 21ª queſtioē huiꝰ octaui
ideo bene dicebat · Seneca Quid fiat aut quid det͛ nō refert ſꝫ qua mēte // Sꝫ tu q̄
res An g̊ affectione maiori vel minori uel equali debet fieri retributio ei qua fiebat
donatio · reſpondet͛ qꝰ in amicicia equaliū debet ēē equalis affectio cū ut dixi nō fi
at retributio roē donatiōis / ſꝫ ac ſi eēt pͥma donatio · In amicicia aūt in equaliū
dictuꝫ fuit pꝰiꝰ quomodo melior magis amat & amare meliori · ideo etiā dat intē
tione meliori Sꝫ in amicicia ꝑꝑ utile vel delectabile dicēduꝫ ē qđ oportet benefac
tori plus tribuere q̄ dederit / quia vel illa ē amicicia inequaliū uel equaliū · Si ine
qualiuꝫ tūc in 21ª queſtione octaui declaratuꝫ fuit quomō vtraqꝫ tribuere vel retri
buere oportet plꝰ / ſꝫ nō ex eodeꝫ bono · Si uero fuerit amicicia equaliū aut erat ſiliuꝫ
ſ· eaſdeꝫ bonis indigentiuꝫ · vt forte alt͛ lucro alt͛ delectatioē / alt͛ frumēto uel alteꝛ
vino · Si g̊ fuerit diſſiliuꝫ adhuc apparet ſicut pꝰiꝰ quomō vtraqꝫ plꝰ ē tribuēduꝫ
et retribuēduꝫ · Sꝫ non ex eodē bono · Erit ēīꝫ vni plꝰ tribuēduꝫ de delectatione
alteri uero plꝰ de lucro et ſic etiā uterqꝫ ſcđm ſuaꝫ exſtimationē plus recipiet / quia qui
lucruꝫ recipiet / plus appetit et appreciatur lucrum quā delectationē / et econtra qui de delec
tatione plꝰ recipiet plus appreciat͛ delectationē · et quodāmō ſiliter ē in alio exemplo · Si ēīꝫ po
namꝰ qđ euſdeꝫ precij quo ad pecuniaꝫ ſint doliū vini ⁊ modiū frumenti et primꝰ
dat doliū vini indigenti vino / et ille retribuit ei indigenti frumēto modiū frumenti
quāuis ſimplicit͛ iſti ambo equalis precij tribuant & retribuāt / tn̄ vtriqꝫ ſcđꝫ ſuaꝫ exſti
mationem plus tribuit͛ · quia pluri exſtimamꝰ quo plꝰ indigemꝰ · vterqꝫ aūt plꝰ indiget plꝰ
eo qꝰ ſibi tribuit͛ q̄ eo qđ alteri dabat · Et ſic vterqꝫ lucrat͛ / et amiciae ſue finē attin
git // Iteꝫ adhuc ɔtingit in amicicia equaliū et ſiliuꝫ qꝛ q̄uis ſilē ſimplicit͛ equale
tribuant et retribuāt / tn̄ nō eodeꝫ tpr̄e uel loco ſꝫ unꝰ tribuit tēpore vl' loco indigētie
alteriꝰ ⁊ habundantie ꝑꝑrie alter aūt tribuit tēporibꝰ et locis ɔtrarijs / et ita adhuc
vterqꝫ lucrat͛ · Et michi uidet͛ eſſe de intentione ariſtotilis qꝰ nō ſolū dicto mō eſt
plꝰ retribuēdum · imo etiā plꝰ ſimplicit͛ quia q̄tuꝫ ē poſſibile pacificande ſunt gratie
in tali amicicia · ſ· ꝑꝑ vtile ne inſurgat materia querimonie / que citiſſime īnata eſt
interuenire gratie aut non pacificāt͛ niſi plꝰ tribuat͛ · Qui nāqꝫ pͥmo dedit gratiaꝫ
fecit / qui uero preciſe tn̄ reddit nullaꝫ gratiaꝫ facit · Reddit ēīꝫ ſoluꝫ qđ debebat · Nā
in tali amicicia beneficiū datum quāuis ſub mō doni offerat͛ tn̄ hēt roēꝫ veri mutui
ſcđꝫ intētionē offerentis · g̊ qui tantūdeꝫ preciſe tribuit gratiaꝫ recepit et nullaꝫ
facit / g̊ gratiaꝫ gratie nō pacificāt // Oportet g̊ ſicut dicit Ariſtotiles reddere tn̄
⁊ plꝰ · et ne tribuēs grauet͛ ſufficiat aliqn̄ forte illud plus eſſe in uerbali regratiatione
de receptis et ſui obligatione ad beneplacita & mandata // Si tn̄ ſit oportunitas
retribuenti tribuere plꝰ in materiali vtilitate / uideat pͥmo datoreꝫ indigere / tūc ſine
dubio debet plus retribuere / quia qualem gratiam recepit talem cuꝫ redditione debet facere

loco et tēpore oportunis / alias gratiaz nō paruficaret gratie sicut dicebat. Sȝ nec ille debet illud
pl9 qd sibi retribuit retinere, ymo reddere tpē oportuno alit' alius grauaret, et sic nō
attingeret finez intentuȝ in sua amicitiā, et ita eet occasio querimonie ꝛ dissolutionis
amicitie. Ad p'mam g' instantiaz dicēdum ē qd qn Aristotiles dixit oportet hec vtiqȝ e
quari ipē loquebat' de comutationib9 pure venalib9, que etiā fieri solent int' extra
neos et absqȝ amicitia. Vel etiā concedenduȝ ē qd oportet in amicitia equari .s. graz
gratie. Sȝ hoc fit ꝑ pl9 retribuere vt dictuȝ ē. Ad aliā dicēduȝ ē q in amicis e
qualib9 sic oportet equare in amare & reliquis qd ipi ad inuicez heant equales affectus
interiores et q' exteri9 quātu; p'mus fecit alteri eueniente oportunitate tantuȝ alteri p'mo
fecisset illi si ad hoc p'mo oportunitas euenisset. Vel dicat oportet equare in reliquis .i. opor
tet ad possibile gratiā gratie ꝑficare qd nō fit nisi pl9 retribuēdo modo predicto. Ad
aliā ↄcedenda ē auctoritas. Sȝ amicitiā sup iustitiaz addit de suo dare. Ad aliā
dicenduȝ ē qd paup nō grauat' quia non ex eodez bono recepit et tribuit. Recepit eīȝ
in pecunia vel in pane tribuit aut' in corporali labore. Ad aliā dicenduȝ ē qd reddere sorte
ex pacto et inuoluntarie ꝑtinet ad usuraz. Sȝ nō si hec fiat libere ꝛ ꝑ amicitiā et tāc
hoc usurari9 semꝑ retinebit illud pl9 amic9 aut' nō vt dictuȝ fuit. Ad aliā dicē
duȝ ē qd dicta intelligenda sūt vbi ē possibile sine grauamine alteri9 amicoꝝ,
vbi aut' eet impossibile, sufficit ad possibile retribuere sicut dictuȝ fuit prius. Et iterū
qd dixi pl9 esse retribuenduȝ dixi ueritatez hēē in amicitiā ꝑꝑ utile. Deus aut' nobis et
pater filijs nō sc̄dȝ talez amicitiaz donauerunt. De pauꝑe uero quō possit diuiti pl9 retri
buere satis apparuit. Nō restat g° uidere nisi de doctore. Quantuȝ g' ad recōpensatōez
faciendaz doctori qui nō sc̄dȝ amicitiaz ꝑꝑt' honestuȝ docuit sȝ ad lucꝝ recipiēduȝ ꝑnotā
dum ē, q si fieri debeat recōpensatio vel retributio ꝑ bono recepto opȝ retributionē eē
dono ꝑꝑortionabilez. bonis aut' aīe cui9modi sunt sciētie ꝛ uirtutes recepte a doctoribus
nulla exteriora sunt in valore ꝑꝑortionabilia. Jdeo ꝑ bonis aīe nulla bona exteriora re
tribuenda sunt ratione valoris eoꝝ. Aliqua tn̄ sūt exteriora bona bonis aīe ꝑꝑortionata
non in ualore ut dixi sȝ ꝑꝑortione signi ad signatuȝ cui9modi sūt honores et reuerētie.
Jdeo ↄcludo q ꝑ bonis aīe nichil retribuēduȝ ē nisi honores et reuerētie. Tn̄ doctori
vtilitatez intendenti retribuēduȝ ē lucꝝ intentuȝ, qd sit merces nō sciētie recepte sed
laboris sui corporalis, et sue occupationis q' .s. a reb9 cuotat' nobis uacauerit. Et i hoc ē
doctorib9 pl9 retribuēduȝ q̄ ipi dederunt, quod possi^le^ ē fieri sc̄dȝ extimatiōez eoꝝ mō
predicto. Indigentes eīȝ pecunia maioris ꝑcij extimant decez libras q̄ suū laborē uel
suaz occupatiōez annualem. Et hec sit dictuȝ de p'ma dubitatione de qua si placeret possi
fieri comode questio specialis supra libruȝ octauū. Sc̄da dubitatio erat quo quāti
tas doni mensuret' vtr .s. vtilitate recipientis vel grauamine donantis vel neutro
sȝ poti9 electione et affectu donantis. De qua dubitatione ꝑut michi uidet' intentio
Aristotilis ꝛ Senece et alioꝝ moraliuȝ ē, qd in amicitiā virtuosa seu ꝑꝑt' honestuȝ
quantitas beneficij debet principaliter attendi ex electione ꝛ affectu donantis ꝛ nō Qualit' doctori retribuēduȝ sit

ex pretio doni exterioris nisi solum significative. Dicit enim Aristoteles in 8° huius: In hiis autem amicitiis secundum virtutem accusationes quidem non sunt, mensure autem assimulatur operantis electio. Virtutis enim et moris in electione principale. Et Seneca primo de beneficiis dicit: Non quid detur aut quid fiat refert sed qua mente. Et subiungit ibi Seneca verba pulcra ad propositum dicens: Si beneficia in rebus non in ipsa beneficiantis voluntate consisterent, eo maiora essent quo maiora sunt ea que accepimus. Id autem falsum. Non numquam enim nos magis obligat qui dedit parva magnifice quam qui regum equavit opes animo, qui exiguum tribuit sed libenter, qui paupertatis sue oblitus est dum in eam respiceret, qui accipere se putavit tum daret, qui dedit tamquam non recepturus, recepit tamquam non dedisset, qui occasionem non quesivit qua prodesset. E contra ingrata sunt licet re aut specie magna videantur que danti aut extorquentur aut excidunt; multo quam gratius venit quod facile quam quod plena manu datur. Exiguum est quod in me contulit sed amplius non potuit. At id quod dedit magnum est sed dubitavit, sed distulit, sed cum daret gemuit, sed superbe dedit, sed circumtulit et placere non ei cui prestabat voluit. Ambitioni autem dedit non michi. Dixi autem solum significative quia dona exteriora maiora si donantes deceat tanta dare interiores affectus ceteris paribus designant maiores. Et in amicitia propter utile dicendum est absque dubio quod beneficium magnitudinem non habet neque mensuram ex affectione interiori dantis ad recipientem, quia in quantum dat causa utilitatis proprie nullam habet affectionem bonam ad recipientem. Ita enim alteri cuicumque daret si crederet utile esse sibi. Est igitur considerandum quod in amicitia que precise est propter utile dationes et retributiones mutue distinguuntur a venditionibus et emptionibus. Conveniunt enim primo quia utrobique oportet dare quid pro quo. Secundo quia oportet utrobique utrumque lucrari saltem secundum opiniones ipsorum. Qui enim equum suum permutat pro pecunia credit pecuniam utiliorem esse sibi equo, et alter econverso credit equum esse sibi utiliorem pecunia illa. Et sic uterque credit plus accipere. Sic etiam in amicitia propter utile non contraheretur in aliquos nisi uterque crederet plus recipere et lucrari; ideo si non fieret ita non attingeretur finis talis amicitie, propter quod oporteret eam dissolvi. Distinguuntur tamen in aliis, quia in vendibilibus intervenit pactum, scilicet communem consensum et expressum de habendo certum quid et certe quantitatis pro certo quo et certe quantitatis et status. In amicitia autem quandoque datur certum quid sine pacto de rehabendo certum quid vel certe quantitatis, ymo omnino sine pacto de rehabendo per modum puri doni, licet intentio non sit donandi pure. Aliquando etiam prestatur certum quid sub pacto rehabendi idem vel equale et sub spe quod alias prestabit ei econtra quando indigebit, aliter illa prestatio magis esset propter honestum quam propter utile. Videamus igitur quo rei vendibilis aut emibilis pretium mensuratur, quia per hoc propositum poterit esse manifestum. Dicamus igitur sicut apparet in 5° quod rei venalis mensura est communis indigentia humana. Ob hoc enim videmus quartam vini maioris esse precii uno tempore quam alio tempore due quarte. Sed ad hanc communem mensuram addunt vel diminuunt indigentie particulares commutantium. Habundans enim in frumento non daret tantum pro modio frumenti quantum daret indigens frumento. Et habundans in pecunia, igitur res eadem et eodem tempore apud habundantem est minoris precii, apud indigentem est

maioris. Dicam ergo consimiliter quod precium beneficii in amicitia propter utile primo mensurabit per eius
indigentiam loco et tempore quo beneficium illud datur. Secundo ad hanc mensuram fiet additio
propter indigentiam recipientis. Quanto enim magis indigebit tanto donum maioris precii reputare
debebit. Propter quod in tali amicitia bene considerandum est quod dona fiant tunc talia quando et quibus
recipientes multum indigeant. Tertio fit adhuc additio ad illam mensuram si dans in
eo quo amicus indiget non habundet. Nam si dans ex eo quod dedit aliquod dampnum incur-
rit vel facere comodum suum dimisit donum debet multo maioris precii reputari propter quod
in tali casu non debemus recipere dona amicorum nisi plurimum indigeamus. Et econtra prima
mensura beneficii minoratur ex habundantia dantis et non indigentia recipientis. Et ita
sicut dictum est de hac secunda dubitatione ita proportionabiliter dicendum est omnino de quarta
dubitatione qua querebatur quo mensurari debeat quantitas retributionis. Item consequenter
videndum est de tertia dubitatione, in qua querebatur secundum cuius extimationem quantitas
doni mensurabitur. Et videtur michi dicendum esse quod uterque debet quantitatem doni extima-
re. Primo quidem dans ut sciat quantum debeat sperare retributionem et ut sufficiat sibi tanta.
Secundo recipiens ut sciat in quanto tenetur. Et eodem modo dicendum est de quinta dubitatione
uterque enim debet extimare quantitatem retributionis. Primo quidem retribuens ut sciat si sit suffici-
ens, quia si sic bene est, et si non oportet ut consideratur benefactori promittens se bene alias satis-
facturum. Secundo recipiens retributionem debet extimare eam ut si est sufficiens sibi sufficiat
et perseveret in amicitia, et si non sit sufficiens expectet supplementum loco et tempore faciendum.
De sexta vero dubitatione dicendum est quod ad retribuentem spectat invenire proportionem retri-
butionis ad primum donum sicut Aristotiles determinat: quia benefactor sibi dedit aucto-
ritatem hoc faciendi in quantum non per modum mutui sed in quantum per modum doni dedit quan-
tum ipse intenderet retributionem. Et quia quilibet si debeat benagere debet opus suum omnibus cir-
cumstanciis debite proportionare. Ideo retributio opus est retributoris non primi benefactoris.
Dicendum est tamen quod retributor si honeste potest scire intentionem et extimationem primi benefac-
toris debet illam si comode potest proportionem predictam invenire. Et si extimationem primi bene-
factoris ignoret faciat ipse secundum propriam discretionem. Et hoc intendebat Aristotiles ut michi videtur
cum dixit: Maxime quidem forte oportet retributionem fieri mensuram amborum secundum dignitatem
esse. Si autem non hoc accidat non solum necessarium esse videbitur prehabentem ordinare sed etiam
iustum. Addit etiam Aristotiles documentum bonum ut dignior fiat retributio quia quia
homines multa non equaliter appreciant indigentes et repleti. Ideo forte oportet non tanto
appreciari, quanto habenti videtur dignum, sed quanto ante hec appreciatus est. Respondendum est
ergo ad rationes. Ad primam dicendum est quod in amicitia inequalium excellentior esset melior ex-
stimator eorum quorum extimatio ad utrumque eque spectaret. Hoc tamen non obstante alter
deberet illa extimare. Similiter nec excellentior est dominus omnium actuum inter ipsos con-
sequtorum ymo quilibet suorum. Ad secundam dicendum est quod uterque debet extimare quantitatem
retributionis faciende sed retributor invenire debet in quo quando et quomodo retribuat
ut retributio dono debite proportionetur. Ad tertiam dicendum est quod tam emptor quam debitor

extimat pretium rei vendende et emende. Quarta ratio procedit ſicut prima. Quinta ratio
procedit de amicicia propter honeſtum. Nam in amicicia propter utile utilitas eſt principaliſſima quia
finis ad quem cetera ordinantur. Ad ſextam dicendum eſt quod a primo dante eſt bene extimanda
retributio ſed non ordinanda cum illa non ſit actio eius et cum ipſe conſerit ordinationem illam
recipienti ut dictum fuit. Et tamen conceſſum fuit quod retribuens ordinare debet eam ſecundum ex
timationem dantis ſi ſciat et comode poſſit. Nec illa ratio plus concludit. Et eodem modo di
cendum eſt ad ultimam rationem. Prima ratio ad oppoſitum procedit de amicicia propter honeſtum.
Ad ſecundam dicendum eſt quod ille dator qui minus donum ſuum magnificat non bene agit
nec eſt conveniens amicus etiam utili amicicia. Nos autem loquuti ſumus de hiis qui debite ex
ercent illam amiciciam. Ideo ratio non eſt ad propoſitum. Ad terciam rationem conceditur quod dans
non debet retributionem ordinare qui tamen debet extimare eam cum ſperet eam. Ideo ratio
non concludit. Omnes alie quinque rationes arguentes quod ſcilicet extimationem recipientis bene
ficium debeat fieri retributio conceduntur modo ſupius determinato. Prima ratio ad oppoſitum
procedit de illo receptore qui non bene exercet amiciciam ſicut dictum fuit de datore. Ideo nich
il ad propoſitum. Ad ſecundam rationem dicendum eſt quod quacumque menſura menſuretur donum vel re
tributio utrumque debet uterque pro poſſe extimare. Quando etiam dicitur quod pacientis utilitate
non debet menſurari retributio, hoc eſt negandum quamvis etiam aliis debeat menſurari
ſicut dictum fuit. Ad hec autem quod opponitur de divite et paupere dicendum eſt quod inter eos
non debet ex eodem bono fieri donum et retributio ſicut dictum fuit. Ideo ratio non
valet. Alia ratio conceſſa eſt. De penultima ratione que arguit de doctrina, et conſimiliter
de ultima ratione dictum fuit ſatis in poſitione.

Secundo conſequenter queritur utrum

Oportet patri magis obedire quam alicui alteri. Arguitur quod ſic, quia cui magis
ſumus obligati magis debemus obedire, ſed pre ceteris magis ſumus obligati parentibus, quod
apparet primo quia ab eis maxima recepimus, ymo omnia, quia eſſe, nutrimentum et doctri
nam. 2o quia pater dominus eſt filii. Primo ſcilicet naturam in quantum ab eo habemus eſſe et nu
trimentum. Secundo ſecundum mores in quantum ab eo habemus doctrinam. Et adhuc magnum
ſignum quod nos ſumus ei maxime obligati eſt quod minus poſſumus ei facere retributionem condignam
quam alicui alteri ut vult Ariſtoteles. Et quia maior et fortior eſt obligatio ſcilicet naturam quam ſcilicet conſue
tudinem vel inſtitutionem humanam: patri autem obligamur ſecundum naturam, principibus autem vel
legibus aut aliis vel ſcilicet conſuetudinem vel humanam inſtitutionem. Et quia primo ſumus ob
ligati patri, poſterius autem principibus et aliis. Cum domus ſit prior civitate. Cui autem plus obli
gamur huic magis obedire tenemur. Oppoſitum arguitur quia iuſtius precipienti eſt
magis obediendum ſed homo ratione virtutis iuſtius precipit quam ratione paternitatis, cum ratione
virtutis ſit iuſtus et non ratione paternitatis, ergo magis obediendum eſt virtuoſo non patri
quam patri non virtuoſo vel eidem ratione virtutis quam ratione paternitatis. Item domino ſuperio
ri eſt magis obediendum quam domino inferiori ſed princeps eſt dominus ſuperior patre, ergo principi
eſt magis obediendum. Maior probatur multipliciter. Primo quia cauſa ſuperior eſt potior et magis

influens in. Secundo quia bonum quanto communius tanto melius et divinius et dominus superior magis tendit ad commune bonum. Tertio quia dominum inferiorem oportet obedire domino superiori et ita precepta domini inferioris contra precepta domini superioris nullam debent habere efficaciam. Quarto quia licet ab inferiori appellare ad superiorem et non econtra ideo necesse est superiori obedire et non inferiori. Sciendum est quod obedientia respicit preceptum: precepta autem pertinent solum ad dominos in hiis et ad eos in quibus et ad quos habent dominium. Exauditio magis respicit petitionem preces et supplicationes. Preces autem pertinent ad inferiores vel equales. preces ergo inferiorum vel equalium exaudimus. preceptis vero dominorum obedimus. Secundo sciendum est quod ista questio multipliciter potest specularj. Uno modo utrum oportet magis obedire patri quam amico virtuoso. Secundo modo utrum oportet magis obedire patri quam principi vel legibus. Possunt etiam specificari aliis modis de quibus non est vis. quia si duobus predictis fuerit visum poterit satis de aliis esse manifestum. De primo ergo dicamus quod virtuoso ratione qua virtuosus vel amico ratione qua amicus, vel etiam amico virtuoso ratione qua amicus virtuosus non oportet obedire quia amici virtuosi debent ad invicem esse equales neutro super alterum habente dominium proprie loquendo. Ideo ubi pater preciperet filio in hiis in quibus haberet super ipsum dominium comparatio erat nulla. patri enim esset obediendum et non amico virtuoso. Sed tunc esset dubitatio an sit magis precepto patris obediendum vel preces amici virtuosi exaudiendum. Ad quod ego respondeo quod si preceptum patris fuerit licitum et honestum, et de hiis in quibus pater super filium habet dominium magis erit obediendum patri. Cuius ratio est quia obligatio subditi ad dominum est in virtute iustitie. Ideo non obedire esset iniustificare. Sed obligatio amici ad amicum vel virtuosi ad virtuosum est in virtute solum liberalitatis et amicitie. Modo maxima peccatorum sunt in iniustificationes sicut apparuit in prioribus libris. Maiora enim sunt peccata contra virtutes cardinales quam alias et maxime contra iustitiam. Dixi autem si preceptum fuerit licitum et honestum, quia in illicitis et inhonestis nulli domino est obediendum ymo quo ad talia nullus alteri est subiectus. nec per consequens aliquis est quo ad talia dominus alicuius. Dixi etiam de hiis in quibus pater habet dominium, quia in quo cessat dominium in hoc preceptum non habet locum, nec in hiis per consequens obedire oportet. Non enim omne quod per modum precepti proponitur oportet tamquam preceptum recipere. Et si omne quod per modum precepti proponitur volumus vocare preceptum, tamen si fiat de hiis in quibus precipiens super illum cui precipit non habet dominium illud preceptum erit illicitum. licet non ex parte rei tamen ex parte precipientis. Nulli enim de iure licet precipere ei super quem dominium non habet. Preceptis autem illicitis non est obediendum. Deinde dicendum est de alia specificatione scilicet an magis sit obediendum patri vel principi. Circa quod notandum est quod princeps habet commune dominium super omnes de civitate quantum ad opera civilia scilicet que cadere possunt in commune dampnum vel commodum civitatis. Sed quantum ad opera precise domestica, pater habet dominium et non princeps. Dico autem opera domestica precise, quia in casu opera domestica induunt rationem operum civilium. Verbi gratia. Domesticum opus est ortos colere, arbores plantare, frumentum emere, vendere, custodire. tamen casu contingente videlicet si civitas est obsessa inimicis. princeps secundum exigentiam circumstantiarum coget frumenta vendere, arbores extirpare, et sic de aliis. Sed ubi in nullum preiudicium civitatis esset arbores plantare vel eas detruncare, aut frumenta vendere vel ea custodire, princeps in nullo

ſe haberet de hijs intromittere. Ex hijs ſtatim habetur quod quantum ad opera ciuilia non oportet pa

obedire quia de hijs precipere non habet cum non ſit dominus quo ad ea. principi autem oportet

obedire quia dominus est et ſuper pope pot. Concedendum est tamen quod ſi pater uſurpando ſibi preceptum p

cipiat in talibus aliquid quod non uideatur eſſe malum, faciendum est illud non per obedientiam ſed per exau

ditionem quia preceptum cum ſit ex parte precipientis illicitum, non debet recipi ſecundum uirtutem precepti

ſed ſecundum uirtutem precis uel conſilij. Et econuerſo etiam dico quod quantum ad opera proprie domeſti

ca obediendum est patri, in licitis et honeſtis quia ſic dominium habet. Et non eſſet in talibus

obediendum principi, quia non habet in illis dominium, et ſi ſibi uſurparet tyrannicum eſſet. quo

caſu propter timorem rationabilem eſſet ei obediendum dum tamen illud quod precipit non eſſet inhoneſtum

Sed pone caſum quod princeps, quacumque uſurpatione dominij placet tibi, precipiat uendere

frumentum, pater precipiat retinere an tu uendes frumentum. Dicam quod non, quia preceptum

regis iniquum est cum non habeat iuſtum dominium ideo non est ei obediendum: et quia imponere

manus in bona alterius inuito domino est iniuſtificare. Et ſi metu cadente in conſtantem

uirum tu principi obedias tu peccabis ſed venialiter ut dicebat in 3° libro. Ponamus

ergo aliud caſum quod pater precipiat portare frumentum in grangiam et princeps ſub pena capi

tis hoc iubeat licet iniuſte. An ergo filius obediet patri Credo quod non debebit obedire, quia

in illo caſu preceptum patris eſſet irrationabile et per conſequens illicitum quia irrationabile est omnino po

nere in manifeſto periculo perditionis illud quod est ſine proportione maius pro ſalute minoris. filius

autem ſine proportione est maius bonum patris quam frumentum, et quia preceptum irrationabile est

quod exequi est irrationabile. Sed ſe manifeſte perditioni exponere pro ſalute frumenti eſſet irra

tionabile quamuis ſe in bello exponere pro ſalute frumenti contra raptorem eſſet rationabile, ubi de

uictoria ſpes probabilis haberetur. Et ſcias quod multum differt caſus iſte a priori. In primo enim

caſu peccatum erat non quia pater precipiebat ſed quia inuito domino ponere manus in bona

eius est iniuſtificare. In ſecundo autem caſu filius non tangeret bona patris domini exiſtentis. Sed

ſolum non faceret quod pater illicite preciperet. Eodem modo dicendum est ſi paciens ſubiciat

ſe medici dominio quantum ad ſanitatem recuperandam ipſe quo ad hoc tangencia magis

debet obedire medico quam patri uel regi ymo nec patri nec regi est proprie obediendum

quia quo ad hoc non habent dominium ſuper illum. Similiter etiam quo ad doctrinam tangentia

obedire oportet et ita de alijs. Sed ponatur quod pater precipiat de opere domeſtico et princeps

de politico dicat uidelicet dicat pater vade in agrum et princeps dicat uade ad prelium

quid erit faciendum. Reſpondet girardus bene quod principi erit obediendum. poſito tamen

quod utrumque preceptum ſit rationale altero circumſcripto. Et hoc probat ſufficienter per rationes que

arguendo adducte fuerunt. ad probandum quod domino ſuperiori ſit magis obediendum

Hijs uiſis ſoluende ſunt rationes. Ad primam potest dici quod non magis obligatur ad obediendum

patri in operibus domeſticis quam ad obediendum principi in ciuilibus ymo econuerſo propter ſuperio

ritatem dominij et melioritatem boni ciuilis. Et quia facilius est abſolui a dominio patris quam

a dominio principis cum ſit facilius et minus dampnoſum ſeparari a domo quam ſeparari a tota ciuita

te. Et quando dicitur quod a patre maiora et plura bona recipimus dicendum est quod licet hoc concedatur

tamen ex hoc pater in filium non habet dominium saltem post usum rationis et prudentie quia illa bona filio donavit et transtulit in dominium filii ex naturali debito paterne sollicitudinis et amicitie. Quod autem pater sit omnino id est quantum ad omnia dominus filii negandum est et concedendum est quod filius non potest recompensare patri equale vel plus recepto sicut prius declarabatur. Sed recompensatio vel retributio non est per obedientiam cum fiat de bonis quorum retribuens est dominus. Et est concedendum quod obligatio per naturam est fortior obligatione secundum consuetudinem. Ideo filio non licet ante usum rationis exire a dominio patris. Sed potest exire a dominio principis si pater velit se et filium a civitate separare. Sed postquam filius habet usum rationis et prudentie cessat naturale dominium patris super ipsum et sit dominium voluntarium si filius velit manere cum patre et sub patre. Et forte non est filius prius sub dominio patris quam sub dominio principis quia pater ante generationem filii et bona patris erant sub dominio principis. Ad rationem que arguit quod magis sit obediendum virtuoso, dicendum est quod licet virtuosus sit iustus tamen si non sit dominus ipse non potest iuste precipere licet possit iustissime precari consulere vel exhortari et persuadere etc. Et sic finitur questio.

Ertio queritur utrum oportet magis subvenire patri quam alicui alteri. Arguitur quod sic, quia subvenire alicui est ratione pietatis et amicitie: sed nichil est magis pium quam videre patris indigentiam et nichil etiam est amabilius patre, tum quia ipse maxime est amicus tum quia ab eo maxima et plurima bona recepimus igitur etc. Item illi est maxime subveniendum si indigeat cui non possumus sufficienter retribuere et cui semper remanemus debitores, pater est huiusmodi igitur etc. Item pars magis debet subvenire toti quam alicui extraneo sicut naturaliter videmus quod pro salute totius corporis manum vel pedem statim exponimus. Sed filius est sicut pars quedam patris ideo etc. Item sicut sibi ipsi est magis subveniendum quam alteri, ita sibi propinquiori et coniunctiori est magis subveniendum quam remotiori, sed filius est patri propinquissimus ideo etc. Oppositum arguitur quia cum amico ratione amicitie sit subveniendum oportet illi magis subvenire quem magis amamus. Filium autem magis amamus quam patrem ut prius dicebatur. Igitur oportet magis filio subvenire, et quia hoc est naturalius cum bruta magis subveniant filiis quam parentibus. Item magis subveniendum est ei quem magis est amandum. Sed virtuosum hominem est magis amandum quam patrem. Nam cum nichil sit amabile nisi bonum magis bonum est magis amandum. Sed virtuosus non pater est melior patre non virtuoso. Vel est homo dicitur melior et per consequens amabilior ratione virtutum quam ratione paternitatis igitur magis est amandus et per consequens ei subveniendum virtuosum non patrem quam patrem non virtuosum, vel eidem magis ratione qua virtuosus quam ratione qua pater. Item secundum amicitiam meliorem et excellentiorem est magis operandum, sed amicitia precise secundum virtutes est multo melior et excellentior illa que est precise secundum paternitatem et filiationem. Hoc probatur multipliciter. Primo quia prima amicitia non potest esse nisi bonorum, secunda autem indifferenter potest esse bonorum et malorum. 2o quia secundum primam amicitiam distinguimur a brutis et excellimus ea, in secunda vero eis convenimus. 3o quia prima amicitia est in nobiliori potentia, scilicet in ipsa voluntate. Secunda vero amicitia est in appetitu sensitivo cum conveniat tam fatuis quam sapientibus et tam brutis quam hominibus. 4o quia prima amicitia habet pro obiecto bonum anime, secunda vero bonum corporis

qd filius a patre recepit. Modo sicut dicit 7º politice. Si quidem aia est preciosior
et possessione & corpore necesse et dispositionez optimã uniuscuiusq; pportionabilit hys hẽr.
Igit concludemus qd scilz amiciciaz uirtuosam magis ẽ opandu q scilz paternã. Cũ igit
benefacere sit opus amicicie sequit q magis ẽ benefaciendu uirtuoso. Itez cui magis ẽ
obediendu ei magis obligamur & cui magis obligamur ei magis ẽ subueniẽdu. Si magis
ẽ obediendu uirtuoso q patri ut dicebat in alia qõne g̃ rc. Sciendu ẽ q ista quinq; noia
si pprie sumãt distinguunt puta satisfactio restitutio redditio solutio et retributio. Pmo q
satisfactio respicit illataz iniuriaz. Restitutio uõ respicit rem iniuste sublataz. Redditio
aũt respicit rẽ comodataz uel depositaz uel locataz. Solutio uero respicit rem ex legali
obligatione debitaz. Retributio respicit rem donataz. Subuentio aũt de qua qstio formata ẽ respicit indigẽciaz. Et si coiter accipiat pot extendi ad omnia noia predicta respectu
psonaz indigentiũ. Tñ magis pprie dicit de gratuita donatione uel mutuatioẽ psone
indigentis. Donatio aũt & mutuatio a predictis noibus distinguunt quia nullũ connotat
actuz priorez inter dantez et mutuantez et recipientẽ et iõ donatio uel mutuatio fiunt
pprie scilz meraz liberalitatem uel amiciciaz aut cõpassionẽ. Sz quinq; alia fiũt rõne actuu
pcedentiuz quos illa quinq; noia respiciũt. Ex hys aũt satis apparet q satisfactio nõ
ẽ nisi eius qui iniuriaz intulit ei qui passus ẽ. Nec restitutio ẽ nisi spoliatoris ei qui spoliatus ẽ. Nec redditio ẽ nisi hentis comodatuz vel dispositu; uel locatuz aut huiusmõi ei
qui mutuauit deposuit uel locauit. Nec solutio ẽ nisi debentis ex legali obligatioẽ
debitoris creditori. Nec retributio ẽ nisi eius cui donatu; ẽ donatori i. beneficiati benefactori. Utimur eciã loquendo pprie noibus benefactoris & beneficiati p donatore & eo qui donu
pcepit. Ex quo apparet q pdictoz ad pdictos scilz qd huiusmõi referendo singulis
singulos non sunt donationes. Sz donationes & mutuatioẽs fiunt ad amicos et compatriotas aut uicinos aut consortes rõne amicicie vel patrie vel societatis et huiusmõi vel etiã
donationes fiunt etiã ad extraneos in necessitate constitutos rõne humane compassionis vel et
magnoz uiroz aut bonoz ad uirtuosos rõne bone famie et uirtutis. Dicẽdu est
g̃ pmo q magis ẽ satisfaciẽdu leso uel restituendu spoliato vel reddẽdu ei qui mutuauit vel deposuit vel soluẽdu creditori q donare vel mutuare amico uel patri vel alteri
cuicuq; ceteris pibus i. ipis existentibus in equali indigẽcia et equalit uirtuosis. Causa ẽ q
omnes pmi actus ptinẽt ad iusticiaz directe sic q nõ satisfacere leso petenti satisfactionez uel nõ soluere petenti solutionez et sic de alys esset directe iniustificare. Sz donare
uel mutuare nõ ptinent directe ad iusticiaz ymo ad liberalitatez vel amiciciaz ideo nõ
donare uel nõ mutuare nõ ẽ directe iniustificare sz ẽ illiberalit uel inamicabilit se habere.
Peccata aũt contra iusticiaz sũt maiora q contra ceteras uirtutes et iusticia melior ẽ quã
alie uirtutes ut declaratuz fuit in 2º et in 5º ideo rc. Nec ualet si quis obiciat qd
uiroz amicoz ẽ omnia bona sua pfecte coicare. Hoc eciã non ẽ uez nisi saluo iure alioz
Sz contra iusticiaz nunq oportet ea coicare quia dicit Tullius in libro de amicicia. Hec igit
lex in amicicia sanctiat ut neq; rogemus res turpes neq; faciamus rogati. Si at cetera

nom essent patria

non eſſent paria non oportet illam omnem uiam eſſe ueram. Non enim omni caſu reddendum eſt depoſitum
aut ſoluendum debitum. Ut ſi creditor ſit in furia uel ſi creditor forte ſit habundans copioſe et pater
ſit in extrema neceſſitate conſtitutus uel amicus uel etiam uirtuoſus extraneus, et tu ſolum haberes duos de
narios et tantundem deberes creditori qui inſtancia debitum ate repeteret. puto quod potius eſſet
de illis denariis emendum panem ad ſubueniendum patri uel amico quam reddendum creditori, quia ne
ceſſitas legem non habet. ymo in extrema neceſſitate omnia ſunt communia in tantum ut puto quod in
neceſſitate conſtituti poſſunt licite non ſoluere debitum vel non reddere depoſitum. Sed ab habun
dantibus inuitis uiolenter auferre poſſent. In quibus autem caſibus et in quot dicta conclusio pate
retur inſtanciam uidelicet quod non magis eſſet reddendum vel ſoluendum quam donandum non eſt
poſſibile determinare propter infinitatem circumſtanciarum ſicut notat Ariſtotiles. Si enim ſuperexcedat
donatio vel datio bono uel neceſſario ad hoc declinandum. // Secundo ponende ſunt queſtiones de
comparatione ſatiſfactionis reſtitucionis, redditionis et ſolucionis, adinuicem. Et uidetur eſſe dicendum
quod citius eſt reſtituendum ablatum quam reddendum depoſitum ſi hec non poſſunt ſimul fieri et cete
ra ſint paria, quia ſcilicet fortiorem obligationem citius eſt agendum. Sed ille utrique obligatus
eſt in hoc quod rem ſuam habet et alterius obligatus ſpoliato quia in eum iniuſtificauit. Item peiora
citius ſunt reformanda. ſed non reſtituere eſt peius quam non reddere, quia ante receptionem depo
ſiti non male tenebat depoſitum. ſed et ante et poſt ablati repetitionem ſemper male tenebat
ablatum. Et eodem modo apparere poteſt quod citius eſſet reddendum depoſitum quam ſoluendum
debitum, quia dominus depoſiti formaliter eſt qui depoſuit non qui habet. ſed dominus pecunie creditori ſol
uende non eſt creditor ſed qui habet. Modo iniuſtius eſſe uidetur retinere rem alterius ipſo in
uito quam retinere rem que ſua eſt quamuis debeat poſtmodum eſſe alterius illo inuito racionabiliter. Et
ob hoc etiam iudices magis conſueuerunt dilationem aliquam concedere de ſoluendo debitum quam
de reddendo depoſitum. // Sed contra hoc obicitur quia ſcilicet fortiorem obligationem citius
eſt agendum. ſed uidetur quod ego magis ſum obligatus creditori quia magis teneor ei qui plus michi
fecit quam ei pro quo ego feci. Creditor autem multum fecit pro me credendo michi debitum, ego
autem multum feci pro alio cuius depoſitum cuſtodiui. Reſpondeo quod quantum ad graciam huiuſmodi
inde factam ego magis ſum moraliter obligatus debitori ad gratiarum actiones et ad re
tributiones faciendum preter debiti ſolutionem. Sed quantum ad rem depoſitam ego omnino
ſum obligatus ad non retinendum rem alterius ipſo inuito. // De ſatiſfactione autem dicendum
eſt quod nomine ſatiſfactionis poſſumus uti uel utimur uno modo communiter alio modo ſpecialiter. Satiſfac
tio communiter accepta eſt communis omni diſſolutioni racionabili cuiuſlibet obligationis. Ita quod reſtitutionem
redditionem et ſolutionem et retributionem condignas uocamus ſatiſfactiones. et ſic non inten
dimus hic de ſatiſfactione. // Satiſfactio autem ſpecialiter dicta uel accepta diſtinguitur
contra predictos actus. Et ſubdiſtinguitur iterum quia aliquando ſatiſfactio capitur prout reſpicit
obligationem principalem et diſtinguitur proprie contra reſtitutionem. Conueniunt enim quia utraque
reſpicit illatam iniuriam. Sed differunt quia reſtitutio reſpicit iniuriam ſpoliatiuam qua
quis ad ſe traxit rem alterius illo inuito uel nolente. Satiſfactio autem reſpicit iniuriam
illatam non ſpoliatiuam ſed corporis leſiuam. aut poſſeſſionum deſtructiuam uel honoris et

fame depressinam et huiusmodi. Alio modo satisfactio accipitur proprie ut respicit solum dampna expensas et interesse consequentia ad obligationem principalem ex peccato vel deffectu obligati quecumque fuerit illa obligatio. Et quando satisfactio accipitur isto modo tunc oportet quod restitutio accipiatur communius quam prius scilicet prout respicit illatam iniuriam tam proprie spoliativam quam non proprie spoliativam; verbi gratia si comburas domum restitutio erit quod reficias novam. Si vulneres quod sanare facias. Et quod ultra emendandum erit pertinebit ad satisfactionem. Si ergo loquamur de satisfactione ultimo modo accepta prout scilicet respiciat consequentias ad obligationem principalem videtur quod magis sit dissolvendum obligationem principalem quam de consequentiis ad ipsam satisfaciendum saltem ut in pluribus si ambo simul fieri non possunt quia ad principalius est magis et principalius attendendum. Dico autem ut in pluribus quia circumstantie possunt aliquando ordinem permutare. Sed si satisfactio capiatur priori modo forte potest dici quod citius est restituendum ceteris paribus quam satisfaciendum; verbi gratia equum ablatum prius est restituendum quam pro equo occiso alterum reddendum quia hoc modo satisfactio proportionabiliter se habet ad restituendum sicut redditio ad solutionem. Rei enim ablate dominus vere est non qui habet sed qui spoliatus est. Qui vero equum interfecit nichil habet cuius alter sit dominus verum. Et sicut dixi omnium predictorum ordo mutari potest aliquando propter diversas et innumerabiles circumstantias quas loco et tempore oportet combinare prudentem.

Tercio dicendum est de comparatione donationis mutuationis et retributionis adinvicem. Et dico statim quod ceteris paribus potius est retribuendum quam donandum vel mutuandum quia quibus est donandum mutuandum vel retribuendum existentibus pariter amicis pariter virtuosis et pariter indigentibus retributio ultra id quod donatio vel mutuatio significant connotat obligationem ex recepto beneficio. Sed ad quod faciendum magis obligamur hoc magis est faciendum. Dico etiam quod inter perfectos et proprissime dictos amicos mutuatio non habet locum sed solum donatio et retributio, quia mutuatione non communicant bona perfecte et simpliciter, amicorum autem predictorum est omnia bona communicabilia perfecte et simpliciter communicare cum talis amicus sit alter ipse. Similiter etiam neque mutuatio locum habet ad pauperes impotentes, qui neque pecunia neque servicio vel alio quod pecunia mensurabitur reddere possent, immo divites illis pauperibus debent donare simpliciter et pauperes debent eis retribuere in orationibus et regratiationibus aut reverentiis et honoribus. Hoc est per se manifestum. Sed in debili amicicia sicut est amicicia propter utile vel amicicia conviciniorum consociorum, consanguineorum et compatriotarum ratione vicinie societatis, patrie vel consanguinitatis, et huiusmodi locum habent, tam mutuatio quam donatio vel retributio: in quibus satis apparet quod aliquando magis est donandum aliquando magis mutuandum secundum diversitatem rerum communicandarum personarum et amicitiarum et aliarum circumstantiarum. In rebus enim modici precii turpe esset aliquando pactum apponere de reddendo ubi non esset turpe magna dare sine pacto. Quando autem sit donandum vel mutuandum in talibus iudicio prudentis relinquendum est. De retributione autem comparata ad solutionem vel redditionem aliqui dubitaverunt scilicet an magis sit retribuendum donatori quam solvendum creditori vel reddendum mutuatori ceteris scilicet datore creditore vel mutuatore eque indigentibus et eque virtuosis existentibus. De hoc enim aliquibus visum est quod magis sit retribuendum donatori quam solvendum creditori vel reddendum mutuatori.

qr sedz maiore obligatione magis e opandu3 sz magis obligamr donatori, pbatio qr mai9
beneficiu3 magis nos obligat ceteris pib9. Sz si quis mutuat vel credit michi decem
donans facit michi multo mai9 beneficiu qz mutuas g° zc. Minor statiz pbat quia
licet res exterior que e materia beneficij sit equalis, tn modo et act9 interior no sunt
equales. Mai9 eni beneficiu e donare. pmo quia rei dniu3 transfert simplicit in reci
pientez. Scdario quia donatio fit ex maiori amore uel affectione ad recipietez
qz mutuatio // Sz hec non e tenendu3, quia retribuere ide e qd donare 7 retri
buere idez qd redonare redonare aut e donare. Sz dictu3 fuit pri9. qd poti9 est
reddendu3 vel soluendu3 qua donadu3 g° zc. Et cu ad hec e que dicta fuit prig
.s. quia tribuere non e act9 ppie ptinens ad iusticia3 sicut reddere et soluere Nam
ille cui donatu3 e ad que spectat retribuere. factus e simplicit dnus rei. Qui uero do
min9 e simplicit rei nulli i iustificat si ea3 retineat, si eam neq3 donat neq3 redonat
Sed illiberaliter opans ingrat9 est. Et forte qd obhoc iudex cogit ad soluendu3 uel
reddendum et non cogit ad retribuedum. // Ad roe3 in oppositum dicendum e quod
indubitanter donans maiorem facit gratia3 et mai9 beneficiu, et io morali obligaoe
magis ei obligamur, quia alteri pret obligatione moralem legaliter legaliter obliga
mur // Et iter3 dicendum e plane qd beneficiu mai9 magis obligat ad ama
dum ad honoradum, ad regratiandum, Sz non e necesse qd mai9 beneficiu magis
obliget ad dandu3 rem sua3 qz min9 beneficiu ad reddendum aliena3 // Dicedu3
e etia qr mai9 beneficiu3 magis obligat ceteris paribz, sz cetera non sunt paria, qr
recipiens donu3 nichil habet cui9 donator sit dnus. Sz recipiens mutuu habet
rem cui9 mutuator e dnus // Et si quis dicat qr pdicta no ualet ad pbandum qr
magis sit soluendu3 qz retribuedu3, quia si credis michi pecunia3 ego fact9 sum dns
illius, et nichil habeo cui9 tu sis dnus sicut e si fiat donatio Solutio dico qd no
e sile quia debitor licet heat rei dniu3 tn lege uel pacto obligat9 e ad reliquedum
in dniu3. et in creditorem transferendum, certo termino uel petente creditore. Cu3 eni3
vendo tibi equ3 et credo tibi pecuniam ego ostituo te dniu3 equi non simplicit sz sub pac
to, quia talem pecuniam tali tpore soluas Ideo si pactu3 no teneas tu desinis iuste
habere rei dniu3. Sic aut no erat de donatioe, quia dniu3 rei simplicit et absolute
transferebat in recipietez. Et p hoc etia apparet quid de duplici donatione sit dicedu
Est eni3 queda3 donatio pura sine intentione remunerationis, que inpfecta amicicia
et inpfecta indigentiu opassione het locum. Alia uero quasi mutualis facta sub
exteriora forma doni. sz tn sub intentione remuneratiois, que locu3 het in amicicia
ppter delectabile uel utile. Querit g° cui donatori sit magis retribuedu3. Et ego
puto qd vtrisq3 paribz .s. eq3 indigentib9 et eq3 uirtuosis existentib9 magis esset
retribuendum scdo donatori qui .s. donauit sub spe remuneratiois posito qd
non possit comode fieri ut vtrisq3 retributio, quia talis donatio speciez subitrat
mutuationis scdm intetione3 interiorem, mutuu aut magis reddendu3 ul soluedu

quam ſimpliciter donandum ut dictum fuit. Et iſta ratio ſic magis explanatur. Cum uerba non ad alia inuenta ſint quam ad deſignandum mentis conceptus, verba autem non obligant principaliter ſed ſolum ſignificatiue in quantum deſignant interiorem obligationem mentalem. Sic ergo obligatio principaliter et formaliter accepta non eſt uerbalis ſed mentalis; tamen leges preceperunt iudicia ſecundum uerbales obligationes, quod eſt quia iudices aliter quam per uerba uel exteriora ſigna non poſſunt obligationes mentales cognoſcere. Si autem poſſemus intentiones hominum intueri, leges precepiſſent ſecundum eas iudicia fieri et de uerbis non curaſſent. Cuius ſignum eſt quia illos uerba non obligant, qui ſciuntur non habere ſufficientem diſcretionem ad formandum debite legales obligationes ſicut eſſent pueri vel maniaci. Verba etiam non obligant coactos, quia preſumuntur quod eorum obligationi uerbali mentalis non correſpondeat. Ergo mentaliter obligati ſunt ſimpliciter obligati, et ita ſecundum conſcientiam tenentur agere in uirtute obligationis quo modo leges cogerent eos agere ſi obligatio uerbis eſſet deſignata, uel ſi eſſet poſſibile mentem interius intueri. Sed ſi intentiones donantium et recipientium ſecundum amicitiam propter utilis eſſent uerbis expreſſe vel iudices poſſent eas interius intueri, leges cogerent ad ſolutionem vel redditionem quia uere eſſet mutuatio uel creditio uel venditio creditiua ſecundum quam magis eſſet reddendum vel ſoluendum quam donandum ut dictum fuit, ergo etc. Et detur tale exemplum. Amicus utilis amicitia dat amico frumentum ſub intentione rehabendi vinum tanti precii vel maioris et recipiens ſub conſimili intentione recipit illud vinum. Qui enim propter utile contraxit amicitiam non alia intentione debet recipere quam exigat illa amicitia, quia aliter ipſe uiolaret amicitiam contractam et defraudaret amicum, ſed ſi hee intentiones uerbis deſignentur ut iudex de hiis habeat notitiam, ipſe coget ad ſoluendum tamquam mutuum vel creditum. Ergo ſine iudice oportet ita fieri ſecundum bonam conſcientiam. Et hoc expreſſe dicit Ariſtoteles 8o libro loquens enim de amicitia propter utile dicit: Potenti autem retribuendum ſecundum dignitatem eorum que paſſus eſt. Et quia forte poſſet aliquis dicere quod licet dans daret ſub intentione rehabendi et ſic per modum mutui, tamen recipiens uolens cum illo contrahere honeſtam amicitiam recipit illud per modum puri doni. Contra hoc obicit Ariſtoteles dicens: Nolentem enim amicum non faciendus utique peccantem in principio et bene patientem a quo non oportuit. Non enim ab amico neque propter ipſum hoc operante, id eſt recipiens ſtatim peccat a principio ſi tamquam ab amico propter honeſtum et per modum doni recipiat ab illo qui non uult eſſe talis amicus nec dare gratia recipientis ſed dare gratia rehabendi defraudat enim dantem. Oportet ergo recipiendo intentionem intentioni dantis conformare. Ideo concludit Ariſtoteles dicens: Quemadmodum ergo in dictis beneficiatum diſſoluendum, id eſt in moralibus obligationibus que ſola intentione fiunt ſine uerbali expreſſione beneficiatus tenetur diſſoluere quemadmodum et in dictis, id eſt quemadmodum in uerbis deſignatis et expreſſis. Facta ergo comparatione actuum predictorum ad inuicem qui ſpecie differre uidentur nunc queſtio facienda eſt comparatio eiuſdem actus ad diuerſitatem perſonarum. Exempli gratia: Contingit pure donare filio ſecundum paternam amicitiam et amico uirtuoſo ſecundum amicitiam uirtuoſam et indigenti vicino uel extraneo ſecundum compaſſionem humanam. Queritur ergo cui ſit magis donandum, ſi non eſt poſſibile cuilibet ſimul donare, uel etiam quem

illorum in periculo existentem oportet magis liberare. Similiter etiā de retributione / an sit
amico uel patri / uel extraneo benefactori oportet magis retribuere. De quibus primo dicen
dum ē quod si eque indigeant et eque sint boni filius amicus et vicinus ē donandum vicino / quia
isto casu quicquid ē in vicino rōe cuius sit dandum ei / idem ē in filio et amico / et adhuc plus
sit amicitia specialis. Sed si filius et amicus nō indigeant magis ē donandum vicino uel ex
traneo indigenti / quia frustra donaretur non indigenti. Sed ponamus quod filius et amicus in
digeant / minus tamen quam vicinus quid erit faciendum. Dico quod si vicinus excedenter indigeat
filius autem vel amicus non nisi modicum indigeant dandum ē vicino. immo et filius et amicus
deberent illi dare. Si autem indigentia vicini sit minor in valde modico quam indigentia
filij uel amici dandum ē filio vel amico. Quantus autem et qualis sit excessus indigentie
secundum quem declinandum sit huc uel inde debet unusquisque per propriam discretionem determinare
secundum exigentiam circumstantiarum. Infinite enim possunt contingere differentie / quas nō est
possibile ulli rōne apprehendere. Sed utrum ē magis dandum filio uel amico propter mores uin
culo sanguinis nō coniuncto. Respondendum puto quod magis ē dandum seu ministrandum
filio uite necessaria maxime ante usum rōnis et prudentie quam amico donandum. quia pater
si pot legaliter obligatus ē ad filium nutriendum et ad hoc cogeretur inuitus dare / ergo filio
uite necessaria quasi nō ē donare proprie sed debitum soluere. Sed postquam filius ad statum
uiri peruenerit an magis ē dandum filio vel amico. Respondetur quod ipsis eque indigentibus
et eis uirtuosis existentibus / magis ē donandum filio / quia si magis esset donandum amico
extraneo in casu posito. hec solum esset rōe maioris amicitie. Sed secundum cōem cursum et rec
tum iudicium rōis impossibile ē patrem magis amare extraneum quam filium eque bonum. Si
ergo magis amat extraneum illa amicitia erit preter rōem. Ideo secundum illam agere recta rōe
nō dictaret. Concedendum ē tamen quod amicus extraneus posset in tanto esse indigentior fi
lio uel melior filio et prudentior bonorum suorum dispensator uel etiā res donanda posset
in tanto conuenientior esse statui amici quam statui filij quod indubitanter magis esset dona
ndum amico quam filio. Et hoc etiā contingere posset ex alijs circumstantijs infinitis quas consi-
derandas relinquendum ē industrie operantis. Et per hec soluta ē questio fieri consueta an sit in
extrema necessitate sit magis subueniendum amico propter ydeptitatem generis uel propter ydemptita
tem moris. Ad quam Girardus respondet quod ē magis subueniendum amico propter bonitatem moris
quod probat multipliciter. primo quia amicitia propter bonitatem moris. Claudit enim in se bonitatem simul
delectationem et utilitatem 8° huius. 2° claudit in se ydeptitatem quia amicus ē alter ipse
9° huius. 3° quia claudit in se equalitatem et similitudinem 8° huius. Ultimo quia illi ē sub
ueniendum magis qui simpliciter ē melior et subuenienti melior et talis ē amicus uirtuosus. Et
hec omnia sunt vera ubi consanguineus etiā si esset filius multum deficeret in bonitate illius si
tamen esset eque bonus et subueniens hoc sciret magis esset subueniendum consanguineo / Nec media
Gerardi oppositum concludunt. Si uero consanguineus esset eque bonus et subueniens hoc ignora
ret non deberet ei magis subuenire / quia certum tenendum ē et dimittendum incertum
Sed utrum patri vel filio sit magis dandum vel etiā subueniendum ipsis eque indigentibus vel non

indigentibus et eque virtuosis existentibus. Dicendum est primo quod si non indigeant nisi ad superdictationem magis est dandum filio quam patri, quia sic magis servatur ordo naturalis; sicut enim filius in esse succedit patri et non econverso, et sicut pater generando filium quasi se ipsum infundit in filium, filius autem non se infundit in patrem sed exit a patre quasi elongans ab eo, ita racionabile est divitias patris infundi super filium recipiendo a patre quam fieri econverso. Et ob hoc leges communiter instituunt quod homini possidenti divitias morienti filius in illius divitiis potius hereditarie succedit quam pater. Item quem debemus magis amare ei debemus magis dare, sed filium debemus magis amare quam patrem ut dictum est in 16a questione 8i huius. Sed tu respondebis maiorem esse veram ceteris paribus: Sed cetera non sunt paria quia a patre plurima bona recepisti, que te obligant ad retributionem. Solutio dicendum quod forte falsum est quod a patre plura bona receperis saltem actione benivolo retributione digno. Propter quod saltem conclusio concedit ubi tibi fuerint pater et filius pares in benefaciendo. Secundo dicendum quod donum purum non est non indigenti retribuendum nisi forte in serviciis vel honoribus et reverenciis, ideo instancia non habet locum in proposito. Sed ubi pater tuus et filius tuus indigerent distinguendum est, quia vel illa indigentia est extrema scilicet mortis illativa necessario si ei non subveniatur vel ipsa non est mortis illativa. Si sit mortis illativa dicendum est quod magis subveniendum est filio ceteris paribus, quod patet primo quia filius est magis amandum. 2o quia casu posito plures vita et eque bona salvatur in salute filii quam in salute patris, cum sit verisimile patrem citius debere mori naturaliter quam filium. 3o quia esse et vivere patris quodammodo salvatur et continuatur per esse et vivere filii et non econverso; pater etiam mortuus quodammodo vivit in filio bono. Esse autem et vivere est omnibus eligibile et amabile ut dicitur 9o huius. Ergo eligibilius est et naturalius salvare vitam filii quam patris. Concedendum est quod ubi pater tuus fecit tibi plurima bona et actione benefactivo filius autem nulla aut pauca, tu magis debes declinare ad patrem salvandum non quidem per modum doni simplicis sed per modum retributionis, quia magis est retribuendum quam donandum ut dictum fuit prius. Similiter etiam si pater est bonus et filius pravus vel languidus, vel si pater gerat rem publicam et ob hoc in tale mortis periculum inciderit vel propter alias dispares circumstancias innumerabiles possibile est quod convenientius sit patri subvenire. Si vero pater tuus et filius tuus pariter indigeant indigentia tamen non mortis illativa sed curabili tua subvencione circumscripta, concedendum est quod magis est patri subveniendum quam filio, posito quod filius eque tibi benefecerit sicut pater, quia filius robustior existens potest facilius sustinere gravamina, et quia iunior existens sanabilior est ab illis gravaminibus; ob hoc enim naturaliter omnes magis compaciuntur senibus passis quam iuvenibus; ymo propter idem in isto casu magis est suffragandum patri quam sibi ipsi in casibus vite, id est in calidis vestimentis et in nutrimentis, et specialiter hoc est faciendum si talia nobis ministraverit. Et hoc intendit Aristotiles 9o huius dicens videbitur autem utique nutrimentum quidem parentibus oportere maxime sufficere, et debentes causis essendi melius quam sibi ipsis in hoc sufficere. Et Aristotiles notabiliter dicit sufficere quia secundum reiuvenitatem magis est accipiendum sibi

ad extremam necessitatem quam patri vel filio donandum. Sed habito necessario magis est donan
dum patri in predictis ad sufficientiam quam filio vel sibi ipsi. De retributione autem solet
queri an magis sit retribuendum patri vel virtuoso benefactori. Ad quod responden
dum est quod recepto equali beneficio ab utroque et ipsis existentibus eque virtuosis magis
retribuendum est patri quia sicut esset sibi magis donandum ceteris paribus ita et redonan
dum vel retribuendum consimilibus rationibus. Quod etiam esset in alio quare esset facienda retributio
esset in patre et ultra. Si etiam aliquis dicat quod forte alteri est magis retribuendum rationem con
tracte amicitie hoc nichil prodest quia secundum rectam rationem non est magis amandum extraneum
quam patrem eque bonum. Et si extraneus de facto magis amet hoc est amicitia contra rationem propter quam
ratio non dictaret esse faciendum sed eam dimittendum. Concedendum est tamen sicut in precedentibus
quod si extraneus amicus multo maiora beneficia fecerit vel benefecerit et meliori intentione quam
pater vel benefactor extraneus multo magis indigeat quam pater vel sit multo virtuosior et po
litie sit forte magis necessarius, et sic de innumerabilibus circumstanciis tunc possibile est quod ma
gis sit declinandum ad retribuendum extraneo benefactori. Et de hoc movet Gerardus
unam talem questionem. Utrum filius cum sit periculo teneatur magis liberare patrem ab ini
micis quiquidem pater ipsum genuit nutrivit et docuit quam alium qui eum in consimili casu
liberavit. Et arguit quod sic tum quia pater plura bona dedit filio scilicet esse vivere, et
disciplinam, tum quia filius est pars patris, et pars magis tenetur toti quam alicui extraneo
tum quia filius est res patris, tum quia numquam potest sufficienter patri retribuisse, tum quia pater
magis diligit eum. Gerardus tamen dicit oppositum quia beneficia ut dicit materialiter accepta
sunt tamquam equalia ab illo et a patre, et formaliter sunt ab illo multo maiora quam a patre.
Dicit ergo quod equalia sunt materialiter accepta sicut equale est dare te creare et te in esse con
servare. Quod enim pater dedit hoc liberator servavit, ymo melius videtur .xxx.^ta^ annis fore
in statu perfecto quod michi contulit liberator quam .xxx.^ta^ annis fuisse in infancia et in statu non
perfecto quod pater dedit. Dicit autem quod beneficium liberatoris quantum ad formale mul
to excedit beneficium patris. Primo quia laudabilius. 2° quia difficilius. 3° quia libera
lius. 4° quia fortius. 5° quia magis voluntarium. 6° quia beneficiato magis gaudiosum.
Dico primo quia laudabilius. Rarum enim laudabile. 2° autem huiusmodi beneficium talis est val
de rarum. Beneficium patris communissimum quia convenit et bestiis. Dico et difficilius quia faciale est
et delectabile generare. Dico autem liberalius, quia pater non generat gratia geniti sed gratia sui ut
salutem in genito. Liberator autem liberat propter virtutem et gratia liberati. Dico non fortius quia
aggrediendo terribile et expectando periculum. Dico autem magis voluntarium quia ex electione
pater autem plerumque operatur ad generationem filii ex concupiscentia. Et ultimo dico be
neficiato magis gaudiosum. Non enim gaudet infans in sua generatione, sed a matre natus
confestim plorans vocem luctus emittit. His tamen non obstantibus credo probabile esse quod
in casu posito magis oporteat patrem liberare eque bonum alteri existentem, quia si quid
pater dedit iste servavit tamen pater plurimis actibus virtuosis operatus est in filium, [illegible]
solo actu et si iste semel pater multiplicatis vicibus hoc fecit prebendo nutrimentum [illegible]

ſine quo ille non duraſſet. Et ſi iſte liberauit corpus illius a morte temporali, pater per doc
trinam liberauit animam a morte eterna, et communi morte pater ſi affuiſſet non minus
expoſuiſſet ſe ad liberandum filium quam ipſe fecit. Sed de patre non bono, qui non dirigit
filium ſtudio et amore paterno bene concederem que nunc a Gerardo recitata
fuerunt. Dicendum quod ſicut dicit Ariſtoteles quod non eſt ſimpliciter id eſt uniuerſaliter dicendum
nec etiam ſufficientibus doctoribus diſtinctionibus determinandum utrum magis oportet
patri ſubuenire quam alteri benefactori. Circumſtantie enim infinite uariare poſſent
hinc inde. Contra Rationes omnes poſſunt per predicta diſſolui ſi quis diligenter
attendat etc. Et ſic patet queſtio.

Quarto conſequenter queritur

Utrum homo debe
at ſe habere ad amicum quemadmodum ad ſe ipſum. Arguitur quod non quia ad
amicum habet amicitiam, ſed ad ſe ipſum non habet amicitiam ergo etc. Minor probatur quia circa
eadem et in eiſdem eſt amicitia et iuſtitia 8° huius ſed ad ipſum non eſt iuſtitia ut apparuit in
5°. Item amici ad amicum eſt beneficia tribuere et retribuere, ſed nullus ſibi ipſi tribuit
beneficia uel retribuit ergo etc. Minorem ponit Seneca 2° de beneficiis et eam probat
ſic. Quemadmodum uendere ſic dare aliquid a ſe dimittere eſt id autem aliquis a
ſe non dimitteret quod ſibi daret. Item qui dat habet quod dat et nulli datur
quod habet ergo idem ſibi nichil dat. Item Tullius in libro de amicitia reprobat tres
opiniones concordantes in hoc quod homo debeat ſe habere ad amicum quemadmodum ad
ſe ipſum et ſic conſtituendi autem ſunt qui ſint in amicitia fines. de quibus tres uideo ſen
tentias ferri quarum nullam approbo. unam ut eodem modo erga amicum affecti ſimus quo erga
nos metipſos. Alteram ut noſtra in amicos beniuolentia illorum erga nos beniuolencie
pariter equaliterque reſpondeat. Terciam ut quanti quiſque ſe habet ipſe faciat tanti fiat
ab amicis. harum autem trium ſententiarum nulli prorſus aſſentio. hec ſunt uerba Tullii.
Et reprobando primam ſententiam Tullius dicit ſic. Nec enim illa prima uera eſt ut quemad
modum in ſe quiſque ſit in amicum ſit animatus. Quam multa enim que noſtri cauſa nunquam
faceremus facimus cauſa amicorum. Precari pro amico, ab indigno ſupplicari acriter aliquid
acerbius inuehi inſectari que uehementius que in noſtris rebus non ſatis honeſte in ami
corum ſunt honeſtiſſime Et indubitanter licita ſunt nobis ac honeſta de amicis multa
uerba recommendatoria que de nobis ipſis ſpeciem habent et modum iactantie. Mul
teque res ſunt in quibus de ſuis commodis uiri boni multa detrahunt detrahique patiuntur
ut hiis amici potius quam ipſi fruantur. Et ariſtoteles in iſto 9° bene oſtendit quo modo uir
bonus aliter ad ſe ſe habet et aliter ad amicum. prohicit enim ad amicum pecunias et hono
res et principatus ut ſibi bonum uirtutis acquirat. Reprehendendo autem ſecundam ſententiam
Tullius ſic dicit. Altera ſententia eſt que deſignet amiciciam paribus officiis ac uoluntatibus
hec quidem eſt nimis exigue et exiliter ad calculos ſic uocare amiciciam ut par
ſit ratio acceptorum et datorum. diuicior michi et affluencior uidetur eſſe amicicia. Nec ob
ſeruare obſtricte quin plus reddat quam accepit. Neque enim eſt uerendum ne quid excidat

aut ne quid in terram defluat aut ne plus equo in amiciciam congerat Et idem appa
ret per ariſtotilem 9° huius. Nam liberalitas maxime locum habet in amicicia liberalis autem
est ut dicit Ariſtotiles uehementer ſuperhabundare in datione ut derelinquat ſibi ipſi minora
Et cum amici ſit benefacere non est ipſius beneficiari facultas ut exprimit Ariſtotiles 9°
huius. Ex quibus omnibus apparet quod aliter ſe habet ad amicum et ad ſe. Vult enim plus
dare amico quam dare ſibi et amicum plus recipere quam ipſum Reprobando uero terciam ſen
tenciam Tullius dicit. Tercius uero ille finis deterrimus est ut quanti quiſque ipſe ſe faciat tanti
fiat ab amicis. Sepe enim in quibusdam aut animus abiectior eſt aut ſpes amplificande fortune
fractior. Non est ergo amici talem eſſe in eum qualis ille in ſe est ſed pocius eniti et efficere ut
amici iacentem animam excitet inducatque in ſpem cogitationem que meliorem. Oppoſitum dicit
Ariſtotiles. Ad amicum autem habere quemadmodum ad ſe ipſum. Enim amicus alius ipſe Et probatur quia
illi ad inuicem ſe habent ſicut ad ſe ipſos quorum eſt vnio omnium rerum conſiliorum et uolunta
tum. Sed Tullius dicit huius 3° finibus intendum arbitror ut cum emendati mores ſint
amicorum tum ſit inter eos omnium rerum conſiliorum voluntatum ſine illa excepcione communitas.
Et Seneca epiſtula tercia ad Luallum. Si aliquem amicum exiſtimas cui non tantundem credis
quantum tibi uehementer erras et non ſatis noſti vim uere amicicie. Cum amico omnes
curas omnes cogitationes tuas miſce etc. Item epiſtula 48ª Non ſum amicus niſi quicquid
agitur ad te pertinens meum et tuum eſt. Conſorcium item omnium rerum inter nos facit amicicia. Nec
ſecundi quicquam ſingulis est nec aduerſi in commune uiuitur. Indubitanter ponendum est quod ſorte et
platone exiſtentibus amicis non ſecundum omnia et omnibus modis ſortes ſe habet ad platonem quem
admodum ad ſe ipſum quia ſortes idem est in numero ſibi ipſi non platoni. Sortes forte loquitur
ad platonem non ad ſe loquitur de platone non de ſe. ſortes uidet platonem et audit ſe ipſum
neque uidet neque audit ſortes forte de platone ſano et bene operante gaudet de propria autem
infirmitate triſtatur et ſic de aliis infinitis modis aut rebus. Item michi uidetur quod quan
tum ad ſubſtanciam amicicie que est uirtus quedam moralis ſpecialis ut apparuit in ſecunda et 3ª
queſtione 8ui homo enim non ſe habet ad ſe ipſum quemadmodum ad amicum. Non enim ad ſe ipſum
habet talem uirtutem. Quod probatur quia prius determinatum fuit in loco predicto illa uirtus non erat mo
deratiua omnis amoris vel odii ſed amoris uel odii ad aliam perſonam illius gratia tales autem amo
rem non habet homo ad ſe ipſum ſit uirtualiter communis paſſio omnibus aut plurimis paſſionibus
circa quas ſunt diuerſe uirtutes amorem enim quem habes ad me ipſum timeo mortem et pericula
intor in aſſumendo michi carnales delectationes congrego michi pecunias et retineo uel
illiberaliter uel aliquando iniuſte nolo michi honores impendi. iraſcor de mea paruipenſione
et ſic de aliis. Cum ergo nulla uirtus vna ſpecialis ſit talis paſſionis communis moderatiua tanquam
obiecti proprii ſequitur quod homo ad ſe ipſum talem uirtutem non habeat. Et Seneca in epiſtula mag
nam ad Lucillum bene declarat quo modo amor ad ſe ipſum ducit ad omnia genera uiciorum
dicens. Illud precipue impedit quod cito nobis placemus. ſi inuenimus qui nos bonos uiros
dicat qui prudentes qui ſanctos agnoſcimus. Nos ſumus modica laudatione contenti. Qui
cquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit tanquam debitum prendimus optimos nos eſſe

ſapientiſſimos quod affirmantibus aſſentimur cum ſciamus illos ſepe multa mentiri. Adeo quoque indulgemus nobis ut laudari velimus in id cui contraria maxime facimus. Mitiſſimum ille ſe ipſis ſupplicijs audit, in rapinis liberaliſſimum, et in ebrietatibus ac libidinibus temperatiſſimum. Sequitur itaque ut ideo mutari nolumus quia nos optimos eſſe credimus. Apparet ergo quod ille non eſt amor quem ſpecialiter modificat illa virtus amicicie de qua tractabatur in ſexta queſtione et in tertia octaui. Sciendum eſt ergo quod homo duplicem poteſt habere amorem ad ſeipſum: unum ſenſualem quo quis ſcilicet impetum ſingularium paſſionum ſi non ordinetur a ratione ſibi aſſumit propoſſe omne apparens utile uel delectabile. Iſte amor inordinate excedens amorem dei proximi extinguit, ut ad nullum alium ſit amicicia vel contractus niſi propter utile proprium aut proprium delectabile. Et iſte amor corrigitur et ordinatur per prudentiam et ſingulas virtutes morales et principaliter per principaliores, puta per temperantiam, per fortitudinem, per iuſticiam, deinde per liberalitatem, per magnanimitatem, manſuetudinem, et per alias conſequentes. Nec oportet quod ſi iſte amor qui eſt ad ſe ipſum extinguitur uel modificatur per iuſticiam et amiciciam cum alijs virtutibus, quod propter hoc iuſticia uel amicicia debeant dici proprie ad ſeipſum. Iſte enim amor non extinguitur uel modificatur a iuſticia tanquam proprium obiectum iuſticie in genere paſſionum, ſed per hoc quod iſte amor cum paſſionibus fundatur in appetitu ſenſitiuo et eſt principium rebellionis eius ad rationem. Hec autem rebellio et per conſequens iſte amor extinguitur per conſuetudinem operandi ſecundum rationem, quod fit ſcilicet omnem virtutem moralem. Alium amorem habet homo ad ſe ipſum factum in uoluntate per conſuetudinem inſequendi ordinem recte rationis. Iſto amore uolumus nobis non apparens utile vel delectabile ſed verum bonum virtutis. Iſto amore reſpuimus ſenſualia, laboramus pro ciuibus, pro amicis, pro communi utilitate, ut nobis acquiramus bonum rationis. Credo quod iſto amore corrigitur et ordinatur amor prior virtute, qua uoluntas habet ſuper appetitum ſenſitiuum. Et iſte amor nec eſt aliqua virtus ſpecialis nec obiectum ſpeciale alicuius virtutis ſed eſt effectus quidam communis conſequens ad prudentiam et omnes virtutes morales. Ex hijs ergo apparet quod homo non habet ad ſeipſum amiciciam illam que eſt virtus ſpecialis de qua tractabatur in ſexta queſtione octaui et in tertia. Item ſi amicicia capiatur illo modo propriiſſime quo modo de ea maxime intendit ariſtoteles in iſto nono et in 8º conſtat quod homo non habet ad ſeipſum amiciciam quia amicicia ſic accepta requirit readamationem ut apparet in octauo, eiuſdem autem ad ſe ipſum ſaltem ſecundum idem non eſt amatio et readamatio niſi in reſpectu alterius amationis. Sed conſtat quod non eſt alia amatio qua homo amat ſe et qua amatur a ſe, ergo non eſt ibi proprie amatio et readamatio. Dixi autem ſcilicet idem quia in homine virtuoſo concedi poſſet amatio et readamatio ſecundum eius diuerſas partes. Pars rationalis amat ſenſualem, regit, colit et ordinat, ſicut bonus dominus ſubditum, et pars ſenſualis readamat rationalem, ſicut ſubditus bene ordinatus dominum, et obedit ei et miniſtrat. Sed ſciendum eſt quod ad veram et proprie dictam amiciciam quidam effectus conſequuntur in ordine ad amicum ex quibus etiam uel conſimilibus virtus amicicie generatur et ſaluatur, et exterius innoteſcit: beniuolentia, beneficentia et concordia. Unde quantum ad beniuolentiam et beneficentiam dicitur 2º rethorice: Sit itaque amare uelle alicui que putat bona illius gratia et non ſui, et ſcilicet poſſe actiuum eſſe horum. Quantum uero ad concordiam dicit ibidem: Amicum neceſſe eſſe congaudentem bonis et condolentem triſtibus non propter aliquid

alterum secundum propter illum. Item 8° huius quantum ad benivolentiam dicit sic: Amicum autem aiunt oportere velle bona illius gratia. Quantum vero ad benefaciendum dicit sic: Qui quidem enim propter virtutem amici existunt bene operativi ad invicem prompti sunt. Et quantum ad concordiam dicit sic: Nichil enim sic est amicorum ut convivere conversari autem ad invicem non est non delectabiles existentes neque gaudentes eisdem. Item in 9° huius quantum ad benivolentiam et beneficentiam dicit sic: ponunt enim amicum volentem et operantem bona vel apparentia illius gratia. Et quantum ad concordiam dicit ibidem: ponunt autem amicum convivientem et eadem eligentem vel condolentem et congaudentem amico. Dicam primo secundum Aristotilem quod illi idem tres effectus sunt consimiles in homine bono in ordine ad se ipsum consequuntur amorem illum quem ipse habet ad se ipsum. 2° dicam quod in homine malo in ordine ad se ipsum tales effectus non consequuntur illum amorem quem ipse habet ad se ipsum, ymo potius effectus contrarii. Prima sic declaratur. Primo quidem homo bonus habet ad se ipsum benivolentiam, quia semper vult se ipsum vivere et salvari in bono virtutis. Non enim vult sibi ipsi bona ficta bona circumpugnabilia nisi in quantum ordinantur in bonum virtutis, sed vult sibi vera bona virtutum. Unde dicit 9° huius: vir bonus proiceret pecunias et honores et totaliter circumpugnabilia bona, procurans sibi ipsi bonum simpliciter. Et manifestum est quod ipse illa vera bona vult sibi ipsi et ipsius gratia, quia gratia intellectus seu partis rationalis quam ipse maxime est ut dicit Aristotiles. 2° vero manifestum est quod homo bonus ad se ipsum maxime habet beneficentiam, quia quotidie in omni sua operatione bene agendo et bono actu tribuit sibi ipsi quia opera virtutum in quibus consistit humana felicitas ut dicebatur in primo libro. 3° simpliciter apparet quod homo bonus ad se ipsum maximam habet concordiam. Primo quidem hoc apparet quantum ad interiores affectus. Nam sicut dictum fuit in 5ª questione septimi libri et in penultima primi, appetitus sensitivus in homine virtuoso obedit rationi perfecte. Ideo sicut dicit Aristotiles hic: iste consentit sibi et eadem appetit secundum omnem animam, id est secundum appetitum sensitivum et secundum intellectivum, nec ille illi discordat. Iste igitur, scilicet homo virtuosus, condolet et condelectatur maxime sibi ipsi cum omni appetitu in ipso est idem et triste et delectabile et non aliud alii. 2° dicam concordia in homine bono apparet ex condelectabili convictu ipsius ad se ipsum. Tunc enim homo sibi ipsi convivere dicitur quando proprias conscientiam et proprias eius operationes scrutatur presentes preteritas et futuras vel quando actu in theorias speculatur. Sed hec omnia sunt homini bono facilia et delectabilia quia sicut dicit Aristotiles operatorum et enim delectabiles memorie et futurorum spes bone. Tales autem delectationes ex theorematibus habundat mente. Igitur talis potest sibi maxime et delectabilissime convivere. Ideo Seneca dicit epistola 2ª Ex huius que ad Lucillum: primum argumentum composite mentis existimo posse consistere et secum morari. Secunda conclusio posita declaratur etiam faciliter. Primo quidem pravus ad se ipsum non habet benivolentiam. Vult enim illa sibi que iudicium rationis pervertunt, que bonum virtutis non compaciuntur, et talia sunt simpliciter valde mala. Volunt enim pravi talia propter que ab aliis odiuntur et aliquando non potentes optinere que appetunt desperati fugiunt vivere et interimunt se ipsos, ut bene dicit Aristotiles. Igitur pravi sunt valde malivoli sibi ipsis. 2° vero pravi non habent ad se ipsos beneficentiam. Quanto enim anima principalior est corpore et preciosior tanto peiora facit qui deturpat animam et inficit quam qui corpus. Pravi autem proprias animas maleficiis et

opib9 distortis inficiunt g' ipi maxima sibi mala faciūt. 3° mali sibi ipis discordant. Illi eñ
sunt quib9 p9 sensualis aduersat' et obuiat rōi. Alia quidē ɔcupiscunt et alia uolūt ut
dicit Aristotiles. Ideo neq3 gaudent neq3 ɔdolent sibi ipis. Contendit eñ ipoꝝ aīa et hoc
quidē ꝑ maliciā dolet recedens a quib9 hoc aūt delectat' et hoc quidē huc hoc aūt illuc
trahit quēadmoꝝ discrepancia et si nō ē possi^{le} simul tristari et delectari, tñ p9 pax prau9
tristat' qm̄ delectato ē ꝛ nō utiq3 uolebat delectabilia hec fieri ipi. penitudine itaq3 gra-
ui replent'. Apparet etiā q ipi non possunt sibi ipis delectabilit' ɔuiuere, quod spectat
ad ɔcordiā. Recordant' enī multoꝝ et difficiliū & talia altra multa sperat scilꝫ seipos
entes. vñ bene dicit Aristotiles. Cū alteris aūt entes obliuiscunt', querūt itaq3 mali
cū quib9 ɔmorent'. Se ipos autē fugiūt. Non eñ uidet' prauus ad seipm̄ amicabiliter
dispoñi ꝑ nichil here amabile. Et ꝑ hoc Seneca eplā. viij^a. An merito. Ad lucillū.
Nisi sapienti sua non placent. Omīs stulticiā laborat fastidio sui. Sꝫ forte diceret
aliquis q hec discordia licet sit in inɔtinentib3 et in ɔtinētib3 vt apparuit in 7° tamē
non ē in totaliter deprauatis in quib9 appetit9 sensitiu9 ex toto traxit ad se intellectū
ꝛ ita corrūpit principia pratica et iudiciū rōis vt rō nichil dictet nisi ad qđ sensualis
appetit9 inclinat'. Talis g' idē appetit scilꝫ oninꝫ aīaꝫ et ɔcordat sibi ipi ꝛ ē impenit-
ens sicut homo bonus. Ad hoc respondēdū ē pmo qđ impossibile ē potenti vti rōe
corrupta esse oīa pricipia pratica ideo necesse ē aliqñ penitudinē accidere et discordiā.
2° sicut falsa ad inuicē dissonant sic et praua ꝑ qđ prauoꝝ appetit9 ē ad inɔpossibi-
lia vbi gratia prau9 ardet sup diuicias habendas ꝛ honores & carnales delectationes
quoꝝ vnū alteri ɔtrauat'. Et ita appetit9 nō soluꝫ ali9 sꝫ vn9 et idē sibi ipi qi ɔtinue dis-
cordat et trahit' mō adhuc mō illuc ꝛ nō potens optinere desideria semp ē impenitu-
dine et tristicia. 3° delectationes prauoꝝ cito deficiūt pmo uertūt' in tristiciā ꝑ
excedentē usū delectabiliū, et sic sequit' penitudo. Quomō naq3 gulosꝰ tristat' si cibo
careat delicato, et cū ventrē repleuerit iteꝝ tristat' sume q amplius ɔmedere nō pot'
qđ iā sua transiuit delectatio. Et iteꝝ quant9 dolor ɔsequit' ex stomaci grauamine
et ardore ex fumis ascendentib3 facientib9 capud dolore, et supfluitatib3 guttur obstru-
entib3 ꝛc. Tales g' semp repleti sunt tristicia et dolore, Et ipē Seneca i epla x^a. Sic ego
ad lucilliū bene declarat comodo praui hoīs ɔuictus ad se ipm̄ ē malus et piculosꝰ dicēs
Nemo ē ex imprudentib9 qui relinqui sibi debeat. tunc mala ɔsilia agitāt, tūc aut alijs
aut ipis futura struūt picula. tūc cupiditates imp̄bas ordinat. tūc quicqđ aut metu aut
pudore celabat animus exponit. tunc audaciā acuit libidinē irritat iracundiā instigat de-
niq3 qđ unū sollitudo hēt comodū nichil ulli committere nō timere iudicē perit. Sic stul-
tus ipē se pdit. Et ex pdictis duab3 ɔn̄b3 pot' diuerte respondere ad ꝓpositā qōnē
dicēdū ē enī q homo bon9 se hēt ad se ipm̄ sicut amic9 ad amicū, nō quātū ad oīa
sꝫ quātū ad pdictos tres effect9 amiciae. Mal9 aūt nō ita se hēt sicut daꝫ ē. et
quilibet se debet hēre et ad se ipm̄ et aliū sicut bon9 hō se hēt. Nam sicut dicit. Aristo-
tiles videt' enī vniuscuiusq3 mensura uirt9 et studiosꝰ ee. Ideo simplicit' ɔcludendum

est quod homo debeat se habere ad amicum quemadmodum ad se ipsum, et ad se ipsum quemadmodum ad amicum. Et adhuc non debet intelligi quod quantum ad tria predicta homo ad se et ad amicum. Et adhuc non debet intelligi similiter se debeat habere omnino eodem modo scilicet secundum eundem gradum. Vir enim virtuosus maiori affectu vult sibi ipsi bonum quam amico. Bonus enim sibi ipsi tribuit summum bonum scilicet virtuosum opus quod non potest amico tribuere nisi forte persuasive vel aliquo tali modo sicut minister. A nobis enim ipsis eliciamus opus virtutis vel malicie. Et ob hoc bene dictum est quod caritas est ordinata incipit enim et magis est ad se ipsum quam ad proximum vel amicum. Ad rationes respondendum est faciliter. Ad primam concedendum est quod homo ad se ipsum non habet amiciciam proprie dictam sed amorem habet ad se ipsum quem amorem dicti tres effectus potius consequuntur quam proprie dictam amiciciam. Ad aliam dicendum est quod homo sibi ipsi potest dare et dat de facto maxima beneficia vel maxima maleficia quia virtutes vel malicias et opera earum. Nec est universaliter verum quod dare sit aliquid a se dimittere. Deus enim omnia dat et inde nichil minus habet. Nec doctor scientiam infundans ad discipulum amittit suam. Neque oportet eum qui dat habere in se formaliter id quod dat sed sufficit quod active et virtualiter. Auctoritates Tullii arguunt bene quod non omnino eodem modo quantum ad omnia habendum est ad se et ad amicum. Sed non reprobant quin oportet ita se habere ad se sicut ad amicum quantum ad predicta tria dicto positive non comparative quia oportet magis ad se habere sicut fuit dictum; et sic finitur questio.

Vinto in ordine queritur utrum benivolencia sit virtus et idem queri potest de concordia et de beneficentia. Arguitur primo quod benivolencia sit virtus quia amicicia est virtus ut dicebatur in secunda questione octavi sed benivolencia est amicicia probatio auctoritate Aristotelis in octavo huius ubi dicit expresse benivolenciam intrapassis amiciciam esse. Et confirmatur per locum a coniugatis. Si enim est de per se quod amicus bene vult amico oportet amiciciam esse benivolenciam ad amicum. De concordia autem arguitur quod sit virtus quia legislatores ad nichil aliud magis intendunt quam ad virtutem vel opera virtutum. Ista propositio patet quinto huius ubi dicit Aristoteles precipit autem lex et fortis opera facere et que temperati, et que mansueti. Similiter autem et secundum alias virtutes et malicias hec quidem iubens hec autem prohibens. Et decimo huius dicit. Existimant quidem legispositores oportere quidem advocare et virtutes et provocare boni gratia ut obedientibus hiis qui epyeikes consuetudinibus precedentibus in obedientibus autem et indegenerioribus existentibus et penas et puniciones apponere insanabiles autem totaliter existimare. Si igitur dicte propositiones sic declarate apponamus quod legislatores maxime intendunt ad concordiam ut dicitur in principio octavi concludemus quod concordia erit virtus. Deinde arguitur quod beneficentia sit virtus quia primo rethoricorum virtus ab Aristotele describitur quod est potentia quedam acquisitiva bonorum et servativa et potentia benefactiva multorum et magnorum et omnium circa omnia. Sed certum est quod beneficentia est potentia multorum acquisitiva et servativa, quia benefaciendo aliis acquirunt nobis bona virtutum et servamus et multiplicamus igitur beneficentia est virtus. Item omnis habitus laudabilis videtur esse virtus, quia primo rethoricorum laus sic describitur. Laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis. Sed benivolencia concordia et beneficentia sunt habitus laudabiles igitur etc. Oppositum arguitur primo de benivolencia, quia si ipsa esset virtus non videretur

q̄ esset uirtꝰ alia quā amicicia Cum ad amiciciam spectet bene uelle et benefacere amico. Sed
beniuolencia nō est idem ut dicit Aristotiles g̊ ꝛc. Et Aristotiles minorē dicte rationis
ꝓbat multipliciter. ꝑmo q̄ʒ amicicia nō ē ad ignotos et pot latere eam ad quē ē. Sepe enim
ꝓ bonam famam uellemꝰ magna bona uiris extraneissimis g̊ ꝛc. // 2° quia nō nisi ꝑ longam
experientiam et longum quietum fiūt hoīes amici ut dicebat in 8° et coopantur ad sibi inuicem
bonū pcurandum. Sed ex repentino beniuoli fiūt qui nichil coopantur hoc apparet ut dicit
Aristotiles circa agonistas vbi statim alter complacet nobis et uellemꝰ q̄d uinceret // Deinde
arguitur de concordia q̄ nō sit uirtꝰ q̄ʒ nūq̄ ē int̄ malos. Sed int̄ malos ē concordia. Sepe enim con-
cordant enim ut sepe possint aliis iniustificare g̊ ꝛc. / Deinde arguitur de beneficentia quod
ipā non sit uirtꝰ quia uel ipā est eadem uirtꝰ cū amicicia vel cū liberalitate / vel cū aliqua
aliarum virtutum de quibꝰ determinatum ē in 2° et in 3° et in hoc libro. vel ipā est uirtꝰ distinc-
ta contra singulas illarum. Sed nō ē dicendum q̄ ipā sit uirtꝰ distincta contra singulas illarum quia
omnium uirtutum ē benefacere et maxime iusticie et fortitudinis ut dicitur ꝑmo rethorice. Nec
ē dicendum q̄ sit aliqua illarum quia nō magis vna quā alia cum sit omnium benefacere vt dicitur
ꝑmo rethorice. Et apparet ꝑ diffinitionē virtutis dicentem. Virtꝰ ē que habentem pficit
et opus eiꝰ bonū reddit 2° huiꝰ. Cum g̊ nō magis possit dici vna illarum q̄ alia et nō
ē quelibet illarum sequitur q̄ nulla ē earum 10 ꝛc. Et confirmatur quia si esset aliqua illarum quare
non determinabat de ipā vbi determinat de illa uirtute cum qua ipā ē eadem. Nullus possit
de hoc causam rōnabilem assignare / ꝑmo sciendum ē q̄d beniuolencia et beneficiantia de-
riuantur ab hoc aduerbio bene non ab hoc noīe bonū. Si enim deriuarentur ab hoc noīe
bonum deberent dici boniuolentia et bonificantia vnde dicendum ē q̄d sicut differunt
bene uelle et bonū uelle vel et bonū facere et benefacere. Sic differunt beniuolencia
et boniuolencia uel etiā beneficientia et bonificantia. Quō ad hoc differat dictū fuit
in 1a q̄ōe octaui et in 3° libro Ex quibꝰ locis apparere pot. q̄d licet boniuolentia et
bonificantia possint eē contra rectum iudiciū rationis et contra bonos mores. tm̄ beniuole-
tia et beneficiantia nequaq̄ / 2° sciendum ē q̄d tam beniuolentia q̄ beneficientia possint
capi ꝑ actibꝰ quibꝰ formaliter aut causaliter beneuolumꝰ uel beneficiamꝰ. uel possint capi pro
habitibꝰ quibꝰ determinate inclinamur ad beneuolendum alicui vel beneficiendum // Si g̊
capiantur pro dictis actibꝰ in dubitantur concedendum ē q̄d non sunt uirtutes quia uirtutes sunt
habitꝰ ꝑmansiui. Illi autē actꝰ non sunt habitꝰ et cito ptranseunt. Dicendum ē etiā q̄d nec ē ne-
cesse illos actꝰ eē secundum aliquas uirtutes quia uoluntas ꝓ eiꝰ libertate etiā irreptitia mali-
cias pot beneuelle et bene agere licet hoc sit difficile et raro contingat // Sed tn̄ dicendum
ē q̄ illi actꝰ nunq̄ pcedunt ex malicia. Sicut enim secundum uelle uirtutem non ē possibile nisi
bene uelle et benefacere. Sic secundum maliciam nō pot quis nisi male uelle et malefacere
Si g̊ malꝰ bene uelit uel benefaciat hoc nō ē secundum maliciam sed secundum simpliciē uoluntatem
ratione sue libertatis. Si uero beniuolentia et beneficientia capiantur ꝑ habitibꝰ in ipsa
uoluntate uel in ipā potentie aīe firmatis determinate inclinantibꝰ potentiam ad be-
neuolendum et benefaciendum / ꝑmo ponendum q̄ ipē nō inueniunt in malis q̄m habitus

tales fieri necesse est quod generent et firment ex operibus multiplicatis sibi convenientibus cum absen
tia oppositarum operationum ut apparuit in 2o libro. Sed in hominibus vitiosis actus benivolendi
et beneficiendi non fuerunt multiplicati ymo potius oppositi mali enim scilicet qui dictum
sunt in alia questione neque bene volunt neque benefaciunt sibi ipsis nedum aliis. Ergo videtur michi dicen
dum quod si benivolentia et beneficentia pro talibus habitibus accipiatur communiter ita quod omnis habitus
determinate inclinans ad benefaciendum dicatur beneficentia. Sic indubitanter omnes virtutes
de quibus principaliter determinatum est in precedentibus debent dici et benivolentie et bene
ficentie quia omnis talis virtus circa propriam materiam determinat et inclinat ad benevolendum
et recte eligendum et per consequens ad benevolendum et ad recte eligendum et per consequens ad
bene et recte agendum ut in prioribus libris dictum fuit. Ideo Aristoteles describens genera
liter virtutem primo rethorice dicit quod virtus est potentia benefactiva multorum et magnorum et
omnium circa omnia et capit potentiam pro habitu. Sed sciendum quod benivolentia et beneficentia quando
proprie sumuntur restringuntur ad illos actus vel habitus qui sunt ad personam aliquam ipsius gratia. Ita
quod non a quocumque bene velle dicatur benivolentia sed solum a bene velle alteri persone ipsius gratia.
nec a quibuscumque benefacere dicatur beneficentia sed solum a benefacere alteri persone ipsius gratia
et tunc benivolentia et beneficentia restringuntur ad materiam circa quam versatur virtus amicitie
de qua tractabatur in 2a questione 8ui et isto modo determinatur de eis in isto 9o. Si ergo benivolentia
et beneficentia sic proprie capiantur et pro habitibus et amicitia propriissime accepta ponatur suppo
nere appellendo actum modo quo determinatum fuit in 2a questione 8ui dicendum est quod omnis amici
cia est benivolentia et beneficentia. Sed non convertitur. Prima pars huius conclusionis apparet quia sine du
bio amicitia sic proprie accepta inclinat et determinat ad benevolendum et benefaciendum amico
ipsius gratia. Sed omnis habitus talis dicatur benivolentia et beneficentia et hoc apparet per quid
nominis scilicet predicta. 2a vero pars dicte conclusionis faciliter apparet quia virtus amicitie conver
accepta modo quo eam vocabamus v in 2a questione 8ui inclinat et determinat ad benevolendum
omni bono homini etiam ipsius gratia. scilicet quod sit bonus et ad benefaciendum et subveniendum ei si
positus fuerit in necessitatis articulo vel si indiguerit et nobis fuerit oportunum hoc facere
scilicet nostram facultatem ymo et extraneis per compassionem. Sic enim pauperibus damus elemosinas
infirmos visitamus et alia exercemus opera caritatis. hoc tamen non sic intelligo quod solum personarum
illarum gratia hoc faciamus ymo primo et principalissime dei gratia. scilicet gratia nostri ut nobis inde bonum
virtutis acquiramus. Sed sic illarum personarum gratia quia nulli nisi illis personis intendimus inde
lucrum in bonis exterioribus vel corporis temporalibus. Ex hiis ergo apparet quod in nobis esse be
nivolentia et beneficentia ad predictos licet propriissime dictis amicis. et per consequens amicitia pro
prie dicta caremus. Non ergo omnis benivolentia et beneficentia est amicitia dicta propriis
sime. Tamen ego opinor quod benivolentia proprie dicta sit virtus si capiatur pro habitu firmo et
consimiliter intelligo de beneficentia quia omnis habitus firmus inclinans ad medium rationis inter ex
cessum pravum et deffectum vituperabilem est virtus ut apparuit in 2o libro. Sed benivolentiam et
beneficentiam esse talis habitus quod probatur quia bene velle et bene facere est scilicet rectam rationem
et ita uniformiter omne bene licet non sit ita de bonum velle vel facere. Item bene velle alteri habet

excessum inculpabilem s. uelle ei maiores diuitias principatum aut potestates quam exigeret
suus status et sua discretio Et nō dico quod ille excessus sit beneuelle sed bona uelle Bene quia
uelle ē semp medium consonū rōni . Dico etiam quod respectu ipsius beneuelle ē dare defectum culpa-
bilem s. uirtuosis uiris vel viciosis bonis nulla bona uelle . Et ita de benefacere dicerem
Excessus enim eēt plura et alia dare psone quam deceret statum vel quando et ubi nō expediret
Deffectus autem eēt nullis viciosis aut miserabilibus psonis subuenire io. ref. Si querat
que eēt talis uirtus Responderet quod illa eēt uirtus . b . de qua in scda qone . 8ᵘˢ que se ha-
bebat ad amiciciam ꝓprie dictam sicut totum in mō ad suam ptem nisi quod hec noīa contrac-
tius significant illam uirtutem quam . b . quia . b . significat illam uirtutem in differenter in ordine ad
illos quos amare debemus et odire debemus . Beniuolentia autem et amicicia nō significant
illam uirtutem nisi in ordine ad illos quos amare debemus saltem amicicia politica uel le-
ui complacentia . Ideo beniuolentia et beneficientia eent sicut partes in mō ad . b . sicut minores
quam amicicia ꝓprijssime accepta . Erit etiam notandum quod si beniuolentia et beneficientia
capiant non pro actibus beneuolendi et benefaciendi nec pro firmis habitibus sed p dis-
positionibus imperfectis et facile transeuntibus non debet dici quod beniuolentia sit uirtus
quia uirtus pfectionem et firmitatem requirit Est tamen habitus laudabilis se habens ad uir-
tutem amicicie sicut forte continentia ad temperanciam . Est enim sicut pars et principium amicicie
pfecte sicut bona dispositio circa materiam virtutis cuiuscumque uirtutis ē pars et initium uirtu-
tis . et sicut calor remissus ē pars et initium intensi . Et isto mō accipiendo beniuolentiam
dicit bene philosophus quod aliquis utique dicit ipsam ociosam eē amiciciam diuturnam autem et in
consuetudinem aduenientem fieri amiciciam . Et sicut dictum ē de beniuolentia et de
beneficientia sic pot dici de concordia . Sicut enim actus beneuolendi et benefaciendi pot
in nō bonis ymo et in prauis aliquando repiri licet raro . Ita et actus concordandi in opere
malo pot pro aliquo tempore inter malos reperiri et rōne malicie ipsorum tamen habitus firmus
inclinans determinate et pfecte ad concordandum alteri nō pot eē nisi inter bonos . Bo-
ni enim p habitus uirtuosos necessario concordant nichil appetentes bonorum circumpugnabilium
ad alios ptinentium sed principaliter et solum ut ē dicere appetentes bonum uirtutis quod ab eis
eripi nō pot . et sicut omne uerum omni uero consonat sic et omne bonum omni bono . Bonos
igitur nō nisi bona cupientes et agentes impossibile ē discordare E contra autem ut dicit
Aristotiles prauos non possibile concordare nisi in paruo quemadmodum et amicos et superha-
bundantiam appetentes in utilibus In laboribus autem et ministrationibus defficientes . Sibi
ipsi autem vnusquisque nolens hoc proximum scrutatur et prohibet . Si igitur concordia capiatur
large et pro habitu firmo omnis uirtus poterit dici concordia sicut dicebatur de beniuolen-
tia uel beneficientia . Et si concordia restringatur ad materiam amicicie dicetur sicut dictum
fuit de beniuolentia et beneficientia ad eandem materiam restrictis . Ex hiis respon-
deri pot ad rationes . Ad primam conceditur quod beniuolentia aliqua ē amicicia sed nō omnis
beniuolentia ē amicicia ꝓprie dicta . Ad aliam similiter concedendum ē quod concordia sit uirtus modo
dicto . Et idem etiam conceditur de beneficientia . De hoc autem quod dicebatur omnem habitum laudabilem

esse uirtutem non est uerum Sed uel est uirtus uel dispositio inclinatiua uirtutis ut dictum fuit.
Ad primam rationem in oppositum dicendum est quod non erat intentio Aristotilis dicere quod nulla
beniuolentia esset amicicia proprie dicta sed solum uolebat dicere quod non sunt idem conuertibi
liter et hoc solum probant rationes Aristotilis Quia enim beniuolum est in plus Ideo potest
esse ad ignotos et latens, et potest transire in actum ad aliquem ex repentino et sine lon
go conuictu. Ad aliam dicendum est quod habitus concordie non est in malis sed potius habitus discordie
ut dictum est. Ad ultimam dictum fuit quod omnis uirtus dicenda est beneficentia large capiendo
beneficentiam, stricte autem non sed modo predeterminato etc. Et sic finit questio.

Sexto queritur utrum Benefactores debeant magis a
mare beneficiatos quam econtra. Arguitur quod non quia consumere diuitias non est amabile
sed magis acquirere eas cum amabile sit diuitem esse Sed benefactor et beneficiatus consumit
suas diuitias et beneficiatus eas acquirit a benefactore gratis. Item melius et excellentius
est amabilius et per consequens magis debet amari sed benefactor est melior ut sic et excellentior
ergo magis debet amari a beneficiato quam econtra Ideo dicit Aristotiles 8uo huius. Anologam
autem in omnibus scilicet superhabundantiis existentibus amiciciis et amationem oportet fieri
puta meliorem magis amari quam amare. Item cum appetitus sit rei indigentie primo phisicorum
et amor sit actus appetitus sequitur quod indigentior magis debet amare et ille est beneficiatus
est quod fortunatis ut sic est opus amicis virtuosis quia maxime talibus est benefaciendum.
Et si debeamus simpliciter respondere ad questionem propositam scilicet sine distinctione patet ex
dictis quod magis est opus amicis in bonis fortunis quam in malis. Et hoc probatur sic. In
bonis fortunis est opus amicis ad bona anime scilicet ad bona virtutum adipiscenda. In ma-
lis autem fortunis opus est amicis ad bona corporis scilicet ad vite necessaria acquirenda ut dictum
est. Sed utriusque multo magis opus est bona anime quam bona corporis acquirere, quanto scilicet anima
melior est corpore et preciosior. Unde contingit quod fortis propter bonum virtutis corpus et vitam
pbiat mertes ut dictum fuit in precedentibus. Vel aliter sic. Ibi magis est opus amicis
ubi amici sunt eligibiliores. Sed in bonis fortunis sunt eligibiliores quam in malis ergo etc.
Minor probatur multipliciter. primo quia eligibilius est benefacere quam benepati. i. eligibilius est op-
erari scilicet virtutem in alterum quam ab eo utilia corporis suscipere. Sed fortunato opus est amico
ut ei benefaciat et infortunato ut ab eo bene patiatur ergo etc. Secundo dicta minor
probatur quia eligibilius est quod undequaque est delectabile quam quod habet admixtam tristiciam
ceteris paribus. Sed amicus in bonis fortunis est undequaque delectabilis. In malis autem
est delectabilis sed admixta tristicia ergo etc. probo minorem quia tam fortunato quam infortu-
nato presentia amici est delectabilis, ex eo quod amicus scilicet quod est amicus convenientissimus
amico, presentia autem et sensus convenientis est delectabilis, Sed quia amicus se habet ad amicum
sicut ad se ipsum, et omnis homo in bono proprio gaudet et in malo proprio tristatur. Ideo con-
similiter gaudet de bono amici et de eius malo tristatur ergo oportet amicum de tristicia
amici contristari. Cum ergo infortunatus sciat amicum esse tristem de suo infortunio oportet
ipsum de huiusmodi tristicia amici retristari. Et maxime quia amici est velle benefacere amico
magis tristatur amicus si videat se esse causam tristicie illius propter quod amici presentia infortuna-
tum non pure delectat sed et ipsum contristat. Contra vero cum hoc quod fortunatus gaudet
de presentia amici que scilicet secundum se ipsam est delectabilis, ipse gaudet de gaudio amici congaude-
tis de bona fortuna ipsius. et maxime de hoc quod ipse est causa gaudii illius. Et sic patet quod ex
omni parte presentia amici est gaudiosissima fortunato propter quod autem presentia amici sit delec-
tabilis infortunato dicetur post. Et est sciendum quod ex dictis Aristotilis inferuntur tria pulcra.

documenta moralia. Primum eſt duplex ſcilicet quod ad bonas fortunas oportet amicos voca-
re prompte ad malas vero pigritanter et tarde. Cauſa primi eſt quia maxime eſt amici benefa-
cere amico tempore et loco opportunis. Sed maxime poſſibile eſt et opportunum homini in ſuis
bonis fortunis benefacere, ergo tunc maxime convenientiſſimum ſtatum vocare amicum. Item quia
bene volentes amico hoc eſt prompte faciendum per quod ſcimus amicum eſſe delectandum. Sed
ſcimus ipſum delectandum eſſe in noſtris bonis fortunis, ergo ſtatim ad eas vocandus eſt.
Cauſa vero ſecundi eſt quia non eſt faciendum vel ſaltem tarde vel pigritanter faciendum eſt
hoc quod ſcimus amicum eſſe contriſtandum, ſed per ſenſum noſtri infortunii ſcimus ipſum eſſe contriſ-
tandum, ergo etc. Dicit tamen Ariſtoteles et bene quod aliquando vocandi ſunt amici
ad infortunia videlicet ſi ſint magna, et per amicos evitabilia et non ſine ipſis. Vel ubi
auxilium amici ſuperexcedit triſticiam de infortunio, immo forte ubicumque poteſt nobis
magnum prebere auxilium vocandus eſt quia ſi de noſtro infortunio triſtatur, tamen de
auxilio quod prebet nobis quam plurimum delectatur et quia ſignum eſſet prave conſideratie
ſi non vocaretur. Ubi autem amicus plurimum triſtaretur, et modicum aut nichil auxili-
aretur nullo modo vocandus eſt. Secundum documentum eſt quod oportet amicum promp-
te ire ad infortunium amici etiam non vocatum, quia amici eſt prompte benefacere amico
maxime in neceſſitate conſtituto. Et ſi non ſit poſſibile infortunio reſiſtere, tamen
ire oportet ad conſolandum et triſticiam minuendum quia ſicut dicitur poſtea amicorum pre-
ſentia minuit triſticias infortunatorum. Dixi autem non vocatum, quia ſicut dicit
Ariſtoteles Si amicus amico infortunato ſuccurrat non vocatus hoc eſt melius utrique
et delectabilius quam ſi expectaret quod eſſet vocatus. Dico autem melius id eſt honeſtius, quia
et ille qui dat magis videtur ſponte et ſic virtuoſius agere, et ille qui recipit vir-
tuoſe agebat in quantum non volebat gravare amicum. Diximus vero delecta-
bilius quia recipienti parit aurecandia quam habuiſſet in vocando amicum et dans ma-
gis delectatur ex eo quod non provocatus ſed ipſe facit opus virtutis. Tertium documentum eſt
duplex ſcilicet quod ad bonas fortunas amicorum oportet amicos ire prompte ad cooperandum
quiete autem ad benepatiendum. Cauſa primi eſt quia benefaciendum eſt amico. Cauſa vero
ſecundi eſt quia prompte ire et immorari ad beneficium recipiendum ab amico poteſt aſſiſten-
tibus generare opinionem quod ipſe ſit amico honeroſus et indelectabilis licet non ſit
ita, poteſt etiam eis opinionem generare quod ipſe non ſit amicus propter honeſtum ſed propter utile, licet
non ſit ita. Tales autem opiniones ſunt removende quia ſicut dicebatur capitulo de vere-
cundia. Si ſunt hec quidem ſecundum veritatem turpia, hec autem ſecundum opinionem nichil differt.
Neutra enim operanda. Sed hoc ultimum documentum videtur eſſe dubitabile, quia cum ſit
amici bene velle et benefacere amico prompte illud prompte faciendum eſt per quod amicus
maxime delectatur et acquirit ſibi maximum bonum. Sed amicus benefortunatus max-
ime delectatur in preſentia amici ut dictum eſt et in benefaciendo ei maximum bonum
acquirit ſibi ſcilicet bonum virtutis, ergo promptiſſime debet amicus amico benefortunato ſe
preſentare. Et confirmatur quia ſicut bene dicit Ariſtoteles magis adiuvandum

e ad mores quam ad substantiam ideo principalius est faciendum per quod amicus virtuose operatur quam per quod amicus recipit bona temporalia. Sed per hoc quod recipimus beneficium ab amico fortunato ipse operatur virtuose per hoc autem quod succurrimus amico infortunato ipse recipit temporalia bona igitur principalius eundem est ad recipiendum beneficium a bene fortunato quam ad succurrendum infortunato. Ad primum istorum argumentorum respondendum est primo quod omnis homo multo magis se amare quam amicum in sibi acquirendo bonum honestum primo igitur debet intendere ad bonum proprium et consequenter ad honestum amici et numquam faceret per quodcumque contra honestum proprium. Sed ut dictum fuit non esset ei honestum cito ire et immorari ad beneficium recipiendum. Secundo etiam dicendum est quod multo virtuosius est et delectabilius et melius amico fortunato quod noceret amicum non venientem et benefaciat ei non petenti quam quod hoc faciat sibi venienti et petenti igitur si attendamus ad bonum virtutis amici fortunati non debemus ire ad beneficium recipiendum sed expectare quod nobis benefaciat non euntibus neque petentibus ut magis benefaciat. Et per idem patet quod secundum argumentum. Tunc respondendum est ad rationes principales. Ad primam concedendum est quod ipsa bene arguit quod in infortuniis sit magis opus amicis ad necessitatem quam in bonis fortunis. Ad secundam dictum fuit satis quod amico in bonis fortuniis non est opus visitatione mea me non vocato quia immoratur inde honestas sui beneficii. Sed melius est sibi me habere amicum quem vocat non venientem et cui benefaciat non petenti quam infortunato habere me amicum statim venientem ad sibi succurrendum. Hec igitur propositio quod tunc est magis opus amico quando magis est opus eius visitatione est falsa si intelligamus de visitatione sine vocatione. Tertia ratio et quarta arguunt quod in infortuniis sit magis opus amicis ad necessitatem quam in bonis fortuniis. Et sic finitur questio.

Decimo consequenter queritur utrum

Amico in tristitia existenti sit delectabilis presentia amici. Arguitur quod non, quia opposita simul stare non possunt sed delectatio et tristitia opponuntur igitur nichil delectat existentem in tristitia dum in illa existit. Item presentia amici non est delectabilis amico nisi auferret vel saltem diminueret eius tristitiam sed hoc non facit quia inde non aufertur vel diminuitur causa tristitie puta mors patris vel perditio possessionis aut huiusmodi et manente ca manet effectus. Item amico tristi presentia amici est tristis igitur non delectabilis. Antecedens probatur quia omne involuntarium est triste sed amicus in tristitia existens non vult presentiam probatio quia non vult amicum contristari et maxime non vellet esse ei causa tristitie sed ipse scit quod amicus sibi presens contristaretur de ipso igitur non vult amicum sibi esse presentem. Item videtur quod presentia amici augmentet tristitiam alterius amici prius in tristitia existentis quia ille amicus presens contristatur statim et hoc displicet alteri amico et sic ille cum prima tristitia habet aliam de contristatione amici et ita peius quam prius. Oppositum vult Aristoteles dicens. Est enim in presentia ipsa amicorum delectabilis et in bonis fortuniis et in infortuniis. Alleviant enim tristati con

dolentibus amicis. Dicendum est breviter quod amico desolato vel in tristicia existenti presentia amici est delectabilis et hoc experimento scitur quia apud presentiam amicorum videmus manifeste alleviari tristicias infortunatorum. Sed huius causa consideranda est ad presens. Aliqui ergo huius effectus assignant talem causam quod tristicia amici partitur ad amicum condolentem, partitum autem remanet minus toto integro, ideo minus tristatur. Sicut duobus ferentibus simul grave pondus neuter in tanto gravatur in quanto gravaretur si ferret ipsum solus. Et hanc causam videtur assignare Tullius in libro suo de amicitia dicens. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus nisi haberes qui illis eque ac tu ipse gauderet. Adversas vero ferre difficile esset sine eo qui gravius etiam quam tu ferret. Secundas res splendidiores facit amicitia et adversas partiens communicansque facit leviores. Sed hec causa non videtur esse bona quia amicus non accipit sibi partem tristicie amici, scilicet aliam tristiciam cum accidens non transeat de subiecto in subiectum. Modo per hec tristicia amici non partitur neque diminuitur nisi alia ratio assignetur sicut quis lignum grave portans non alleviatur si alter portet alterum lignum grave. Tamen auctoritas Tullii potest in tali sensu valere quod amicus partitur sibi non tristiciam amici sed causam tristicie scilicet assumendo sibi partem dampni vel restituendo. Causa autem tristicie partita et diminuta diminuitur consequenter tristicia. Alia causa alleviationis tristicie per presentiam amici solet assignari scilicet quod amicus videns condolere amicum advertit ad ipsum in quantum autem advertit ad ipsum minus advertit ad proprium infortunium et minus sentit ipsum ideo minus tristatur. Sed ista causa licet habeat veritatem inter mulieres que sunt complorative vel etiam inter viros muliebres tamen inter viros viriles non habet efficaciam, quia sicut dicit Aristoteles viriles quidem secundum naturam reverentur contristari amicos ipsis propter quod omnis fugit tristicie causa esse amicis. Quia ergo omnis amicus scit de sua tristicia tristari amicum ideo virilis est cautum quantumcumque tristem non manifestare exterius suam tristiciam ne de illa amicus tristetur. Ex quo ergo amicus non ostendit se tristem amico nec condolentem videtur quod causa assignata non valebat. Et iterum quia amicus plus amat amicum quam aliquod aliud bonorum amissibilium si amicus videt de se ipso dolere amicum magis dolet inde quam doleret de priori infortunio propter quod viriles amici non consolantur amicos complorando vel sensum com doloris manifestando sed potius spem recuperationis ostendendo et vilitatem bonorum fortune demonstrando et quod honestum sit se constanter habere et in contrariis persuadendo. Item alia causa solet assignari quia sicut medicus est delectabilis infirmo ob hoc quod infirmus sperat per medicum liberari ab infirmitate, ita infortunatus gaudet de amico presente sperans quod per ipsum ab infortunio evadat. Sed hec causa non valeret ubi manifestum esset quod amicus non posset obstare infortunio, quo tamen casu presentia amici adhuc esset delectabilis licet minus. Alias autem causas assignat Aristoteles rationabiles quarum una est quod amicus secundum se ipsum est delectabilis amico. Nam de ratione amici est quod sit simpliciter bonus et bonus amico et amans amicum et amatus ab eo. Hec autem omnes conditiones et alie singule que conveniunt ratione amicitie spectant ad rationem delectabilis, ergo amicus ratione amici est in omni statu delectabilis amico. Alia ratio est quia propter assuetum convictum amicorum

amicus novit omnes mores amici sui et per consequens scit in quibus verbis aut gestis amicus solet gaudere aut tristari et sic ipse potest consolari eum et proverbia aut gesta delectabilia propter tristitiam ipsius remittere et hoc ipse vult facere pro posse igitur ipse presens hoc facit et sic concluditur eius presentiam esse delectabilem et consolativam et preexistentis tristitie remissivam Concedendum est etiam quod multi qui magis volunt amari quam amare delectantur si videant de suis infortuniis amicos condolere quia ex hoc percipiunt se ab illis amari quod ob hoc eos delectat quia maxime hoc appetebant / Sed hec non est conditio verorum amicorum ut dicebatur prius // Concedendum est etiam quod mulieres et homines muliebres a tristitiis suis alleviantur ex complorationibus et propriarum tristitiarum conarrationibus tum quia nocumentum interius clausum magis congregat et magis affligit animam quam exterius diffusum tum quia tristitia talium magis est in appetitu sensitivo Appetitus autem sensitivi tristitia minuitur per fletum proprium quia fumi grossi ex tristitia constricti exalant // Tunc respondendum est ad rationes Ad primam dicendum est forte quod non solum illud est delectabile quod infert delectationem sed etiam quod minuit magnam tristitiam. Sicut illud est calidum quod obtemperaret frigiditatis intensissimam. Vel dicendum est quod non omnis delectatio omni tristitie contrariatur sicut apparuit in 7° libro ideo tristitia aliqua compatitur secum aliquam delectationem Ad aliam dicendum quod presentia amici si non aufert vel minuit causam extrinsecam tristitie tamen minuit causam intrinsecam scilicet attentionem ad obiectum tristabile. et de hoc dictum fuit in 7^a questione 7^{mi} libri Alia ratio bene probat quod presentia amici non est pure delectabilis infortunato sed mixtim infert delectationem et tristitiam. Nec est verum quod infortunatus non vult presentiam amici. Sed verum est quod non vult eam nisi voluntario mixto cum involuntario. Et forte quod si magis nollet presentiam amici quam vellet ipse ab eius presentia magis tristaretur quam delectaretur. hoc tamen non obstante minuit sibi tristitiam de suo infortunio Sicut enim delectatio unius potentie vel in uno obiecto minuit delectationem alterius potentie vel in altero obiecto ut apparuit in 27^a questione 7^{mi} libri ita concedendum est de tristitia ad tristitiam. Et eodem modo dicendum est ad ultimam rationem Et sic est finis presentis questionis.

Et decimo et ultimo queritur utrum

amicus sit delectabilissimum convivere. Arguitur quod non quia virtuosis nichil est delectabilissimum nisi felicitas. amici autem vera amicitia sunt virtuosi igitur nichil est eis delectabilissimum nisi felicitas Sed convivere non est felicitas nisi tu dicas quod amici ab invicem recedentes non amplius sunt felices et nisi tu dicas quod sit valde subiecta fortune quia per multos casus potest impediri convictus amicorum Et si tu dicas quod est bonum minime per se sufficiens cum convictus requirat alium igitur etc. // Item quod amicus preeligeret hoc est sibi delectabilius sed amicus preeligeret amicum esse sanum et bene fortunatum absentem / quam egrum et infortunatum presentem et colloquentem igitur amicus plus eligit sanitatem et bonam fortunam amici quam sibi convivere, et adhuc amicus plus eligit et diligit quod amicus sit virtutibus anime perfectus quam quod sit sanus vel bene fortunatus. et adhuc ipse plus diligit virtutes proprias quam virtutes amici igitur plurima delectabiliora sunt ab amico quam convivere

et per consequens delectabiliora. Oppositum videtur determinare aristoteles in fine huius noni libri. Aliqui statim credunt multa esse amicis eligibiliora et delectabiliora quam conviuere et sic concedunt quod conuiuere non est eis delectabilissimum: intelligendo scilicet uerba secundum proprietatem sermonis. Tamen conuiuere est eis multum delectabile. Et hoc solum probat Aristoteles in littera ut apparet consideranti. Nec Aristoteles confirmat quod eis sit delectabilissimum conuiuere. Sed querit utrum sit ita, et solum determinat quod est multum delectabile. Et si philosophus uel alij doctores inueniantur aliquando dicere in superlatiuo gradu quod conuiuere sit eis delectabilissimum uel optimum debet dici quod locutio sit rethorica et modo tragico dico ubi ad laudem exprimit plus quam sit. Illo enim modo loquendi capitur superlatiuus loco positiui aliquam habentis notabilem magnitudinem quem modum communiter obseruant predicatores moderni in sanctorum solempnitatibus de quibus predicant sine exaltationibus. Aut sepe in regum uel principem uel dominorum coram quibus predicant adulatorijs sub laudationibus. Aliter etiam potest responderi quod amicitia est quedam uirtus modo quo dictum fuit in 8° Sed aliunde sunt uirtutes excellentiores ut iustitia fortitudo et forte plures alie quarum actus sunt perfectis eligibiliores et delectabiliores quam actus amicitie. Ubi gratia iustus et fortis amicus plus uellet actum iustitie uel fortitudinis exercere loco et tempore oportunis quam colloqui amico. Sed intentio Aristotelis est quod inter actus uirtutis amicitie precedentes conuiuere est ipsis amicis eligibilissimum. Actus enim proprie consequentes amicitiam sunt concordare, bene uelle, benefacere et conuiuere amico. Bene uelle autem amico includit in se concordare. Nam uelle idem quod alter uult est ei concordare. Sed quicumque tibi bene uult ipse bonum uult id quod tu quia tu tibi bene uis sicut et quilibet alter sibi. Item benefacere claudit in se bene uelle quia licet aliquis bonum facere possit malum uolendo tamen non bene facit nisi hoc faciat animo beniuolo. Sed ultimo conuiuere in amicitia bona claudit in se benefacere amico. Amicis enim conuiuere est in hoc communicare secundum quod sunt amici. Amici autem boni sunt amici propter bonum uirtutis. Igitur eis conuiuere est ipsis communicare in uerbis in operibus virtuosis. Et hoc est quibuslibet benefacere primo sibi secundo amico. Diligunt enim se adinuicem et coaugent potentie ipsorum ad melius loquendum et operandum ut dicit Aristoteles viij° x° huius dicit de sapiente qui est secundum se ipsum sapientissimus quod melius est ei cooperatores habere. E contra autem est de conuictu prauorum communicantes enim in prauis operibus fiunt peiores et potentiores ad malefaciendum. Ex hijs potest argui sic. Ille actus est amicis eligibilissimus et delectabilissimus qui ceteros omnes actus amicitie includit uel formaliter uel uirtualiter sed conuiuere est huiusmodi ut dictum est igitur etc. Item conuiuere est amicis sibi inuicem benefacere sed hoc contingit conuiuere ut dictum est. Item Aristoteles arguit sic. Amicitia est quedam communicatio. Communicatio autem maxime saluatur in conuiuere igitur conuiuere est amicissimum seu in amicitia eligibilissimum. Item ipse arguit sic. Unicuique est delectabilissimum cognoscere se esse et viuere non solum quo ad actum primum sed quo ad secundum etiam. Et sicut homo se habet ad se ipsum ita ad amicum igitur ualde delectabile est uidere amicum esse et uiuere. Sed in conuictu utrique amicorum utrumque videt scilicet et se et amicum esse et viuere non solum quo ad amicitie actum primum sed quo ad secundum igitur est eis delectabilissimum.

Item ipe arguit ad idem p experientiaz inductiuaz quia singuli amici maxime deside
rant in illo opere cõuiuere secdm qd sunt amici ppter qd hy quidez cõputat ut dicit Aris
totiles hy aut colludunt ad aleas Aly aut coexercitant et quenant et phylosophat
hoc aut e amicis cõuiuere go zc / Itez Aristotiles uidet uiuere talem rõez Conui
uere in amicicia pportionat ipi uidere in amore libidinoso s3 in amore libidinoso de
lectabilissimu est se cõuidere g zc. Maior sic het pbabilitatez qr sicut iusti certius u
dicit et plurimas in amato differentias amabiles ostendit Ita cõuict9 certissime sin
gulas pprietates amabiles in amico demõstrat Amor aut uidet ee dubia qm i tactu
uidetur esse maior delectatio libidinosa q in uisu pp qd intemperantia attenditur
maxime secdm tactuz. S3 ad hoc respondeci pot qd inter viz et mulierẽ pot at
tendi amor scilz bestialem cõcupiscentiaz precise et ita tangere e delectabilissimuz
Unde bestia femellaz capit indifferent turpez et pulcram vel pot attendi secdm
humanuz cõiunctuz quẽ amor hoiz addit ultra amorez de quo dictuz fuit in 8o q
hoies non soluz procreationis filiorz gra cohabitant s coz qui in uitaz zc. Et ita dr
hic q delectabilissimu e uidere Ad rões respondẽduz e qd unicuiqz elligibilissia
e felicitas s illa nõ e ppue et pncipalit secdm uirtutez Ideo pma rõ nõ pcedebat q
predeterminata Ad aliaz dicẽduz e qd cõuiuere amicorz simplicit non e in infirmi
tate corporali iporz vel in infortunio uel alicuicqz impedimẽto iporz ab opatione secdm
quaz pncipalit sunt amici pmo tale cõuiuere non e nisi cõuiuere diminutuz scilz qd
Conuiuere enz simplicit amicorz e cõuiuere scilz virtutes sermonibz et mente sine
impedimento et hoc includit sanuz ee et bene fortunatum Ideo hoc ut sic e amicis
delectabilissimu non aut cõuiuere diminutum zc. Et sic finit questio et p cõsequẽs
totus liber non9 ethycorz Sequit sup xo ethycorz.

Supra decimuz librũ ethycorz In cui9 po tractatu agitur de delectatione de qua

Satis quesituz fuit supra septimu libr Ideo querẽduz e supra scilz
tractatuz ubi Aristotiles inquirit in quo actu cõsistit humana felicitas. Et quia dicit
Aristotiles q ipa felicitas e opatio optime potentie secdm optimaz ei9 uirtutẽ. Ideo oz
inquirẽ que sit optima potentiarz et que sit optima virtutuz / Optima aut potẽtiarz
point ab omib9 vel intellect9 vel uoluntas Ideo necesse e querere: de opatione hariz
duarz potentiarz ad inuicez // Et qr statz uidet q illa potẽtia e excellẽtior que e
magis libera / Ideo pmo querit utrũ uoluntas sit magis libera q intellect9 Arguit
q uoluntas sit magis libera / quia semp dns e a rõe qua dns e liberior sibi subiecto
Intellectus aut ad uoluntatẽ cõpat sicut subiect9 ad dnz. Qd patet pmo qr deprecans
subiect9 e ei quez deprecat et pmo ethycorz dr Recte enz et ad optima deprecat
ratio. Et nõ pot dici qd rõ heat supiorez potẽtiaz quaz deprecet nisi uoluntatez // 2o
hoc patet qr intellect9 e sicut cõsiliari9 et uolũtas sicut dns hens in suis negociis cõsiliariũ

uel ɔsiliarios q̄ patet in nostris ɔsilijs et electionibus. Nam dnī ɔsilium petentis ē sibi
statuere finem, et ɔsiliū petere p̄ quē modum et que media possit finem illum adipisci
vt patet 3° ethycorum Et ibidem etiā maīfestum ē q̄ uoluntas ē ipius finis g° uoluntas in
hoc ē sicut dnūs. Sȝ iterum statuto fine p̄ determinationem uoluntatis dnūs petit ɔsiliū
qd fit et dat̄ p̄ ratiocinatione intellectualem quo dato ɔsilio iterum dnī ē elligere
p̄ uoluntatem hoc qd ē ɔsilio preiudicatum. dicente Aristotile 3° ethy°rum Et electio
vtiqȝ erit ɔsiliabile desideriū, ex ɔsiliari enim iudicantem desideramus scilȝ ɔsiliū. Iu
dicium aūt ē ipius intellectus, et desideriū uoluntatis g° omīo uolūtas in hijs ē sicut
dnūs. Et iterum in eodem 3° Manifestum ē qd scilȝ uoluntatem sumus dnī actiūm nos
trorum ꝓpt̄ qd actus uoluntarij et non nisi uoluntarij sunt nobis imputabiles lȝ hoc nō
lateat intellectum. Et iterum dnī est p̄parere subditis suis. uoluntas aūt p̄parit intellectui
qd studeat qd speculet̄. Studeo enim quia uolo & cesso quia aliud magis uolo vt ire
ad ecclesiam vel ad cenam, et nūc studeo in mathematica, et nūc in morali phyā
vel in logica et nō nisi q̄a sic uolo iuxta illud Sic uolo, sic iubeo sit p̄ ronē uolūtas
Item cogi et posse cogi ab alio illiberum ē et s̄uile non posse aūt cogi liberum, sȝ uolūtas
in actu suo cogi non pōt, repugnat enim qd ad hoc cogor et qd ipm̄ uolo. Intellectus
aūt cogit̄ seu necessitat̄ ad studendum et speculandum a uoluntate. Nam impedimē
tis extrinsecis āmotis nulla uirtus in ea pōt resistere qn studeam si hoc efficaciter
uolo. Item qd omibus eodem modo se hentibus pōt in vtrumqȝ oppositorum hoc ē liberum et
qd nō sic pōt sȝ necessitat̄ et ab alio determinat̄ hoc ē illiberum. voluntas aūt et nō intellec
tus sic pōt in vtrumqȝ oppositorum. Nam qūius intellectus iudicauerit eundum ē ad ecclesiam
uoluntas tn̄ hoc stante pōt non uelle ire ymo et nolle ire sȝ ad tabernam. Item p̄ho
ymo metha°rum describit Aristotiles liberum dicens. Liberum ē qd sui met et nō alterius grā
ē g° liberius ē qd magis hēt modum et rōem finis. voluntas aūt ē huiusmoi in respectu in
tellectus. Semp̄ enim uelle sequit̄ intelligere tamqȝ actus naturalit̄ posterior et finalior
ac etiam p̄fectior iuxta illam maximam ab Aristotile positam q̄ posteriora generatione
sunt priora p̄fectione. Item illa potentia uidet̄ in hoīe liberrima in cuius potestate est
reddere hoīem liberum aut ipm̄ efficere seruum, sȝ hoc ē uoluntas qd p̄bat̄ q̄r uirtus et uiti
um que sūt scilȝ uolūtatem et appetitum determinant seruū et liberum vt de p̄mo politicorum. Nō
enim intellectus sȝ uoluntas determinat hominē ad uirtutem vel vitiū qd ē experiētia maīfes
tum. Multos enim scilȝ intellectum et sapientiam excellentes uidimus iniustos et valde malos
ymo demones scilȝ intellectum sūt ingeniosi ualde, et tn̄ mali ꝓpt̄ maliciam uoluntatis.
Alios aūt scilȝ intellectum simpliciores uidimus iustos et sanctos ꝓpter bonitatē uolūtatis g°
uoluntas ē dnā in reddēdo hoīem bonum uel malum et p̄ ɔn̄s liberum aut seruū. Et ideo
uoluntas uidet̄ hēre dnīūm sup̄ intellectum etiā quantum ad iudiciū de p̄ncipijs q̄ de
bent esse intellectui manifestissima quia dicit̄ in 6° ethycorum qd malicia s. uolūtatis
peruertit et mentiri facit circa pratica principia, circa que uirtus mentionem facit rec
tam. Oppositum Arguit̄ quia scilȝ Aristotilem p̄hemio metha°rum liberum describit̄ quod

ſui met et non alterius gratia est et maxime talis est felicitas, ergo felicitas est maxime libera inter
actus humanos. Ideo ſequitur quod inter potentias humanas illa eſt liberrima in cuius actu conſiſtit
humana felicitas. Sed ut habetur in x° ethycorum ipſa conſiſtit in opere ſapientie que est actus ipſius
intellectus ſeu eius habitus et non uoluntatis, ergo etc. Item ſicut arguendo ad aliam partem di
cebatur dominus liberior est ſubiecto. Intellectus autem est ſicut dominus quoniam determinare et ordinare
quid ſit faciendum et quid dimittendum pertinet ad dominum. Intellectus autem ordinat et deter
minat quod ſit uolendum et quid nolendum, quid ſit fugiendum uel proſequendum, quid ſit aman
dum uel odiendum, et non poteſt uoluntas in illos actus ſine predeterminatione intellectus. Unde
prohemio methaphiſice: Sapientem ordinare oportet ſcilicet ſapientia. Item 3° politicorum. Oportet
leges recte poſitas eſſe dominas, propter quod etiam bene declarat Ariſtoteles primo politice al' methaphiſice
quod maxime conuenit ratione poſitas leges quecumque contingunt omnia determinare ipſas et quam pauciſſima
committere iudicantibus, ſcilicet quia medius est dominium legum quam iudicum, ergo in nobis potentia illa maxime
debet poni domina cuius est leges ponere, et illa non est uoluntas ſed intellectus qui poteſt uidere et
diſcernere quid iuſtum et quid iniuſtum, quid bonum et quid malum. Unde in 2° politicorum
qui quidem iubet intellectum principari uidetur iubere principari deum et leges. Non dicit ergo qui uo
luntatem iubet principari, ymo ex eo intendit legem optime dominari quia ut dicit: Sine appe
titu intellectus lex eſt. Item ad hanc partem uidentur eſſe Seneca et Tullius. In epiſtola: Tu
me inquis, dicit Seneca, philoſophie ſeruias oportet ut tibi contingat uera libertas, hoc ipſum
philoſophie ſeruire libertas est. Philoſophia autem ad intellectum ſpectat. Et iterum in epiſtola xxxvii^a: Quod
maximum dicit ad hanc ſcilicet ſapientiam te confert ſi uis eſſe ſaluus, ſi ſecurus, ſi beatus. Denique ſi
uis eſſe quod maximum est liber. Et ſubdit poſt quod ſapientia ſola libertas est. Si uis inquit
omnia tibi ſubicere, te ſubice rationi. Multos reges ſi ratio te rexerit. Similiter Tullius in
paradoxis dicit omnes ſapientes liberos eſſe et omnes ſtultos ſeruos. In iſta queſtione diſtin
guendum est de libertate et ſic etiam de ſeruitute, quia oppoſitum uidentur ſeruum et liberum, et primo
in diuerſis ſuppoſitis in quibus hoc est manifeſtum. Secundo in eodem ſuppoſito quod est magis ad propo
ſitum. In diuerſis ſuppoſitis dicitur libertas et ſeruitus uno modo ſcilicet corpora. Alio modo
ſcilicet diuicias et exteriora bona. Tertio modo ſcilicet animam. De ſeruitute et libertate corpora
li loquitur Ariſtoteles primo politicorum dicens: Vult quidem ergo natura et corpora differentia fa
cere que liberorum et que ſeruorum. Hec quidem fortia ad neceſſarium uſum, hec autem recta et in
utilia ad tales operationes ſed utilia ad ciuilem uitam. Hunc autem modum libertatis et ſeru
tutis dimitto quia non est ad propoſitum de felicitate neque de operatione intellectus ad uoluntatem,
quia dicta corpora ſeruilia contingit habere animas liberas et corpora libera animas ſeruiles,
ut uult ibidem Ariſtoteles dicens: Accidit autem et multociens quidem contrarium, hos quidem
corpora habere liberorum hos autem animas. Et hoc pulcre deducit Seneca in epiſtola lxvi^a
Claranum ubi tandem dicit: Claranus michi uidetur in exemplum redditus ut ſcire poſſemus
non deformitate corporis fedari animum ſed pulchritudine animi corpus ornari. Seruitus
autem ſcilicet pecunias et exteriorum bona, et libertas dicitur ſcilicet habundantia et defectu ne
ceſſarium ad uitam, quemadmodum dicimus pauperes oportere ſeruire diuitibus ut habeant uite

necessaria. Et hec etiam non est libertas de qua ad presens intendimus quia dictum fuit
in primo libro quod in talibus bonis exterioribus non consistit humana felicitas, ymo neque prepre-
dicta libertas, quia sicut in epistola predicta habetur: Omnia ista in que casus dominium exer-
cet servilia sunt pecunia et corpus et honores imbecilla, fluida mortalia ac possessiones
incerte etc. Adhuc secundum extrinsecam denominationem a progenitoribus dicitur libertas sive
nobilitas et servitus sive ignobilitas, dicuntur enim vulgariter et nobiles et liberi qui ex
magnis ingenuis procreati sunt. Ignobiles autem et tanquam serviles qui ex humiliori gen-
te nati sunt, ut cives burgenses mercatores et rurales. Et certum est quod talis nobi-
litas et ingenuitas si esset secundum denominationem intrinsecam esset multum honorabilis aut
etiam si esset secundum similem anime dispositionem dispositioni eorum priorum a quibus contraxerunt
talem denominationem, quoniam hanc contraxerunt ab excellentibus in divitiis et virtutibus. Unde dicit
Aristoteles 3° politice quod ingenuitas est virtus generis. Et iterum quod ingenuitas est virtus et
divitie antique. Qui igitur ex ingenuis descendunt si suos progenitores insequuti fuerint secundum
virtutes illi formaliter et proprie dicuntur nobiles et ingenui et sunt ceteris paribus aliis pre-
honorandi, ymo etiam quicunque ex tali ingenuo genere descendunt si non appareant in eis
manifeste malitie ipsi ceteris paribus sunt aliis in honoribus preponendi, quia sicut dicit
Aristoteles meliores verisimile esse eos qui ex melioribus. Tamen sicut dicitur 3° rethorice
multi tales degenerant non insequentes virtutes progenitorum et fiunt leves valoris
ymo valde mali raptores homicide tyranni, quia sicut dicitur primo politice: Sevissima
est iniustitia habens arma. Tamen inter se nominant adhuc se nobiles, strenuos, ingenu-
os et liberos licet non vera sed mendaci nominatione. Et sic etiam alii nominant eos aut
adulatione aut quia non auderent aliter dicere. Ideo manifestum est quod talis libertas
nichil est ad propositum de felicitate. Adhuc aliter tangendo animam Aristoteles distinguit
primo politice libertatem et servitutem scilicet quia alia naturalis alia violenta. Est enim servitus
naturalis robustitas corporis cum parva anime industria. Tales enim non sunt digni pre-
esse in regimine et ordinatione rei publice, tales igitur dignum est servire et eis expedi-
ens magis quam dominari et regere. Nam sicut habetur 6° ethicorum: Corpori forti sine visione
moto accidit falli fortius. Liberi autem naturaliter et digni regimine sunt ingeniosi et
sensati et habentes ut dicit Aristoteles corpora recta et inutilia ad tales operationes
puta mechanicas, sed utilia ad civilem vitam. De istis igitur dicit Aristoteles primo poli-
tice: principans autem et subiectum natura propter salutem; quod quidem enim potest mente previdere
principans natura et dominans natura. Qui autem potest hoc corpore facere subiectum ex na-
tura et servum. Secundum autem violentiam servi dicuntur coacti contra voluntatem cor-
porum captivati et incarcerati aut etiam qui sunt ex legibus aliquibus aliis corporaliter obli-
gati et non possunt neque filii eorum sub pena corporis ab illorum dominio separari. Liberi autem
correspondentes huiusmodi servis sunt qui sic non sunt coacti vel aliis obligati.
Manifestum est igitur quod libertas et servitus naturales sunt honeste et iuste ac in opti-
ma et nobilissima policia expedientes. Sed tamen libertas est valde honestior et nobilior

seruitu te sicut anima

ſeruituti ſicut anima eſt nobilior corpore. Libertas autem et ſeruitus ſecundum legem et uiolentam
coactionem nichil pulcri habet nichil honeſti nichil amoris. Vnde Aristoteles primo politice
Expediens eſt et amicitia ſeruo et domino ad inuicem hijs qui natura tales dignificantur
hijs autem qui non ſecundum hunc modum ſed ſecundum legem et uiolentiam paſſis con-
trarium propter quod etiam talis nobilitas uel libertas omnino dimittenda eſt. Nichil enim
eſt ad felicitatem. de ea enim dicitur 7° politice. Neque enim ſeruo in quantum ſeruus uti vene-
rabile. Adhuc ex predicto primo politicorum alie ſumuntur diuiſiones libertatis et ſer-
uitutis. propter quod notandum eſt quod liberum prima intentione dicitur quod eſt et agit ſui ipſius gratia.
prima intentione et non gratia alterius prout dicitur liberum. Seruum autem ut ſeruum dicitur eſt cuius operatur
gratia alterius ut habetur primo methaphiſice. Ideo quantum aliquid eſt uel agit prima intentione ſui ipſius
gratia et alia propter ipſum tantum habet de libertate quantum eſt vel operatur alterius gratia. prima intentione
tantum participat de modo ſeruitutis. Et eſt idem ſeruum et liberum reſpectu diuerſorum
ut comites et duces ſerui dicerentur reſpectu regis et liberi reſpectu ſubditorum. Et
nos homines ſumus ſerui dei, et ſumus domini et liberi in ordine ad animalia bruta et plan-
tas et inanimata. Vtimur enim eis propter nos ut habetur 2° de anima. Et quia ſemper naturali
ordine deterius ſiue indignius eſt gratia melioris prout determinat Aristoteles 7° politi-
corum. Ideo dicit ipſe in primo libro quod ſecundum nunc dictum modum libertatis et ſeruitutis ſemper
in omni comunicatione. liberum dicitur quod dignius eſt et melius et alia reſpectu huius dicuntur
ſeruilia vel ſubiecta. Tamen huic modo alter modus dominationis et ſeruitutis erroneus
et innaturalis inuenitur oppoſitus. ſcilicet prout deterius et indignius aſſumunt aliquando ſibi dominium
ſuper melius et dignius prout hoc contingit in tranſgreſſionibus policiarum et propter inordinationem
non merentur dici policie ſed tranſgreſſiones policiarum que enumerantur ab Aristotile tres
oppoſite tribus rectis policijs. ſcilicet tyrannis opponitur regno. obligarchia oppoſita Ariſto-
cracie. et domocracya oppoſita tymocratye. In hijs enim naturaliter ſerui ſunt uiolentia
et preter naturam domini et liberi et contra. Sumuntur ergo iſta duo modi libertatum et ſeruitutum
ex diuiſione dominij ſeu principatus in racione et naturaliter ordinatum et indiſtincte et in-
naturaliter deordinatum. Adhuc vltima notat Aristoteles aliam diuiſionem libertatis
ſeu dominij vel principatus. Eſt enim dominium deſpoticum et aliud dominium regale. Deſpoticum
dicitur ſuper ea que non habent poteſtatem vel induſtriam reſiſtendi ſeu obuiandi uoluntati
vel impetitui dominantis. Sic enim dominamur ſuper inanimata et plantas ut ſuper domos et
agros et ſuper etiam bruta cum arte vel potentia corporali poſſumus ea nobis ſubiugare
et ſuper homines etiam ſecundum uiolentiam dominationem de qua ante dictum eſt. // Dominium autem regale
et libertas regalis eſt ſuper ea que habent poteſtatem et induſtriam reſiſtendi et obuiandi uo-
luntati et impetui dominantis ſed non conantur obuiare neque uolunt ymo ad ſubiectionem
inclinantur quia experientia ſciunt vel ex bona perſuaſione vel aſſuetudine habent in-
duſtriam quod bonum ſit eis ſubici et melius quam quod non ſubiciantur. quoniam ſicut dicitur 8° ethycorum.
Regis dominatio eſt ad ſubditos in ſuperhabundantia beneficij. benefacit enim ſubditos
et curam habet ipſorum ut bene operentur. Quo tamen non obſtante rex agit ſui ipſius gratia principali

·1·

intentione ſ. ut inde virtute iuſtice interius perficiat eius anima et exterius ſibi retribuatur ho
nor et gloria Quibus autem non ſufficiant hec iſti ſunt tyranni prout bene dicit Ariſto
tiles 5° ethycorum   Sic igitur recolligendo poſiti ſunt noue modi libertatis aut ſeruitu
tis quorum multi ſi non ſint ſuppoſitaliter diſtincti diſtinguuntur aliqualiter ſecundum diuerſas
rationes · Primus enim modus conſiſtit in bona et ſubtili complexione corporis diſponente ad
ſenſuum uiuacitatem et modus ſeruitutis conſiſtit in complexione corporis magis compacta
et dura reddente corpora fortia ad neceſſarium uſum ineptiora tamen ad mentis ap
titudinem iuxta illud ſecundi de anima Molles carne apti mente etc. duri uero inepti · Se
cundus autem modus conſiſtit in habundancia vel deffectu pecuniarum et bonorum pecunia men
ſurabilium   Tercius autem conſiſtit in extrinſeca denominatione ab antiquis progenitoribus   Quartus
modus prout addit ſupra primum conſiſtit in mentis diſcretione prudentia aut vel impru
dentia   Quintus conſiſtit in uiolentia · violentans enim dicitur liber et uiolentatum ſer
uum   Sextus modus libertatis conſiſtit in eſſendo melius dignius et principalius   Septimus
conſiſtit in tranſgreſſione a recto et naturali ordine   Octauus modus libertatis et ſer
uitutis conſiſtit in ſubiectum non poſſe obuiare uoluntati uel impetui dominantis et in do
minum neceſſitare ſubiectum ſine neceſſitate uiolenta ſiue naturali   Nonus autem modus
addit ſupra ſextum quod ſubiectum ſit innatum obuiare uoluntati et preceptis dominantis
Sed quia intellectus et uoluntas de quibus queſtio formabatur ſunt in eodem ſuppoſito videndum
reſtat nunc de libertate et ſeruitute in eodem ſuppoſito et comparabimus primo animam ad corpus
et partem ſuperiorem anime ſcilicet rationalem ad partem inferiorem ſcilicet ad ſenſualem et 3° intellectum
ad uoluntatem   De prima comparatione ſequenda est determinatio Ariſtotilis primo politicorum
dicentis Anima quidem corpori dominatur deſpotico principatu · Corpus enim non est innatum
reſiſtere anime · Moueo enim pedes ſi uolo aut caput aut manus aut linguam etc. prout
vnumquodque membrum est innatum moueri et non poteſt aliquid eorum inobedire reſiſtere ſi non ſit egrum
vel non ſit extrinſecum impedimentum · in quo caſu iam anima non haberet ſupra illud membrum dominium
in quantum ſit circa impedimentum   De ſecunda autem comparatione dicitur quod pars ſuperior dominatur
ſuper inferiorem dominio regali · Et quod hoc intendit Ariſtotiles primo politicorum cum dicit intel
lectum principari appetitui principatu politico et regali dicitur enim quod per intellectum intendit
Ariſtotiles totam partem ſuperiorem ſcilicet intellectum et uoluntatem et per appetitum totam inferiorem
ſcilicet ſenſum et appetitum ſenſitiuum · Et ideo de dominio anime ſuper corpus et intellectus ſuper appetitum
ſubdit ſtatim Ariſtotiles Manifeſtum eſſe quod ſit ſecundum naturam et expediens corpori regi ab
anima et paſſibili parti id est ſenſuali ab intellectu et parte rationem habente · Cum enim copula
tio proprie debeat copulare inter diuerſa uidetur quod Ariſtotiles cum diceret et parte rationem habente
intendebat uoluntatem que dicitur rationem habere non quia ratiocinetur ſed preſuppoſitiue quia
non fertur uoluntas niſi in id quod preiudicatum eſt ratione Quod autem pars ſenſualis ſit inna
ta aduerſari et obuiare rationi dictum est in primo huius ſatis · Et nunc ante dictum est
quod iſte nonus modus libertatis ſcilicet regalis ſupponit ſextum modum et hoc est uerum in propoſito
quia omnes concedunt intellectualem partem eſſe ſenſuali naturaliter meliorem dignorem

et excellentiore virtute et operatione. Et quia dictum est quod pars sensualis innata est adversari rationi contingit aliquando ex defectu partis intellectualis et pravitate sensualis quod intellectualis succumbit et quod pars sensualis dominatur super intellectualem. Cum ergo pars intellectualis dominatur et quod sensualis permittit se duci a ratione et inclinatur ad obediendum rationi tunc est in homine principatus regalis ordinatus naturalis rectus et optimus. et talis est principatus in omni homine virtuoso et non nisi in eo. Quando autem est contra tunc est principatus innaturalis perversus et valde malus et est talis in omni homine vitioso. Cum ergo dictum fuerit in 9° libro ethicorum quod homo maxime est intellectus et simpliciter a parte intellectuali debet accipere denominationem. Ideo homo simpliciter dicitur verus sui ipsius dominus et vere liber si ratio in eo dominatur super sensum. E contra autem si intellectus succumbit et servit sensui dicitur vere servus. Et ad istam intentionem procedunt plures auctoritates philosophorum scilicet Aristotelis primo politicorum. Quod virtus et malitia determinat servum et liberum, et nobiles et ignobiles. Et Tullii in de paradoxis dicentis homines sapientes esse liberos et omnes stultos servos. Et intendit omnes sapientes esse bonos et virtuosos et nullos esse malos nisi stultos iuxta illud tertii ethicorum. Ignorat autem omnis malus. // Item intendit Seneca epistola xliiii^a Item te michi Ad lucillum dicens allegando platonem. plato ait neminem regem nisi ex servis esse oriundum Neminem non servum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit et sursum deorsum quod fortuna versavit. Et tunc querit. Quis ergo est generosus id est liber et nobilis Et respondet Ad virtutem bene a natura compositus. hoc unum intuendum est vel intendendum. Et subdit Animus facit nobilem, cui ex quacumque conditione supra fortunam licet surgere. E contra autem vitiis homo servus efficitur ut ipse dicit epistola xlvii^a Libenter. Alius enim libidini servit Alius ambitioni alius avaritie omnes timori. hoc etiam dicit ille communis versus Nobilitas sola est animum que moribus ornat. Aliqui obloquti sunt in me quia sepius ad proposita mea tot auctoritates adduco Cum auctoritas non demonstret. Et ego dico quod illum modum procedendi non dimittam specialiter in moralibus. quia plus credendum est antiquis doctoribus et famosis in moribus quam rationibus novis supervenientibus et non exquisitis. Nam tales doctores ut dicitur 6° huius per hec ex experientia visum vident principaliter. Et iterum ubi ille auctoritates ponuntur ibi per auctoritates probantur et demonstrantur. Ideo qui propositorum demonstrationes habere cupiunt recurrere possunt ad loca allegationum si velint. Non ergo puto eas frustra adducere.

Nunc ergo restat dicere de operatione intellectus et voluntatis, de qua a principio querebatur. Et ego suppono ex dictis prius in 3ª questione sexti libri et in 3° de anima quod in homine intellectus et voluntas sunt eadem res, Ita quod et voluntas est intellectus et intellectus est voluntas. Ex qua suppositione ego infero istam primam conclusionem quod neque voluntas est liberior intellectu neque intellectus liberior voluntate, quia sequeretur quod voluntas esset liberior voluntate vel intellectus liberior intellectu quod non concederet. consequentia autem patet per sillogismum expositorium arguendo sic intellectus est liberior voluntate, et ille intellectus est voluntas, ergo voluntas est liberior voluntate. Similiter voluntas est liberior intellectu et illa voluntas est intellectus ergo intellectus est liberior intellectu. Eodem modo argueretur de nobilitate de principalitate, de potestate de causalitate, de prioritate et ulterius de omnibus operationibus aut relationibus quibus non contingit idem comparare vel refferre

idem ad ſe ipm̄. Si enī impoſſibile ē idem ſe ipō ēē prius vel poſterius nobilius uel ignobilius, uel
idem eſſe cauſam ſui ipīus ſ aut effectum ꝯcludet̄ qđ impoſſibile ē intellectū ēē nobiliorē uel
ignobiliorē priorē uel poſteriorē cauſā eſſe eius uel effectū ⁊c̄. vel conūſo. Siľr ex eadē radi
ce ſequit̄ ꝙ ~~ratiō~~ ōnes tales copulatiue ſunt impoſſibiles. Intellectus ſortis intelligit. ⁊ uoluntas
eius non intelligit. Volūtas eius uult ⁊ intellectus eius nō uult. Voluntas eius ē ceca ⁊ intellectus
eius non cecus. Intellectus ē prudentia uel ſapientia habituat̄ ⁊ nō uoluntas et ſic de
alijs talibꝫ. Sꝫ tunc ē dubitatio ꝙ non ſolū intellectus ē idē qđ uoluntas ymo etiā
ē idē in hoīe qđ ſenſus ſiue potentia ſenſitiua et idē qđ appetitus ſiue potentia appetiua
qꝛ ponimus qđ eadē aīa in hoīe ē potentia intellectiua, ſenſitiua et uegetatiua, quō
ergo poſſimus ꝑdicata ꝯtradictoria attribuere intellectui uel uoluntati, et ſenſui ſeu ap
petitui ſenſitiuo, et qđ ille illi aduerſat̄ et obuiat, et ꝙ ſemꝑ rō ad optima deprecat̄
non ſenſus vel appetitus ſed aliqn̄ ad peſſima. Et ꝙ ps ſupior .ſ. intellectualis ē nobilior
parte ſenſuali et dnatur ei dnō regali. Hec omnia uident̄ ꝯtradicere predictis. Et
ego reſpondeo ꝙ hec omnā ꝯſonat̄ ſi aſſignent̄ illis ſenſus ſcꝫ quos hec oīa dicunt̄
a ſapientibus ⁊ ponūt̄ et ſi diſtinguant̄ modi diuerſi quibus utim̄ iſtis noībꝫ intel
lectus uel potētia intellectiua, ſenſus uel potentia ſenſitiua et ſic de alijs huiuſmoī. Di
cā ergo ꝙ omnē intellectū humanū uocamus potentiā intellectiuā qꝛ pōt intelligere
uel nos ipō tanqꝫ receptiuo intellectionis. Et eodē modo uoluntatē uocamus potē
tiā uolitiua qꝛ ipā pōt uelle, uel nos ipā tanqꝫ receptiua uolitionis. Et ſilr̄ ſenſū uocam⁹
potentiā ſenſitiuā quia pōt ſentire uel nos ipō tanqꝫ receptiuo ſenſationis. Et appeti
tum quia pōt appetere uel nos eo tanqꝫ receptiuo apetitionis. Si aūt ſit aliqd actiuū
intellectionis vel uolitionis humane, aut ſenſationis vel appetitionis, qđ nō recipiat in
ſe huiuſmodi intellectionē vel volitionē ſenſationē uel appetitionē, hec nō uocamus in
tellectū huānū uel uoluntatē humanā, hec nō uocamus ſenſū vel appetitū ſenſitiuū.
hec ergo ſuppono ex qđ noīs. Et ſi aliqs uult illis noībus alias ſignificationes attribuere
dicat ipē ꝯſequent̄ ſibi. Non enī accipimus hic intellectū ⁊ uoluntatē ſenſū, et appetitū
ꝓ actibus intelligendi & ſentiendi ⁊c̄. Nec intellectū accipimus ꝓ habitu principiorum. Ille
enī nō ſunt ꝑme ſignificationes ſeu acceptiones illorū noīum. Secūdo ego dicā quod
differentia ē inter intellectionē et uolitionē ex una pte ⁊ ſenſationē et ſenſibilē appe
titionē ex altera parte, qm̄ intellectio et uolitio nō recipiūt̄ in corpore ſeu organo
corporeo tanqꝫ in ſubiecto, de cuius potentia egrediant̄ ſꝫ ſic recipiūt̄ in ſola aīa huma
na iō nec illi actus extendunt̄ extenſione corporis. Sic enī intelligendū ē hoc qđ ſolet
dicere, puta ꝙ intellectus et uoluntas non utunt̄ in ſuis actibꝫ .ſ. intelligēdi ⁊ uo
lendi organis corporeis. Senſatio aūt et ſenſibilis appetitio recipiūt̄ in ꝯiuncto ex
aīa ⁊ corpore tanqꝫ in ſubiecto, de cuius potentia egrediunt̄ ⁊ ſcꝫ corpus et ſcꝫ aīā
ideo etiā illi actus extenſione organi corporei extendunt̄. et hoc amplius explanaui
ſup libꝝ de aīa. // Et ex hijs uidet̄ iam ſequi ꝙ intellectus et uoluntas nō ē precīſe
niſi ipā aīa. Senſus aūt ⁊ appetitus ſenſitiuus ē ꝯpoſitus ex aīa ⁊ organo corporeo: tn̄ qꝛ

in hac ꝯpoſitione aīa ē pars principalior . ideo quia ſenſuz vel appetituz ſenſitiuū licet accipere
pro ipā aīa ita ꝙ nomē ſupponat ſoluz ꝓ aīa appellando tn̄ organū // Et ut diſtinguaꝰ int̄ has
duas acceptiones nos poſſumꝰ ad placituz uocare ſenſuz in pͥma acceptione ſenſuz totalez
et in ſcd̄a ſenſuz partialez . et ſic etiā de appetitu / Tunc g̊ intellectꝰ et uoluntas eſſent idē
qd̄ ſenſꝰ uel appetitꝰ totalis . ſꝫ g̊ non ſūt idē nō ē miꝝ ſi de eis uere dicant̄ predicata
ꝯtradictoria . Sꝫ put ſunt idez nūꝙ̄ . ymo ſic dicaz ꝙ ſenſꝰ intelligit ⁊ intellectꝰ ſentit . ſ.
tāꝙ̄ ſentiens partiale . Nec intellectꝰ dn̄at̄ ſup ſenſuz niſi ſenſꝰ dominet̄ ſup ſeipꝫ . Nec
ſenſꝰ aduerſat̄ intellectui niſi intellectꝰ aduerſet̄ ſibi ipī . Nec intellectꝰ ē nobilior ſen
ſu uel liberior nec ſenſus intellectu // Sꝫ tu queres an g̊ intellectꝰ ē nobilior ꝙ̄ ſenſꝰ tota
lis . poſſuꝫ dicere qd̄ nō qꝛ corpꝰ ſubiectuz aīe nō diminuit de pfectione aīe . ymo ꝯpoſituz
ex aīa et corpore uidetur eē melius et pfectius ꝙ̄ ipā aīa circūſcripto corpore ſicut Ariſtotiles
dicit pͥmo huiꝰ . qd̄ felicitas ꝯnumerata cum minimo bonoꝝ reddit̄ elligibilior . Quomodo
aūt intelligenduz ſit qd̄ intellectꝰ ē multo nobilior potentia ꝙ̄ ſenſꝰ ⁊ uolūtas ꝙ̄ appetitꝰ
ſenſitiuꝰ dicetur poſt . // Reuertor g̊ ad ꝯpatione intellectꝰ et uolūtatis . et pono ſcd̄z pͥmiſ
ſam ſuppoſitionē iſtam ſcd̄az ꝯiunctionem copulatiuaz ꝙ intellectꝰ ē liber et uoluntas ē libera / et
eque liberi ſunt hic & illa . Si eniz ſunt ambo liberi oportet ꝙ ſint eq̄ liberi . ex quo dictuz eſt
ꝙ neuter eſt liberior altero / Qꝫ g̊ uterq; ſit liber ꝓbo ſic . Omnes ꝯcedunt in hoīe liberū
arbitriū . Aliqui tn̄ arbitriū dicūt eē liberū ex libertate intellectꝰ . aliqui ex libertate uolū
tatis ⁊ aliqui ex libertate vtriuſqꝫ et ſic omēs ſunt ꝯcordes ꝙ uel intellectꝰ ē liber vł uolūtas
ē libera . uel ambo . Sꝫ ſi intellectꝰ ē liber ſequit̄ uoluntatez eē liberaz et ꝯuerſo ꝑ ſillogiſ
muz expoſitoriū vt dictuꝫ ſūt g̊ neceſſe ē ꝯcedere vtriuſqꝫ libertatez . Sunt g̊ ambo liberi et
eq̄ liberi . // Itez dictuz ē ꝙ intellectꝰ ē ipā aīa ⁊ uolūtas etiā ipā aīa . Et dictuz ē etiā ꝙ ipā
aīa libera ē in reſpectu corporis . principat̄ eniz corpori principatu deſpotico g̊ ⁊ intellectꝰ
liber ⁊ uoluntas libera / Sꝫ dicte ꝯnes nō ſūt que dubitāt̄ ꝓpt̄ qd̄ ſciendū ē ꝙ licꝫ intellectus
⁊ uoluntas ſint idē . ſ. eadez aīa tn̄ noīa differunt ſcd̄z rōnez . Nam illa aīa dicit̄ intellectꝰ ex
eo . ꝙ intelligit uel pot̄ intelligere recipiendo in ſe intellectionez . Et eadē aīa dicit̄ uolūtas
ex eo qd̄ uult uel pot̄ uelle recipiendo in ſe uolitionē . Ideo queciq; attribuūt̄ aīe ea rōne qua
intelligit vel in nata ē intelligere illa attribuūt̄ ſibi ea rōne qua dicit̄ intellectꝰ . Et queciī
qꝫ attribuunt̄ ſibi ea rōne qua uult vel īnata ē uelle / illa attribuūt̄ ſibi ea rōne qua dicit̄ uo
luntas . Principalia eniz predicata attributa aīe ea rōne qua dicit̄ intellectꝰ ſūt intelligē uel poſ
ſe intelligere / et attributa ipī ea rōne qua uocat̄ uolūtas ſunt velle uel poſſe uelle ſꝫ poſſe in
telligere ⁊ poſſe uelle ea rōne qua dicit̄ intellectꝰ in actu et uolūtas ī actu // Qn̄ g̊ dicit̄ qd̄
intellectꝰ intelligit ſꝫ non uult et ꝯuerſo ꝙ uoluntas uult ſꝫ non intelligit aut etiā qd̄ intel
lectꝰ pot̄ intelligere ſꝫ non uelle ⁊ uoluntas ꝯuerſo pot̄ uelle ſꝫ non intelligere ymo ē ecōuerſo
Nos nō debemꝰ intelligere tales ꝓpoſitiones ſcd̄z ſenſuz quez facerent de ꝓprietate ſermonis quia
ille eſſent falſe ſcd̄z qd̄ dictuz ē . Sꝫ ꝓpt̄ breuiloquiū nos ponimꝰ tales ꝓpoſitiones loco aliaꝝ
ꝓpoſitionuz reduplicatiuaꝝ uel cauſaliuz . ſ. intellectꝰ pot̄ intelligere ſꝫ nō pot̄ uelle . i. aīa
dicit̄ intellectꝰ quia pot̄ intelligere ſꝫ non qꝛ pot̄ uelle . vel dicit̄ intellectꝰ ſcd̄z qd̄ poteſt

intelligere .i. ea rone qua pot intelligere et non ea rone qua pot uelle . Et ita uolūtas pot uelle
ſʒ nō pot intelligere .i. aīa dicit uoluntas qʒ pot uelle nō qʒ pot intelligere / vel ea rone qua
pot uelle et nō ea roē qua pot intelligere . Et ſimiliter ſuo modo de velle et intelligere quātū
ad uoluntatem et intellectuʒ in actu . Illa gᵒ qō que a principio mota fuit .ſ. vtrʒ uoluntas
ſit magis libera q̄ intellectꝰ / ſoluta ē ſcḷʒ ſenſuʒ queʒ facit de uirtute ſermonis . Sʒ reſtat
dubiū ſi loco alterꝰ queſtionis formetur reduplicatiue vel cauſalis uerbi grā . Iſte qōnes
ſunt dubie vtrʒ aīe magis conueniat libertas et dnīuʒ ſcḷʒ actuʒ uolendi q̄ ſcḷʒ actuʒ intel
ligendi vel vtrʒ hēat gubernationeʒ et principatuʒ ſup corpꝰ et appetitū ſenſitiuū magis ꝑ
actuʒ uolendi q̄ ꝑ actuʒ intelligendi . et vtrʒ liberꝰ ꝓducat vel recipiat actuʒ uolendi q̄
actuʒ intelligendi Et omnō vtrʒ actꝰ uolendi ſit nobilior et liberior q̄ actꝰ intelligendi
hec gᵒ conſequenter inquirāt . Et ſic ē finis queſtionis

Jat ergo queſtio ſecunda.

vtrʒ Anima producat inſe actum uolendi liberiꝰ q̄ actuʒ intelligēdi . Arguit qd ſic ꝑ rones que in ꝓcedenti qōe
arguebant q uolūtas eēt magis libera ⁊ dnā q̄ intellectꝰ qm̄ ille roēs nō bene arguebāt
ad illaʒ qōnē ſcḷʒ ſenſuʒ qui eēt de ꝓprietate ſermonis ſicut uiſuʒ fuit ſʒ uidet arguere
et habere ſuaʒ efficaciaʒ ad illum ſenſuʒ q aīa magis debeat dici libera et dnā ea rone
qua dicit uoluntas q̄ ea rone qua dicit intellectꝰ . Sʒ hoc nō uidet poſſe eē uerum niſi ex
eo q ipā aīa liberiꝰ ſe hēret in ꝓducēdo actuʒ uolendi ſcḷʒ quē dicit uoluntas q̄ in ꝓducē
do actuʒ intelligendi ſcḷʒ quē dicit intellectꝰ gᵒ illuʒ actuʒ uolēdi ꝓducit liberiꝰ /
Oppoſituʒ arguit etiaʒ ꝓportionali modo ꝑ roēs que in ꝓcedenti queſtione adducte fuerūt
ad arguēduʒ q intellectꝰ ſit liberior uoluntate . Iſta qōo aliqua ſupponit et ultra aliud
querit . Supponit eīʒ manifeſte q aīa ꝓducat tā actuʒ uolendi q̄ actuʒ intelligēdi . Et
ſupponit etiā qd vtrumqʒ recipit quia dicit in ſe . Deinde querit quē iſtoꝝ actuū ꝓducat li
beriꝰ vel recipit liberiꝰ . In quo etiā uidetur ſupponere qd vtrumqʒ ꝓducat libere vel recipit
libere ſi non debeat eſſe abuſiua ꝯpatio . Qꝫ gᵒ aīa humana ſit receptiua illoꝝ actuuʒ
nō dubitamꝰ . Qꝫ etiā ſit actiua eoꝝ credo . Et hoc ſuppono . De hoc eīʒ dixi in 2ª qōe
tercij libri quantuʒ ad actuʒ uolendi ⁊ nolendi . Quantuʒ aūt ad actuʒ intelligēdi dixi
hoc ſup libruʒ de aīa in 10ª qōe ſcḍi libri / et in 10ª qōe tercij . hoc eīʒ determinare magis ſpec
tat ad ſpeculatiuaʒ ſciaʒ q̄ ad iſtaʒ . Sʒ adhuc qʒ dictuʒ ē q liberiꝰ ſupponit libere ſi nō
ſit ꝯpatio abuſiua Ideo uidenduʒ ē ꝑmo de hoc .ſ. tam de ꝓducere q̄ de recipere . Sit gᵒ
dubitatio An aīa humana libere agit intellectionē et uolitionē . Et uidet q doctores et
phӯ diſtinguunt quātuʒ ad hoc duplex agere libere . vno mō dicit agens agere libere liber
tate finalis ordinationis . Alio modo libertate oppoſitionis . libertate finalis ordinationis
dicit agens agere libere ſi agat ſui ipſiꝰ grā principali intentione / et ſecundariter ſi gratia
alterꝰ . vnde ſolꝰ deꝰ agit ſimpliciter et omnō libere . Omnia aūt alia agentia in ordine
ad ipm̄ deuʒ agunt ſecundariter quia omnā que ſunt ⁊ agūt / ſunt et agūt grā ipſiꝰ dei vnde
et nos debemꝰ eē ſerui dei . Deꝰ aūt quicqd ab extra ꝓducit vel conſeruat ſui ipſiꝰ gratia
prima et principali intentione . Omnia eīʒ que ſunt in ipm̄ deū finaliter ordināta ſunt

Et tamen non obstante agens particulare dicitur agere libere si agat sui ipsius gratia magis principaliter
quam gratia alicuius finis particularis qui non contineat ipsum finaliter scilicet naturalem finium connexionem
et ordinem. hoc autem dico quia deus continet nos et omnia alia finaliter. Et secundum Aristotilem nos
continemus alia inferiora puta bruta plantas inanimata finaliter secundum naturalem finium connexio-
nem et ordinem de qua connexione loquitur est in fine 12° methaphysice. Licet ergo agamus serviliter in
ordine ad deum quia principalius propter ipsum quam propter nos tamen simpliciter loquendo dicimur agere libere
si principalius agamus propter nos quam propter aliquid aliud preter deum qui finaliter continet. Ita et si bru-
tum agit principalius propter nos et propter deum quam propter se secundum naturalem finium ordinationem tunc brutum
agit serviliter in ordine ad deum et nos, tamen secundum suam naturam dicitur simpliciter loquendo libere
agere hac libertate si agat propter se magis principaliter quam propter aliquid aliud preter nos et preter
deum et preter illud aliud quod est finis eius secundum naturalem finium connexionem et ordinem si ali-
quid aliud est tale. Et hunc modum libertatis ponit Aristotiles prohemio methaphysice dicens sicut
ut dicimus homo liber qui sui met et non alterius causa est. Sic et hec sola libera est scientiarum ip-
sa methaphysica inter humanas scientias. Sola namque hec sui met causa est. Et per methaphysi-
cam intendit theologiam a metha quod est trans et physis natura et ycos quod est scientia quasi
scientia de transcendentibus naturam. Secundum libertatem oppositionis agens dicitur libere agere
quia cum agit aliquid non est prenecessitatum ad agendum illud pro quodcumque aliud vel aliorum
quorum habet concursum sed omnibus entibus eodem modo se habentibus sicut se habent quando inci-
pit agere vel post ipsamet actionem et sic manentibus possibile est ipsum non agere aut forte
agere oppositum. An autem iste modus agendi libere sit possibilis declaratum fuit sufficienter
quasi in prima et in secunda questionibus tertii libri. et ibidem determinatum est quod hac libertate
voluntas est libera et nulla alia potentia anime magis libera quam voluntas, et quod velle et nolle
id est volitio et nolitio sunt primi actus quorum sumus domini secundum illum modum libertatis et dominii. Et
hec omnia sicut illic manifestum est sunt ibi dicta et declarata ad sensum de quo nunc querimus
scilicet quod voluntas seu anima secundum quod dicitur voluntas libere producat actum volendi vel nolendi
et nullos alios actus producat liberius hac libertate oppositionis. hec ergo omnia supponamus tam-
quam vera. Sed restat multa dubitatio. An hac libertate oppositionis anima omnes actus
producat libere quos dicitur producere ea ratione qua dicitur voluntas vel non omnes tales
libere producat. Et si non omnes tunc est dubitatio fortior quos illorum libere producat et quos
non. Et ad illas dubitationes responsuros sufficienter necesse est distincte specificare mul-
tos diversos actus quos anime attribuimus ea ratione qua dicitur voluntas et si multi attri-
buunt appetitui sensitivo secundum quod dicitur appetitus sensitivus tamen proportionales etiam attribuunt
voluntati secundum quod dicitur voluntas ideo proportionabiliter distinguuntur isti et illi. Distinctio-
nem autem istorum accipies in 12a questione quarti libri. Pro quanto ergo ibi dictum est pona-
mus quod primus actus attributus voluntati sit complacentia vel displicentia in obiecto que
consurgit ex apprehensione illius obiecti sub ratione mali vel boni, convenientis vel disconve-
nientis. De quo actu determinatum est in 3a questione tertii libri, quod voluntas non se habet
libere ad illum actum nec est eius domina dominio libertatis oppositionis. et hoc ibi require.

Deinde illum actum complacentie vel displicentie sequitur aliquando alius actus qui solet vocari acceptatio vel refutatio, et ille proprie loquendo dicitur volitio vel nolitio, quia quod accepto hoc volo, et quod refuto hoc nolo, et econverso. Et ad istum actum statim sequitur actualis prosecutio vel fuga si illud sit apprehensum per modum prosequibilis vel fugibilis et si non sit impeditum. De isto actu determinatum est in prima questione tercii libri et in duabus sequentibus, quod ad illius actus productionem voluntas se habet libere et est domina eius dominio et libertate oppositionis. Et hoc etiam ibi requiratur. Tercio autem ex illo actu acceptationis seu proprie dicte volitionis sequitur amor necessario et ex actu refutationis odium, vel forte illa acceptatio est formaliter amor et refutatio odium. Si igitur sit idem acceptatio et amor, tunc sicut voluntas se habet libere ad acceptationem seu volitionem ita et ad amorem. Si autem amor sit passio distincta realiter ab ea, puto quod necessario consequitur eam ita quod non est possibile naturaliter voluntatem aliquid acceptare et non amare illud vel refutare et non odire. Et ideo voluntas quia primo habet se libere ad velle et nolle, ideo etiam se habet consequenter libere ad amare vel odire. Sed non sic libere divisim quod possit acceptans odire aut non amare aut etiam quod possit refutans amare vel non odire. Et sic ad presens transeo de amore de quo post plus dicetur. Sed iterum ex dicta acceptatione vel refutatione, si cum acceptatione sit apprehensio acceptati per modum habendi et nondum optenti, sequitur necessario desiderium. Et si sit apprehensio eius per modum habiti consurgit necessario delectatio. Et sic etiam si sit apprehensio refutati per modum habiti consurgit tristicia. Et si per modum habendi et non habiti consurgit oppositum desiderii cui non habemus proprie nomen impositum. Ex quibus est concludendum quod voluntas non se habet libere ad istos actus scilicet delectationis et tristicie nisi forte consequenter scilicet inquantum se haberet libere ad illos actus precedentes vel ad illum actum precedentem ad quos vel ad quem necessario sequitur huiusmodi delectatio vel tristicia. De hiis autem delectationibus et tristiciis determinatum est multum in 7o libro et ibi visum est in 19a questione quod delectatio et tristicia non sunt idem quod amor nec idem quod acceptatio et refutatio predicte. Nec etiam idem quod complacentia et displacentia que sunt primi actus attributi voluntati scilicet quod dicitur voluntas. Et notandum est etiam quod per predicta non intendo dicere quod non sequantur delectationes et tristicie ad alios actus voluntatis quam ad refutationem et acceptationem, immo etiam verum est quod ad simplicem complacentiam vel displicentiam, si cum ea sit apprehensio obiecti per modum presentis et habiti, consequitur necessario delectatio ad complacentiam et tristicia ad displicentiam. Et hoc potuit apparere multociens in libris precedentibus. Nam in voluntario mixto licet obiectum acceptetur et non refutetur, tamen non solum ad acceptationem et actus presentiam sequitur delectatio, immo etiam annexa est multa tristicia propter manentem displicentiam licet sine refutatione et omnino obiecto apprehensio per modum presentis non abest ex toto delectatio nisi esset complacentia, nec tristicia nisi esset displicentia. Sed ulterius notandum est quod ista consequenter indeffinite

ponenda est non aliter scilicet quod actum acceptationis vel refutationis voluntas libere producat liberta-
te oppositionis quia cum hoc stat ista conclusio quod ad aliquem actum acceptationis voluntas ut volitas
non se habet libere immo ex precedente intellectuali apprehensione sequitur necessario ac-
ceptatio et volitio et impossibile est stante huiusmodi apprehensione et iudicio voluntatem
iudicatum non velle. Et hec conclusio declarata fuit in 8a questione 3i libri et eam ibi require. Ap-
paret igitur quod que in hoc loco nunc dicta sunt illa alibi sunt probata et hic solum recapitulata
Et sunt septem conclusiones de ipsa voluntate quantum ad libertatem oppositionis et quod nulla poten-
tia est magis libera hac libertate quam voluntas. Secunda est quod voluntas libere producit actum
volendi vel nolendi et nullum actum producit liberius quam actum volendi vel nolendi. Ter-
tia est quod non producit libere suos primos actus qui sunt complacentia vel displicentia. Quarta
est quod voluntas libere producit actum acceptationis vel refutationis. Quinta conclusio est de actu
amoris. Sexta est de actu delectationis vel tristitie. Septima est ad aliquem actum ac-
ceptationis voluntas non libere se habet libertate oppositionis. Ad quem autem se habeat libere et
ad quem non videndum est in 8a questione 3i libri. Nunc igitur videndum est consimiliter de ista liberta-
te oppositionis quantum ad intellectum et actus sibi attributos ea ratione qua dicitur intellectus
qui sunt simplices conceptus non complexi ex pluribus conceptibus quos vocamus simplices apprehensio-
nes. Postea conceptus complexi multiplices quidam enim complexi ex determinatione et determina-
bili. Alii ex subiecto et predicato affirmative vel negative ut propositiones. Alii iudicia
assertiva quibus assentimus eis tamquam veris vel dissentimus tamquam falsis. Et adhuc circa pro-
positiones sunt alii actus qui vocantur apparentie quibus propositio apparet vera vel falsa cui tamen
nondum assentimus vel dissentimus. Unde multotiens ad easdem conclusiones habemus rationes facientes no-
bis apparentiam quod sit vera et alias multas facientes nobis apparentiam quod sit falsa et tamen
neutram partem adhuc assertive iudicamus. Est autem iudicium fides vel scientia vel opinio ac-
tuales ex quibus generantur fides et scientia et opinio habituales. Sunt etiam alii actus intel-
lectuales qui dicuntur discursus et premissis ad conclusiones et inventiones mediorum et compositiones
et abstractiones et huiusmodi talia de quibus alibi distinguendum est et perscrutandum. Quan-
tum ad propositum spectat breviter per 8am questionem tenendum est quod intellectus non se habeat libere ad primos
actus suos quia nec voluntas ad suos ut dictum est. quod tamen magis videretur. Sed est dubitatio
magis de aliis actibus puta ponamus quod intellectus est informatus pluribus conceptibus simplicibus
et potest ex hiis formare propositionem affirmativam et potest negativam ut quod lapis est animal et utramque
potest formare non formando aliam et potest ambas formare et eas simul in se conservare for-
matas. An igitur intellectus sit informatus simplicibus conceptibus potest libere formare affirma-
tionem aut non formare, formare unam solam aut ambas. Hoc autem determinare est difficile
quia parum est exquisitum. Possit igitur videri aliquibus quod intellectus in se habeat libertatem oppo-
sitionis ea ratione qua dicitur intellectus quia licet concessum fuerit quod voluntas michi precipiat stu-
dere in geometria tamen non precipit michi seu intellectui quod tales premissas formem vel per-
mittam quod illas ordinem in prima figura vel in secunda. Videretur enim esse impedimentum et
retardatio processus et speculationis si in quolibet talium actuum particularium oporteret

reare ad actum et determinatione voluntatis ergo dicendum est quod ad hoc intellectus potest se de
terminare libere. Item si per actum voluntatis essent tales determinationes in processu specu
lativo tunc voluntas magis esset domina habituum speculativorum quam intellectus quod non videtur
concedendum. Item etiam sequitur quod in studio speculativo ita acquireretur virtus et habitus proprius
in voluntate sicut in intellectu quia sicut ex actibus intellectus acquiritur habitus in intellectu
ita ex actibus voluntatis deberet habitus acquiri in voluntate et hoc non dicitur. Item antequam
formarem istam propositionem mentalem lapis est animal vel lapis non est animal ego non cognoveram illas
propositiones. Cum ergo voluntas non possit ferri in incognitum impossibile est quod voluntas per actum
volendi determinet me ad formationem illius vel illius propositionis. Sed ad oppositum potest aliquis
videre quod in hoc intellectus non habeat dominium et libertatem sed voluntas, quia si dicas michi for
ma unam propositionem ex istis terminis homo et animal, constat quod obediendo tibi in potesta
te voluntatis mee est formare affirmativam vel formare negativam. Si cum nolo formare
negativam formo eam et dico quod homo non est animal. Et si queras quare formavi illam negati
vam falsam et non affirmativam que est vera ego non possum respondere nisi quia sic volui.
Et si volo studeo in geometria, vel si volo in theologia. Et si incepi in geometria pos
sum desistere, sive statim post primam conclusionem sive etiam statim post maiorem formationem et transfe
ro me ad aliud si volo prout unusquisque videtur in se experiri. Ideo videtur quod in hiis et in quo
libet eorum voluntas habet libertatem et dominium. Item philosophia et speculatio scilicet philosophiam mirabi
les habent delectationes ut dicitur 10° ethicorum et non solum in fine sed in qualibet conclusione et quo
libet processu, delectationes autem ille sunt actus ipsius voluntatis ergo per totum voluntas operatur et habet
dominium. Item si in talibus intellectus haberet dominium et non voluntas sequeretur quod intellectus proprius
haberet libertatem et dominium super actum suum quia voluntas super suum scilicet super actum volendi quod est contra
prius dicta. Dictum est enim quod anima nullum actum producit liberius quam actum volendi aut nolendi et
quod illi sunt primi actus quorum summus dominus dominio et libertate oppositionis. Unam autem patet quod prius
oportet intellectum iudicare de bonitate vel malicia obiecti quam voluntas acceptet vel refu
tet, immo prius quam voluntas in eo habeat complacentiam vel displicentiam et tamen illud iudicium scilicet quod hoc
est bonum vel conveniens cadit super propositionem formatam, ergo si intellectus in formatione propositionis
habet libertatem oppositionis ipse per prius habet eam quam voluntas super actum volitionis. Ad
huius evidentiam notandum est quod anima ad multos actus intellectuales se habet libere, immo ad mul
tos sensuales corporales et exteriores sed in tertio libro dictum est. Cum enim voluntas libere
producat actum volendi omnis actus qui ab illa volitione procedit et sine illa volitione non proce
ret dicitur ex potestate et libertate nostra procedere libere ut studere sedere stare, ire ad scolas
secare ligna etc. Intellectus meus sententiat quod expediens est michi facere domum ex qua sen
tentia voluntas vult quod ego faciam non necessitata per illam sententiam ad volendum sed libere
formans actum volendi licet non possit illum formare sine illa sententia. Ex illo velle sensus
et appetitus sensitivus et membra mea et securis agunt ad faciendum illam domum. Sensus
cognoscendo illa ligna et cum appetitu sensitivo movendo membra que movent securim
scindendo ligna. Nos ergo per omnia agentes dicimur has omnes actiones libere producere

non quia scarius libere scandat preneccessitata enim est per membra. Nec membra movent scarium libe-
re quia preneccessitata sunt ad movendum per sensum et appetitum sensitivum. Nec iterum sensus ad
movendum membra vel appetitus sensitivus agunt libere, quia ad hoc preneccessitati sunt per volitionem
que attribuitur voluntati secundum quod dicitur voluntas quam volitionem iam producit libere quia non ne-
cessitata per aliquid prius. Sic ergo libertatem et dominium super hec omnia attribuimus voluntati et
nulli potentie inferiori quia hec omnia non sunt in potestate nostra secundum libertatem oppositionis
nisi quia ad volitionem super quam primo habemus hanc libertatem omnia necessario consequuntur si non
sit impedimentum et quod sine illa volitione non consequerentur. Istis ergo notatis apparet quod dupliciter
aliquis actus dicitur in potestate nostra liber. Uno modo quia ipsum producimus per nullum tamen previum ne-
cessitati ad producendum ipsum quando ipsum producimus. Et hoc potest vocari liberum secundum se. Sic autem libere
producimus actum volendi vel nolendi. Alio modo quia ipse necessario non existente impedimento sequitur
ad illum actum nostrum secundum se liberum et quod sine eo non fieret. Et tales actus possumus vocare liberos
consequutive. Vel quidam primum actum vocant libere elicitum, quia voluntas producit ipsum libere imme-
diate. Secundum autem vocant actum libere imperatum quia voluntas iubet aliis nostris potentiis quod illos
actus exequantur ut quod voluntas iubet intellectui quod speculetur circa talem vel talem scientiam ex qua
iussione necessitatur ad speculandum et speculatur si non sit impedimentum. Ita in virtuoso iubet
voluntas appetitui sensitivo ut acceptet delectabile ostensum sibi per sensum donec ratio viderit
an sit honestum. Deinde precipit intellectui quod consideret an illud delectabile sit honestum vel
inhonestum, quo considerato iubet iterum appetitui sensitivo quod illud acceptet vel quod ipsum refutet. Pos-
tea iubet sensui et appetitui sensitivo sive virtuti motive quod moveant membra ad executionem
exteriorem volitam ut ad intrandum balneum vel ad faciendum domum et sic de aliis, et omnes
ille iussiones non sunt nisi necessitationes illarum potentiarum ad operandum et ad sic operan-
dum ad que anima eas necessitat per volitionem et actus suos alios precedentes si non sit impe-
dimentum. Secundum hoc ergo ponitur nona conclusio quod anima libere producit multos actus intellectuales
quos tamen producit ea ratione qua dicitur intellectus quia non solum libere dicimus producere actus libe-
re elicitos sive secundum se liberos, immo et actus libere imperatos seu consequutive liberos ut dictum
est. Sed actus quos intellectus producit ea ratione qua dicitur intellectus sunt sepe actus libere a vo-
luntate imperati. Verbi gratia studium et speculatio geometrica sunt attributi intellectui secundum quod
intellectus, et tamen illos exercemus aliquando per electionem et volitionem. Si enim in nobis querimus an ibimus
ad prandium vel ante studebimus modicum et speculabimur in geometria iudicato quod sit studendum
voluntas acceptabit et volemus studere ad quam volitionem cum non simus impediti sequitur necessario quod
studebimus et speculabimur. Decima conclusio ponitur quod anima producens libere illos actus intellectua-
les imperatos non producit eos libere secundum quod dicitur intellectus solum sed etiam secundum quod dicitur volun-
tas. Ita quod libertas in producendo eos attribuitur anime non solum ea ratione qua dicitur intellectus
sed etiam ea ratione qua dicitur voluntas, quia anima producens illam speculationem ea ratione qua dicitur
intellectus est in hoc preneccessitata per volitionem que non debetur anime secundum quod dicitur intellectus.
Quod autem preneccessitatum est non dicitur libere agere. Non ergo dicitur libere agere ea ratione qua
producit illam speculationem, sed ea ratione qua imperat illam productionem. Imperat autem eam per volitionem

que attribuunt anime ea ratione qua dicitur voluntas, sed libertas in producendo illam speculationem attribuenda est anime ut dicitur voluntas. Undecima conclusio ponitur quod omnes similes actus speculationis producimus aliquando libere et aliquando non libere. Dico libere ut in casu predicto quia per liberum imperium voluntatis. Sed dico non libere quia sine tali imperio seu actu voluntatis ponendo casum quod Sortes expergefactus a sompno surgit et occurrit conspectui suo liber geometrie et propter consuetudinem legit in eo et studet et speculatur possibile est quod in isto processu nullus est actus scilicet se libere elicitus, scilicet quando potentia immediate producens eum sit predeterminata et prenecessitata ad producendum eum supposito quod non interveniat impedimentum eum supposito quod non [interveniat]. Nam ille non libere expergiscitur sed necessitate naturali aut forte violenta et consurgit et vadit. Non oportet quod libere hoc faciat, quia sic surgeret aut iret canis quem nichil dicimus facere libere vel puer nondum habens usum rationis. Nec ille ex libertate arbitrii inveniret librum ibi positum, sed quia positus erat preter huius intentionem. Et si consequenter videat et legat et studeat in eo non est necesse ad hoc facere quod ipse preconsideret si est legendum vel precendisset legendum esse. Nec per omnes quod voluntate preacceptet esse legendum. Satis enim sine hoc determinatus est ad legendum ex obiecti presentia et assuetudine legendi et studendi. Sed tu queres utrum sic illa lectio et speculatio est voluntaria. Ego respondeo primo quod non dicitur proprie involuntaria quia non est contra voluntatem, nec est proprie voluntaria quia nichil operatur tunc quo ad hoc imperium voluntatis scilicet actus volitionis. Sed dicitur communiter voluntaria vel quia assuetudo studendi et speculandi ad hoc operatur et determinat quequidem assuetudo fuit acquisita per actus voluntarios vel quia si intellectus posuisset questionem an esset ibi studendum tunc et speculandum, sententiam sibi quod sic et tunc voluntas imperasset hoc. Similiter etiam conclusio patet quia intemperatus aliquando obiecto presente statim per sensum et passionem et habitum consuetudinalem intemperantie sine previa intellectuali consideratione determinatus currit ad actum sicut una bestia et agit intemperate, et aliquando ex electione et consideratione intellectuali querit obiectum et inveniens etiam agit intemperate. Non obstante tamen hoc ille operationes que secundum passiones et sensum fiunt non cooperante volitione proprie dicta sunt nobis culpabiles et imputabiles tamquam quodammodo voluntarie eo modo quo determinavimus in tertio libro. Item si sine actu volitionis dicamus nichil fieri libere secundum predictam libertatem oppositionis sequeretur quod tu non formasti libere primam propositionem quam tu formasti quia non concurrebat ad hoc volitio sicut dicebamus prius et tamen tales tu potes modo voluntarie et libere formare et cetera. Nunc conclusionem xii^am pono talem quod intellectus humanus nullum actum intelligendi producat libere tamquam actum scilicet se libere elicitum, licet bene tamquam actum libere imperatum, hanc conclusionem nescirem evidenter demonstrare sed opinor eam ex debili persuasione quia nec contra eam habeo rationem difficilem. Persuadetur autem primo sic. Nullam ponimus talem libertatem in inanimatis in plantis et in brutis sed solum in naturis intellectualibus et tamen videmus canem posse in effectus contrarios ut modo sedere modo ambulare, et ambulare modo ad dextram modo ad sinistram modo antecedere, modo revertere, ac si tales actus libere produceret. Dicimus tamen eam nullum talium libere operari sed in hiis omnibus et singulis esse prenecessitatam ex concurrentibus circumstanciis scilicet vel ex obiectis exterius apparentibus

vel ex ſpeciebus in fantaſia reſeruatis aliter et aliter ſe ſenſui communi repreſentantibus et ex commotionibus ſanguinis et ſpirituum per vegetatiuam potentiam, ac etiam ex uirtutibus celeſtibus et aliis nobis ignotis ad huiuſmodi actuum diuerſorum alternationes operantibus et determinantibus. Et quia tales cauſas determinantes cane ad illas diuerſas operationes et oppoſitas aſſignare neſcimus, putamus prima facie quod ſic agat libere, ſcilicet quod ſic placet ei ſicut diceremus de nobis. Hec omnia primo ſupponamus. Secundo etiam ſuppono quod ex predictis aliqui ſumpſerunt ſibi opinionem quod ita omnia in nobis proueniunt ex predeterminationibus ſicut et in brutis, quia ſicut de cane diximus, ſic et de nobis dicere poſſemus. Et ad huius opinionis reprobationem paucas rationes habemus niſi ex fide noſtra catholica. Et quia ſi ſic eſſemus in omnibus noſtris actibus neceſſario predeterminati, propter quod illi non eſſent nobis imputabiles ad meritum vel demeritum noſtrum, quod non ſolum fidei noſtre ſed etiam ſcientiis et principiis moralibus oppugnare uidetur, ideo illam libertatem nobis non attribuimus plus quam brutis niſi ad ſaluandum quod bene vel male meritorie vel demeritorie et nobis imputabiliter agamus. Cum igitur non cuilibet potentie anime noſtre libertatem hanc attribuamus, ymo nec uoluntati ſecundum omnes actus eius, uidetur quod ſolum illi potentie et ſolum ſecundum illos actus attribuenda eſt hec libertas quod ſufficiat ad ſaluandum predicta. Sed ſufficit ſi anime noſtre ſolum ſecundum acceptationes et refutationes attribuamus iſtam libertatem. Igitur ſolum ſecundum predictos actus debemus ei attribuere illam libertatem oppoſitionis et non intellectui neque etiam uoluntati ſecundum alios actus. Item aliqui arguunt quod intellectui potius debemus hanc libertatem oppoſitionis attribuere quam uoluntati propter hoc quod intellectus eſt anime noſtre potentia nobiliſſima. Et ego per iſtud medium poſſum arguere oppoſitum quia non attribuimus uoluntati hanc libertatem oppoſitionis ſecundum eius actum nobiliſſimum. Igitur nec propter nobilitatem potentie oportet quod eam attribuamus nobiliſſime potentie. Antecedens patet quia nobiliſſimus eſſet uoluntatis actus ſcilicet quo uellet et amaret deum ſibi oſtenſum perfecte et ſimpliciter ſub ratione ſumme bonitatis quacumque malicia carentis uel defectu, et tamen ad talem actum eſſet neceſſitata et non libere produceret cum libertate oppoſitionis ſicut dictum fuit in 8a queſtione 3i libri. Item deo attribuitur primo libertas oppoſitionis non tamen ſecundum intellectum ea ratione qua dicitur intellectus quia neceſſario intelligit omnia preſentia, preterita, et futura et quomodocumque ſe habent vel habebunt vel habuerunt. Sed attribuitur ſibi ſecundum uoluntatem in operatione ad alia creando vel conſeruando vel in nolendo ea creare vel non creare, conſeruare vel non conſeruare. Igitur veriſimile eſt quod ita dicendum ſit de nobis niſi quod deo eſt neceſſitas per ſuam ſcientiam ſemper intelligere, nobis autem non, ſed ex precedentibus preneceſſitamur ad intelligendum cum intelligimus. Tunc poſſunt ſolui rationes que contra iſtam concluſionem fuerunt prius adducte. Ad primam ego concedo quod cum ex uoluntate ſtudeo in geometria non oportet quod in cuiuslibet propoſitionis formatione et huius ordinatione poſt illam vel in qua figura etc. concurrat nouus actus uolitionis, nec tamen intellectus format et ordinat eas libere ea ratione qua intellectus. Sed primo determinatus aut ex habitu et conſuetudine aut ex habitudine illarum propoſitionum ad inuicem, vel quia ſic occurrit ex fantaſia vt ſompniis aut in aliqua

alia huiusmodi circumstantia, sicut citharista non deliberat de quolibet ictu percussionis corde
nec canis de quolibet passu quando ambulat etc. Saepe tamen possunt intervenire multe elec-
tiones. Et ex hiis nunc et prius dictis potest faciliter qui vult solvere alias rationes. Cum
autem sit dictum de agere libere ego breviter me expedio de pati libere ponendo xiiii conclusionem
quod quemcumque actum voluntas producit primo libere illum etiam recipit libere quia agit in se illum et illum
recipit a se et sic quoad illum idem est agere et pati producere et recipere tamen potius attribuitur
voluntati libertas in hoc ea ratione qua agens quam ea ratione qua patiens quia libertas dicit
dominium et agens dicimus dominari super passum ea ratione qua agens ubi differunt. Ideo etiam
ubi non differunt debet potentie libertas magis attribui ratione qua agens quam ratione
qua passum. Actus autem libere impati non oportet omnes recipi in agente, sed forte recipiuntur
extra in lapidibus et lignis et non oportet passivis attribuere libertatem. Post hec
dicendum est de libertate finalis ordinationis tam quantum ad intellectum quam quantum ad
voluntatem. Et pono xv conclusionem quod tam intellectus quam voluntas sunt liberi et libere pro-
ducunt actus suos intelligendi et volendi, et quia actuales speculationes et habitus spe-
culativi inde generati sunt principali intentione propter ipsum intellectum perficiendum et non principa-
li intentione propter aliud nisi propter deum. Actus autem prudentie et actus virtutum moralium et
ipse virtutes morales principali intentione secundum naturalem finium ordinationes sunt ut
propter habitus speculativos de qua habitudine dictum est in ultima questione sexti libri, qui-
tenus habitus speculativi ordinatur in animam ut dictum est vel etiam status propter voluntatem perfi-
ciendam et propter intellectum practicum perficiendum. Sic enim dictum est in secundo huius quod virtu-
tes morales et scientiam de eis querimus ut boni fiamus // xvi conclusio est quod intellectus et voluntas
non omnes actus suos intelligendi et volendi producunt libere hac libertate, immo mul-
tos serviliter et misere scilicet omnes actus vitiosos, quia isti actus non perficiunt intellectum
aut voluntatem sed inficiunt. Ideo manifestum est quod illi non ordinantur finaliter ad intelle-
ctum et voluntatem secundum naturalem finium ordinationem. Absurdum enim esset dicere quod illud
quod esset michi disconveniens turpe et nocivum sit gratia mei et in me finaliter ordinatum na-
turali ordinatione finium, igitur manifestum quod sic intellectus et voluntas non sui ipsius gratia
agunt principali intentione sed gratia delectationis sensualium naturalibus suis perfectio-
nibus contrariarum. Ideo secundum istam intentionem valde bene procedunt ille auctoritates philosophorum
prius allegate verbi gratia. Seneca dicit servire philosophie libertas est hoc sic intelligo, non
quod intellectus sit ad ipsam philosophiam servus sed quod tunc homo est vere liber quando omnes alie vires
et operationes anime et corporis ordinantur finaliter ad hoc quod intellectus expedite valeat spe-
culari et quod sic serviunt intellectui speculativo. Et hoc est vere quod sic intellectus est vere
dominus et liber et homo maxime est intellectus sicut alias dictum est // Dicit etiam Se-
neca quod sapientia sola libertas est id est per eam ac opus eius homo maxime est liber scilicet plus quam
per aliam virtutem ipsius vel alium actum // Secundum hanc etiam sententiam manifestum est illud
quod dicit Tullius. Omnes sapientes liberos esse, et omnes stultos servos. Et quod Aristo-
teles virtus et malitia determinant servum et liberum. Et quod Seneca de pravis

Alius enim libidini servit, alius ambitioni etc. Et hoc etiam dictum est in 7a questione. Ultimo
predictis suppositis dicendum est directe de quesito. Primo de libertate oppositionis. Et
pono conclusionem xvia quod anima liberius producit actum volendi quam actum intelligendi, quia actum vo-
lendi primo et immediate libere producimus tamquam scilicet se libere elicitum. Actum autem intelli-
gendi non producimus libere nisi consequtive tamquam libere imperatum. Et ideo libere actum in-
telligendi producimus propter libere producere actum volendi per quem illum imperamus, et propter quod unumquodque
tale et illud magis. Deinde de libertate finalis ordinationis pono conclusionem xviia quod quantum
ad aliquos actus volendi et intelligendi voluntas liberius producit actum volendi quam intellec-
tus actum intelligendi. Et quantum ad aliquos conversso. Et similiter etiam quantum ad actus intel-
ligendi inter se, intellectus unum producit liberius quam alterum, et sic de voluntate quantum
ad actum volendi. Hoc statim patet quia illos liberius producimus quorum gratia finaliter alios pro-
ducimus, scilicet rectam et naturalem finium ordinationem. Sed omnes actus nostros inferiores
tam volendi quam intelligendi debemus finaliter ordinare ad contemplandum et amandum
deum, qui quidem amor et contemplatio sunt actus intelligendi et volendi vel formaliter
liter vel connexive. Item si volo speculari, volitio illa ordinatur finaliter ad speculationem.
Unde prudentia et virtutes morales sibi connexe que sunt habitus intellectus et volun-
tatis sunt gratia sapientie que est habitus intellectus speculativi. Hoc fuit ex intentione
Aristotiles declaratum in ultima questione sexti libri quod actus volendi bene ordinatur
finaliter ad actus intelligendi et econtra. Consilium quod est actus intellectus ordinatur finaliter
ad electionem que est actus voluntatis et intellectus sententiat hoc esse melius et eligibi-
lius non ut in sententia illa sistamus, sed ut illud acceptemus et volitione imperemus prosequ-
tionem. Igitur illa sententia est finaliter gratia volitionis licet non tamquam gratia finis ultimi.
Sed questio restat difficilior, quem actum anima liberrime producit hac libertate finalis
ordinationis, an scilicet actum voluntatis aut actum intellectus. Et certum esse debet
quia inter omnes actus quos anima nostra producit ipsa liberrime producit illum qui est aliorum optimus
et perfectissimus. Illum enim maxime producit sui ipsius gratia, quia illo maxime perficitur, et ille
etiam maxime est finis aliorum sive sit actus voluntatis sive actus intellectus, quia semper na-
turali ordine deterius, id est minus bonum, est gratia melioris ut dicitur 7o politicorum, quod est quia
naturali ordine semper ordinata in finem sunt bona propter finem esse bonum. Et propter unumquodque
tale et illud magis. Et tunc iterum restat questio quis sit melior et dignior, an optimus
actus intellectus vel optimus actus voluntatis. Et ista post tractabitur. Sed ut tandem
possit directe apparere veritas de quesito principali ego pono duas ultimas conclusiones.
Una est scilicet xlviiia quod libertas oppositionis ordinatur finaliter ad libertatem finalis ordina-
tionis. Ista conclusio sic deducitur. Certum est quod aliquid sepe apparet nobis bonum quod non est bonum
et malum quod non est malum. Et sepe etiam aliquid apparet nobis bonum quod non est simpliciter bo-
num et malum quod non est simpliciter malum, et ideo nec esset nobis bonum acceptare omne
quod apparet nobis bonum, nec etiam omne tale non acceptare. Libertas autem oppositionis
ut dictum fuit in tertia questione tertii libri non ad hoc est nobis data quod non acceptemus

apparens bonuz. Nec ad hoc etiā qꝫ acceptemus apparens maluz. quia apparet. qꝛ ſit
ad maluz noſtruz eēt nobis data. qꝛ ad non acceptanduz aliquā acceptanda vel ad
acceptandum aliquā non acceptanda ſi ſit ad bonū noſtruz nobis data eſt vt de cog
nō ē firmiter et clare iudicatuz eē ſimpliciter bonū vel maluz ut finaliter acceptemus
ſimpliciter bonuz ⁊ nō maluz & reſpuamus ſimpliciter maluz & non bonū. Modo ultra
cum intellectus inquirit & iudicat de ſimpliciter bono qꝫ ſit ſimpliciter bonū & voluntas
illud acceptet tunc / taz intellectus quā voluntas hec agūt ꝑ ſe ⁊ ſui ipoꝝ gratia. hec enī vt
ſic ordinant in ꝑfectionē intellectus & voluntatis ſic agerēt libere libertate finalis or
dinationis / g° ſic maīfeſtuz ē qꝫ libertas oppoſitionis data ē nobis finaliter vt taz ſcꝫ in
tellectuz quā ſcꝫ voluntatez agamus libere libertate finalis ordinationis. ſ. laudabiliter
& bene ad noſtraz ſalutez & ꝑfectionē & hoc volebamus ꝓbare. Itez ad acceptationez
finalis boni ꝑfecte & firmiter oſtenſi ſub rōne pure bonitatis nō ſe hēt voluntas libere
libertate oppoſitionis ſicut dictuz fuit in 8ª qōē 2ⁱ libri. ſꝫ ſe hēt ad eaz libere liber
tate finalis ordinationis vt ꝓdictuz ē et tū ad claraz oſtenſionē illius boni finalis &
ad ipſius ſic oſtenſi acceptationē ſeu volitionē ordinant finaliter omēs alioꝝ acceptatio
nes & oſtenſationes & ꝯſilia & electiones circa que habemus libertatē oppoſitionis
g° manifeſtum ē qꝫ omnes actus noſtri liberi libertate oppoſitionis & ipā libertas oppoſi
tionis / ſūt gratia actus liberi libertate finalis ordinationis. ſ. ut ſimus liberi / Itez ſcdm
ſūmuz bonum humanuz qđ ē humana felicitas ē ſūma hoīs libertas finalis ordinationis
& ad illaz ordinant finaliter omīa alia bona humana vt dictuz ē in ꝑimo libro et libertas
oppoſitionis non ē illa felicitas quia illa libertas oppoſitionis ē nobis innata ⁊ nō ipā fe
licitas g° ad libertatez finalis ordinationis ordinat finaliter libertas oppoſitionis. // Vltiā
ꝯº ponit qꝫ ſi optimus actus intelligendi quē producit intellectus noſter ſit melior ⁊ nobili
or quā optimus actus volendi quē ipā voluntas ꝓducit tūc ſimpliciter loquēdo intellectus
noſter liberius ꝓducit actuz intelligēdi quā voluntas nrā actuz volendi & ꝯuerſo. Iſta ꝯº
patet ex precedente / qꝛ in ꝯparando libertatē oppoſitionis tāquā ad maiorē ꝑ ſemꝑ ad liberta
tem finalis ordinationis cū dictuz ſit qꝫ omīs libertas oppoſitionis ē ꝑ libertatē finalis or
dinationis / et ꝑ qđ vnūqdqꝫ tale et illud magis / g° hec libertas ē magis libertas
quā libertas oppoſitionis / et aīa nrā dicit magis libera ea rōne qua dr̄ libera hac
libertate quā ea rōne qua dicit libera libertate oppoſitionis. ſꝫ ꝯſtat qꝫ aīa ī ꝓducē
do actus ſuos liberos diceret maxīe libera libertate finalis ordinationis in ꝓducēdo
optimuz actuz ſiue ſit actus intellectus ſiue volendi g° ꝛc. // Manifeſtuz autē ē qꝫ hec
vltima ꝯº ē ꝯditionalis et reducenda ē ad cathegoricaz quez finaliter determinataz
queſtionis ꝑ determinationez iſtius qōnis. vtꝝ optimus actus quē ꝓducit aīa nrā ſit actus
intelligendi vel actus volendi de qua poſtea dicet. // Rationes autē que ī ꝑcedēti
queſtione fuerūt adducte de libertate taz ꝑ parte intellectꝰ quā ꝑ pte voluntatis poſſūt
ſolui ꝑ determinatas diſtinctiones de libertate & ꝯcluſiones vel ſoluentur ex
aliis queſtionibus ſequentibus ꝛc.

Quamuis nunc et in tertio libro plane

dictum sit quod uoluntas libere se habet ad actum uolendi et libere producit eum etiam ea ratione qua dicitur uoluntas et quod libere producit illum actum uolendi quam intellectus aliquem actum intelligendi loquendo de libertate oppositionis tamen non est adhuc ex hoc determinatum an intellectus etiam ea ratione qua dicitur intellectus libere producit illum actum uolendi etiam libertate oppositionis Nec etiam an intellectus liberius dicatur producere illum actum uolendi ea ratione qua dicitur intellectus quam uoluntas ea ratione qua dicitur uoluntas. Et ideo oportet de hoc modo facere questionem. Sit ergo tertia questio solum de productione actus uolendi. An scilicet illum actum anima producat liberius ea ratione qua ipsa dicitur intellectus quam ea ratione qua dicitur uoluntas. // Arguitur primo quod questio nulla sit quia anima non dicitur intellectus in ordine ad actum uolendi ergo in productione actus uolendi nulla debet attribui libertas anime ea ratione qua dicitur intellectus sed solum qua dicitur voluntas / Oppositum arguitur quia anima producit uolitionem ea ratione qua informata est apprehensione intellectuali obiecti sub ratione boni vel mali sed hoc conuenit sibi ea ratione qua dicitur intellectus non ea ratione qua dicitur uoluntas. ergo producere volitionem conuenit anime ea ratione qua dicitur intellectus // Sed etiam arguo quod uoluntas non producit uolitionem ea ratione qua dicitur uoluntas quia non dicitur uoluntas nisi ea ratione qua uult recipiendo in se uolitionem prout hoc dicebamus esse notum ex quid nominis Sed ut sic non dicitur se habere ad uolitionem nisi passiue / et tamen non dicitur producere uolitionem ea ratione qua dicitur uoluntas // Oppositum tamen huius dictum est et suppositum in precedenti questione. Ista questio supponit unum et querit aliud. Supponit enim quod anima producat actum uolendi tam ea ratione qua dicitur intellectus quam ea ratione qua dicitur voluntas et iam de hoc supposito argutum est nunc ex utraque parte ex quo apparet quod illud suppositum est dubium. postea uiso quod sic querit utrum anima se habeat liberius ad illum actum uolendi ea ratione qua dicitur intellectus quam ea ratione qua dicitur uoluntas. vel etiam utrum liberius dicatur producere actum illum ea ratione qua dicitur uoluntas uel e conuerso. Et totam istam questionem uolo intelligere de libertate oppositionis. Quantum ergo ad suppositum oportet uidere quomodo anima producat actum uolendi. Supponimus enim ex dictis prius quod producat eum. Sed ad uidendum quomodo oportet notare et supponere quod non producat illum nisi anima est informata cognitione rei uolibilis sub ratione boni vel apparentis boni quia omnes concedunt quod appetitus animalis prout distinguimus ipsum contra appetitum naturalem non fertur in incognitum. etiam oportet ultra quod illa cognitio sit intellectiua non solum sensitiua / quia sic distinguimus inter uoluntatem et appetitum sensitiuum scilicet rationem et inter actum uolendi et actum sensualiter appetendi. scilicet quod actus appetendi sequens iudicium intellectuale dicitur actus uolendi et potentia isto causaliter appetens ut sic dicitur uoluntas. Actus autem appetendi sequens quod sequitur iudicium sensuale dicitur actus sensualiter appetendi et potentia iste actu appetens ut sic dicitur appetitus sensitiuus // hoc ergo supposito uidendum est utrum illa actualis apprehensio ipsius uolibilis aliquid operetur vel actiue vel passiue in productione uolitionis // Et de hoc pono conclusiones faciliter. prima est quod illa apprehensio intellectualis operatur ad illam uolitionem vel

actiue uel passiue quia cum supponamus aiam agere illam uolitionem & etiam recipere tamen illa ap
prehensio est dispositio aie sine qua non pot aia agere illam vel recipere illam uolitionem
et sic necessario requisita. Et non pot dici quod sit sic necessario requisita nisi tamquam dispositio vel in
strumentum agentis ad agendum vel tamquam dispositio seu instrumentum patientis ad patiendum
Non enim est dispositio requisita in aia propter esse aie quia aia pot esse sine illa ergo ut propter agere / Sed
dispositio necessaria agentis ad agendum se habet actiue ad productionem effectus licet non
principaliter sed actiue instrumentaliter seu dispositiue et ita etiam si est dispositio necessaria ad
patiendum tunc se habet passiue dispositiue licet non principaliter ergo etc. Secunda conclusio est quod possibile
est aiam agere uolitionem alicuius obiecti illo obiecto nichil agente. Ex quo sequitur quod
obiectum volitum non est principale actiuum uolitionis. Conclusio patet quia pono quod nullum uinum
est / ita quod deus annichilet omnia uina. tamen possibile est quod ego nunc sitiens incipio uelle
uinum, et ita nunc agitur in me uolitio uini / et tamen nunc uinum nichil agit quia nichil est et quod
nichil est nichil agit quia agens agit secundum quod in actu. Concedit tamen quod vinum egit speciem
suam in aia que reseruata est in fantasia vel in memoria aut ubi uolueris in corpore
vel in aia. ex qua consequitur postea intellectio et uolitio obiecti et sub hac intentione que
est bene remota a propria loqutione dicimus obiecta intellecta uel uolita agere intellectum
et uoluntatem intellectiones & volitiones // Tertia conclusio quod illa apprehensio intellectu
alis operatur actiue ad productionem uolitionis hoc probatur / quia determinatum est in 3o de aia quod
appetibile mouet appetitum ad appetendum et prius mouet intellectum ad intelligendum
et est illud appetibile ut dicit Aristoteles bonum vel apparens bonum. Quod enim prius mo
ueat intellectum ad intelligendum apparet / quia dicit Aristoteles quod mouet appetitum eo quod
sit intellectum et ymaginatum. et tamen ut apparet per precedentes conclusiones illud appetibile
non tunc agit secundum se / sed solum secundum hanc intentionem quia species reseruata in sensu quam egit
ad eius intellectionem et illa intellectio consequenter ad eius uolitionem et hoc est quod uolui
probare / Et hoc confirmat quia dicit Aristoteles quod appetibile mouet appetitum ad appeten
dum eo quod sit intellectum vel ymaginatum hoc autem non esset nisi intellectio vel ymagi
natio operarentur ad hoc actiue. Mouere enim est agere // Quarta conclusio est quod illa apprehensio in
tellectualis non operatur ad illam uolitionem passiue quod sic declaratur quia illa intellectio nec
est principale actiuum uolitionis nec principale passiuum et receptiuum uolitionis et uolun
tas non est illa apprehensio sed est ipsa aia. Et similiter ipsa aia est magis principale actiuum
uolitionis quam illa intellectio. Aliter oporteret dicere quod illa intellectio se haberet no
bilius et liberius in producendo illam uolitionem quam aia quod est absurdum / Item quia ymaginan
dum est quod sicut aia intellectiua agit nutritionem per calorem naturalem. Sic aia uoli
tionem per illam intellectionem. Calor autem ille non est principale nutriens sed aia et calor est
dispositio necessaria aie ad agendum nutritionem Ita ergo intelligere debemus quod intellec
tio non est principale agens uolitionem sed aia. et intellectio illa est dispositio necessaria
aie ad agendum uolitionem // hoc premisso conclusio proposita sic declaratur. Si illa apprehensio
intellectualis operatur passiue ad volitionem ita scilicet quod esset dispositio aie ad recipiendum

uolitionem sequeretur quod omnino idem et secundum idem et respectu eiusdem esset agens et passum
quod Aristoteles negat in multis locis. Unde 9° methaphisice et 5° describit potentiam ac
tiuam quod ipsa est principium motus uel mutationis in altero aut in quantum alterum. Et poten
tia passiua ab altero aut in quantum alterum. Et hanc ueritatem specificare est speculatiue
phylosophye. Sed contra patet quod tam actiue quam passiue ad eandem uolitionem se habe
ret anima eadem existens et secundum illam apprehensionem eandem existentem. Item quia entis
in potentia est pati ut sic et entis in actu est agere uidetur rationale quod anima humana
que secundum se est in pura potentia ad omnes dispositiones incorporeas possibiles homini
inesse et sicut tabula rasa etc. sit per se ipsam et non per aliam dispositionem actiuatam eam pas
siua et receptiua omnium predictarum dispositionum incorporearum et quod ipsa per hoc quod est
actiuata aliquibus dispositionibus sit innata agere alias dispositiones consequentes
Ideo uidetur michi quod anima per intellectionem qua informata est agit uolitionem et per suam na
turam precise recipit eam. Tunc sequitur quinta conclusio quod anima agit uolitionem, ea ratione qua
ipsa dicitur intellectus quia agit uolitionem per hoc et ea ratione qua ipsa informata est intel
lectione illa ut dictum est, sed ea ratione qua informata est intellectione dicitur intellectus
ergo etc. Sexta conclusio est quod etiam anima agit uolitionem ea ratione qua ipsa dicitur uoluntas
quia sicut dictum est prius illi actus complacentia et displicentia acceptatio et refutatio siue
uolitio et nolitio amplius timor odium delectatio tristitia desiderium etc. sunt actus ipsius
anime ut dicitur uoluntas, ita quod anima ea ratione qua informata est aliquo istorum dicitur uoluntas
hoc suppono. Postea etiam suppono ex prius determinatis quod complacentia et displicentia sunt
actus in uoluntate priores naturaliter quam acceptatio et refutatio que proprie dicuntur uolitiones
et si aliquando simul tempore fiant in uoluntate complacentia in bono apprehenso et acceptatio
tamen hoc non obstat quin complacentia sit prior et naturaliter et necessario secundum ordinem
nature. In hiis autem que sic sunt essentialiter ordinata in anima prius est causa posterioris.
Et ideo sicut anima per apprehensionem boni facit in se complacentiam in illo bono. Sic ipsa per
illam apprehensionem et illam complacentiam simul facit actum consequentem scilicet uolitionem. Ideo anima
agit uolitionem secundum quod est informata et illa apprehensione et illa complacentia, sicut in for
mata apprehensione dicitur intellectus et ut informata complacentia dicitur appetitus et uoluntas
ergo anima agit uolitionem et ut dicitur intellectus et ut dicitur uoluntas. Septima conclusio est quod anima
se habet passiue ad uolitionem ea ratione qua dicitur uoluntas, non ea ratione qua dicitur intelle
tus. Nam intellectus non dicitur intellectus ex eo quod agit intellectionem, nec sensus dicitur sensus
ex eo quod agit sensationem, tunc enim obiectum sensibile uel intelligibile, aut species eius diceretur
sensus aut intellectus. Sed dicitur intellectus ex eo quod habet uel recipit in se intellectionem
qua formaliter intelligit, et sic de sensu ad sensationem, ergo proportionabiliter uoluntas non
dicitur uoluntas ex eo quod agit uolitionem uel complacentiam uel delectationem et huiusmodi immo
ex eo quod habet uel recipit in se huiusmodi actus et hoc est passiue se habere ad illos. Unde
oportet hec subtiliter ymaginari et scrupulose, licet enim uoluntas concedatur agere uolitio
nem, ea ratione qua dicitur uoluntas, tamen non dicitur uoluntas ex eo quod agit uolitionem.

ſi ex eo qđ habet in ſe ꝯplacentiaʒ que ē act⁹ attribut⁹ aīe ea ratione qua dicit̃ uolūtas
ꝑ quē agit uolitioneʒ / immo intellect⁹ etiā nō dicit̃ intellect⁹ ex eo qđ agit aliquid
hoc eniʒ accidit · Sʒ ex eo qđ hēt in ſe intellectionē differt ḡ dicere ꝙ uolūtas agit
uolitioneʒ ea ratione qua dicit̃ uoluntas / et dicere qđ uoluntas dicit̃ uolūtas ex eo
ꝙ agit uolitioneʒ p̄ma eniʒ ē uera et ſecunda falſa dico p̄ma ē uera / qꝛ uolūtas agit
uolitionē ꝑ ꝯplacentiaʒ ꝑ quā hēc in ſe dicit̃ uolūtas · Sʒ ſcđa ē falſa quia ipā habēs
in ſe ꝯplacētiaʒ iam ꝑ hoc dicit̃ uoluntas licet nichil ageret et qꝛ etiā ſi uolūtas age
ret et ꝯplacentiaʒ ⁊ uolitionē ⁊ nō reciperet aliquaꝝ eaꝝ nūq̄ ex hoc diceretur
uoluntas · Iſta tn̄ eēt falſa intellect⁹ ea rōne qua dicit̃ intellect⁹ agit intellectioēʒ
quia intellect⁹ ea rōne qua dicit̃ intellect⁹ habet in ſe intellectionē / et ea ratione
qua habet in ſe intellectioneʒ eam nō pōt dici ꝓducere vt uidere poteris in 2ª qōne
principali ſcđi queſiti libri tercij // Octaua ꝯº ponit̃ ꝙ uolūtas ſe habet libere ī re
cipiendo uolitionē libertate oppoſitionis / quia omnib⁹ eodē mō ſtantib⁹ ſ. intellectu
informata illa ꝯplacentia tamē poſſibile ē ꝙ uoluntas recipiat ab eis uolitionē et
poſſibile ē q͛ non recipiat // Nona ꝯº ē ꝙ intellect⁹ ꝙ et uolūtas ſimul iſte in
formati⁹ apprehenſione & illa informata ꝯplacentia ſe habent libere in ꝓducēdo
uolitionem libertate oppoſitionis / quia ſic ſe habentes et omnib⁹ alijs eodem modo ſe
habentib⁹ poſſunt ꝓducere & poſſunt nō ꝓducere · Neutr̃ tamen ſine alio · ł aīa poteſt
ꝓducere uolitioneʒ ꝑ illaʒ apprehenſionem & ꝯplacentiaʒ ſimul & nō ꝑ apprehen
ſionem ſine ꝯplacentia nec ꝑ ꝯplacentiaʒ ſine apprehenſione · Tunc queres unde ha
bet aīa iſtam libertateʒ · Ego credo ꝙ illaʒ habet eſſentialit̃ & formalit̃ ex ſe ita
ꝙ ipāmet ē libertas illa / & habet eam ſicut & ſuaʒ eſſentiaʒ ab ipō deo p̄mo actiue
& finaliter · Illa aut̃ libertate ē ī nata ꝓducere in ſe actuʒ uolēdi ꝑ illas apphenſionē
& ꝯplacētiaʒ diſpoſitiue · Non tn̄ ē ꝑ eas neceſſitata · ad ꝓducenduʒ ḡ tandē apparet
qđ uoluntas ea ratione qua dicit̃ uoluntas ꝓducit libere uolitioneʒ nō tamē tanq̄ to
tale ꝓductiuū · Et ſimiliter intellectus ea ratione qua intellect⁹ · Aīa aut̃ ea rōē
qua ſimul dicit̃ intellect⁹ ꝑ apprehenſionē et uoluntas ꝑ ꝯplacentiaʒ ꝓducit libere
uolitionē tanq̄ ꝓducens totale nō excludendo tamē dei coēʒ influētiaʒ · Et ita dic
tum ē ꝙ a principio in qōne ſupponebat̃ // Nunc uidēduʒ ē formalit̃ de queſito / de quo
hec deciā ꝯº uidet̃ michi ponēda ꝙ ſi ſit in hec aliqua ꝯpatio aīa liberi⁹ ſe habet in
ꝓducēdo uolitioneʒ ea ratione qua dicit̃ intellect⁹ q̄ ea ratione qua dicit̃ uoluntas ·
Dico ſi ſit in hec aliqua · ꝯpatio / quia nō uidet̃ in hec ꝯpatio quo ad libertatē oppoſitionis
ſʒ bene quo ad libertateʒ principalitatis finalis ordinationis · Si eniʒ apphenſio ſe
habeat principali⁹ in ꝓducēdo uolitionē quā illa ꝯplacentia tunc aīa principali⁹ et ꝑ
ꝯñs liberi⁹ ꝓducit uolitioneʒ ea ratiōe qua intellect⁹ q̄ ea qua voluntas · Sꝫ ita
ē ḡ ⁊c̄ · Minor ꝓbat̃ quia ꝑ apprehēſionē dirigit totuʒ qđ ſequit̃ et dirigens
ē principali⁹ directo // Et quia apprehenſio ad ꝯplacentiaʒ ꝯpat̃ ſicut agens
p̄mariū ad agens ſecūdariū ꝑ apprehēſioneʒ eniʒ agitur ꝯplacentia ⁊ ꝑ hec

ambo volitio ut predictuȝ ē agens aūt p̄marīū cetcris paribꝰ principaliꝰ se habȝ in
p̄ducendo effectuȝ q̄ agens secundariū magis enīȝ influit ꝛc̄· ut dicit ille autoꝛ
de causis et magis mouet vt dicit̄ 8ᵒ phẏcoꝝ· Et qꝛ illa ꝯplacentia reputat̄ paruę
efficacię ⁊ nobilitatis/ omīs aūt apprehensionē illaȝ que ostendit quid sit agenduȝ et
quomodo & quid dimittenduȝ que ē iaȝ actꝰ prudentię reputāt̄ magnę efficacię
& nobilitatis tali aūt magis ē attribuēda libertas finalis ordinatiōis ꝛc̄· Si aūt
tu dicas q̄ uoluntas ea ratiōē qua uoluntas se habȝ ad volitionē taȝ actiuę q̄ pas
siue intellectꝰ aūt rōne qua intellectꝰ nō nisi actiuę g̊ uoluntas liberꝰ ea ratione
ꝛc̄· Ego dico si hoc ꝯcedat̄ non ē ꝯtra ꝯnēȝ positaȝ/ qꝛ illa nō erat nisi de p̄ducere
ꝛ cum hoc non oportet ꝯcedere hoc qd̄ tu non ꝯcludis· qꝛ libertas nō p̄prię dicit̄
libertas ex passibilitate sȝ ex actiuitate· libertas eīȝ p̄prię dicta significat vl̄ ꝯnotat
principalitatem et dn̄iuȝ/ agens aūt ea ratiōē qua agens dn̄at̄ supra passuȝ ⁊ nūq̄ pas
suȝ ea ratiōē qua passuȝ supra agens // Rationes que fiebant in principio ꝙonis soluūt̄
manifeste ex dictis· hec g̊ dicta sunt ī hijs tribꝰ questionibꝰ de libertate vel seruı
tute hoīȝ ⁊ potentiaꝝ suaꝝ Et sic ē finis questionis·

Unc est querendum quarto.

In quo actu con
sistit humana felicitas vel in quibꝰ Et pōt̄ queri sub hac forma· vtrū huma
na felicitas ꝯsistit ī vno actu vel in pluribꝫ· Argūit̄ p̄mo qd̄ ī vno p̄ Aristotilem
p̄mo huiꝰ· dicentē q̄ humanuȝ bonuȝ .i. felicitas ē aīē opatio scꝫ uirtutē· Si aūt
plures virtutes scꝫ pfectissimaȝ et optimaȝ· Nō dicit g̊ opatioēs nec dicit scꝫ uir
tutes· Sȝ dicit opatio et sm̄ uirtutē vnaȝ .s. pfectissimaȝ ⁊ optiaȝ· Et idē etiā ma
gis dicit et declarat in xᵒ libro // Itē p̄mo huiꝰ dicit Aristotiles· Optimū g̊ et
pulcerimuȝ ⁊ delectabilissimuȝ felicitas/ tale aūt nō ē nisi vnū/ qꝛ qd̄ p̄ sup habū
dantiaȝ dicit̄ vni soli ꝯuenit // Itē p̄mo huiꝰ dicit Aristotiles finē aliquē eē opabili
uȝ humanoꝝ queȝ p̄p̄ illuȝ quē dicit eē bonū· ⁊ p̄ illuȝ intendit felicitatē humanā et
tamen ista ꝯuenire nō possunt duobꝰ actibꝰ humanis qꝛ nō debet eē in hoīē pfecto
inordinatio sicut nec ī maioꝛi mundo/ eēt aūt inordinatio actuuȝ humanoꝝ si
essent duo optimi ⁊ eq̄ finales quoꝝ neut̄ in aliuȝ finalit̄ ordinaret· Oportet g̊
vnicuȝ eē tale et ille ē felicitas/ Itē speculatio ē vnꝰ actꝰ nō duo/ et tn̄ xᵒ huiꝰ
ꝯcludit Aristotiles quare vtiq̄ erit felicitas speculatio quedaȝ ꝛc̄ // Itē Seneca nō
cessat clamare in ep̄lis suis q̄ vnicuȝ ē hoīs bonuȝ et q̄ ē illud rō pfecta· Et iō
in ep̄la lxxvjᵃ luminarias ꝯcludit q̄ sola ratio pfecta facit g̊ felicitas in vno
actu ꝯsistere uidetur ⁊ nō ī pluribꝫ· Sȝ oppositū arguunt aliter opinantes plu
ribꝰ auctoritatibꝰ et rōnibꝰ· qm̄ omīs qui dicerent humanaȝ felicitatē in vno actu
ꝯsistere dicerent q̄ hoc eēt vel in actu intellectꝰ vt ī dei visione .s. in illo istoꝝ qui
ē pfectissimꝰ et optimꝰ // Sȝ arguit̄ q̄ hoc sit impossibile quecūq̄ istoꝝ dicabit
si dicas q̄ actꝰ nobilissimꝰ qui pōt hoī inesse sit clara dei uisio tn̄ p̄bo q̄ ille nō
eēt essentialit̄ felicitas qꝛ si eēt essentialit̄ felicitas tūc ipō solo manēte alijs actibꝰ

ablatis sicut auferri possunt per potentiam dei absolutam ut aliqui theologi dicunt
homo adhuc esset felix. Sicut lapis esset albus manente in eo albedine omnibus aliis acciden-
tibus remotis. Et tamen istud consequens est falsum scilicet quod homo clare videns deum sine alia delec-
tatione et sine amore dei diceretur beatus. Oportet enim felicitatem esse delectabilissimam
ut dicit Aristoteles ergo etc. Et confirmatur fortius quia dicunt illi theologi quod in anima sortis cum
dei clara visione posset deus formare intensam tristiciam sine delectatione et odium dei si-
ne amore. An ergo ille esset felix. Constat michi quod ego non vellem talem felicitatem. Item
omnis potentia humana est felicitabilis cuius operationis natum est attingere ad bonum beatificum
quod est ipse deus. tales autem potentie non sunt potentia vegetativa vel sensitiva vel scilicet
locum motiva vel appetitus sensitivus. Sed tales sunt intellectus et voluntas. per intellectum
enim deum intelligimus et per voluntatem ipsum amamus ergo scilicet ambas istas potentias homo
est vere felicitabilis. ergo si scilicet unicam istarum potentiarum felicitaret ipse non perfecte felici-
taret neque totaliter sed diminute et partialiter quod non est dicendum quia nichil diminu-
tum attribuit felicitati decimo huius. Nichil enim imperfectum est eorum que felicitatis essen-
tialiter ergo necesse est felicitatem integrari essentialiter ex actibus illarum potentiarum et non
esse actum unicum unius earum. Item felicitas ponitur consistere in perfecta dei contemplatione
que nec est dei cognitio sine amore nec amor sine cognitione sed ex ambobus constitu-
ta. Item felicitas ponitur esse quid per se sufficientissimum et nullus actus unicus est per se sufficien-
tissimus. Item dicit Aristoteles primo huius. Non omnino enim felix qui specie turpissimus
vel ignobilis vel solitarius et sine prole. Et quanto hoc esset verius si felicitas consisteret in uno
actu sine intellectus sine voluntatis. Ad idem etiam potest allegari Aristoteles septimo politi-
corum dicens. Quod quidem unicuique felicitatis adiacet tantum quantum quidem virtutis
et prudentie et eius quod est agere secundum has sit confessum nobis. dicit ergo Aristoteles non solum
prudentie pertinentis ad intellectum nec solum virtutis pertinentis ad voluntatem sed simul
virtutis et prudentie. Et ponit super hec rationem dicens. Nullum autem bonum opus neque viri ne-
que civitatis sine virtute et prudentia. ymo etiam et alii morales et sacra scriptura videntur
idem intendere. Multe namque auctoritates sacre scripture videntur clare dicere quod in dei visione
consistat humana felicitas et multe alie quod in dei amore quod non est ita quia nec in ista nec tantum
in illo sed coniunctim et integraliter in ambobus et sic esse videtur de Seneca et de Tullio modo
enim dicunt unum modo dicunt aliud verbi gratia Tullius in de paradoxis dicit omnes sapi-
entes esse liberos et omnes stultos servos et sic libertatem et per consequens felicitatem attribu-
it sapientie que est habitus intellectualis. Sed etiam statim in eodem libro querit Quid enim est liber-
tas. Et respondet potestas vivendi ut velis et sic attribuit eam voluntati. Similiter Se-
neca valde pluries attribuit felicitatem sapientie et recte rationi. Et sepe etiam virtuti-
bus moralibus verbi gratia In epistola xxxi^a Agnosco. Dicit quod scientia et ars per quam di-
vina et humana noscuntur et hoc summum bonum et per consequens felicitas. Et in epistola que incipit lxxv^a
Epistola tua dicit Bona illa sunt vera que ratio dat solida etc. Ideo dicit post quod ratione
nichil valentius est. Et in epistola lxxvi^a Sequente In homine optimum quid est. Ratio recta

hec et consumata felicitate hominis implebit. Ideo concludit post quod sola ratio perfecta bene facit. Ergo manifestum est quod iste Seneca felicitatem consistere posuit in ratione et sapientia. Sed statim tu dices quod omnes auctoritates Senece et rationes super quas fundantur concludunt oppositum eius quod tu volebas probare. Intendebas enim concludere quod non solum in actu intellectus cuius nomine sunt sapientia et scientia et ratio consistit humana felicitas, ymo in coniunctu ex actu intellectus et actu voluntatis. Et auctoritates allegate dicunt expresse quod in solo actu intellectus; inquit enim sola ratio perfecta beatum facit. Et qui videt omnes libros suos ipse semper exclamat et extollit sapientiam super omnia humana bona. Respondetur quod si exquisite videatur intentio Senece seu opinio apparebit quod ipse bene scivit distinguere inter virtutes morales quas diximus esse virtutes appetitus seu voluntatis et inter prudentiam quam dicimus virtutem intellectus practici sicut apparet ex illo parvo eius libello pulcerrimo vocato de quatuor virtutibus cardinalibus. Et utrasque vocavit virtutes seu virtutum species in dicto libello has quidem virtutes anime nostre ut dicitur appetitus practicus, illam autem eiusdem anime nostre ut dicitur intellectus practicus. Sed neutram divisim dixit esse virtutem simpliciter anime humane ut anima humana dicitur quia virtutem oportet esse perfectivam dispositionem eius cuius dicitur virtus ea ratione qua dicitur virtus eius et nulla illarum divisim est perfecta dispositio anime humane scilicet quod anima humana dicitur neque etiam anime humane practice scilicet quod dicitur anima humana practica. Et videtur quod hoc senciat Aristoteles concedere. Quod enim virtus sit dispositio perfecti habentis patet 7° politicorum ubi dicitur: virtus enim perfectio est unumquodque enim tunc maxime perfectum cum attingit proprie virtuti. Similiter in 2° huius: virtus omnis cuius utique fuerit virtus et idem bene habens perficit et opus eius bene reddit. Postea in 6° huius apparet quod licet virtus moralis divisim contra prudentiam redderet voluntatem practicam perfectam ut voluntas dicitur et sic de prudentia ad intellectum practicum, tamen neutra divisim reddit totam animam activam perfectam nec eius opus bene sicut Aristoteles ostendere videtur dicens virtutes morales principales non posse esse sine prudentia propter quod ut dicit omnes qui diffiniunt virtutem apponunt additum dicentes et ad que est secundum rectam rationem. Et tandem concludit manifestum esse ex dictis quoniam non est possibile bonum esse principaliter sine prudentia neque prudentem sine virtute morali. Et in 7° politicorum ut preallegatum fuit: Nullum autem opus bonum est neque viri neque civitatis sine virtute et prudentia. Et ita secundum predictas deductiones rationabiliter videtur dicere quod virtus anime active secundum quod activa dicitur est congregatio virtutis moralis et prudentie et neutra divisim. Deinde considerandum est sicut dicit Aristoteles 9° ethicorum cum homo sit congregatio ex anima et corpore et ex parte sensuali et intellectuali, tamen cum in hac congregatione homo sit principalissimum homo maxime dicitur hic scilicet intellectus, et ita intelligit de aliis congregationibus dicens: Quemadmodum autem et civitas principalissimum maxime esse videtur et omnis alia congregatio sic et homo. Si ergo dicamus quod in ista congregatione virtutis moralis et prudentie que est virtus anime active principalissimum est prudentia sequitur quod secundum talem denominationem congregationis a principaliori omnis virtus hominis secundum vitam activam ut activa est

prudentiā quam intendebat Seneca ꝑ rōez & etiā ꝑ ſapientiaz quia ſempˀ ipſe loqut⁹
ē de felicitate pratica ſcʒ quā prudentia dicitᵘʳ ſapientia Sic enʒ dicat Seneca oēs
uirtutes eſſe ratiōes ⁊ fortitudinē eſſe ſciaz · Vnde in eṗla · Si uales querit quid eſt xx.º
ſapientia · Et reſpondet Semꝑ idez nole atqʒ idez uelle · lʒ nolle & uelle ſint ipi⁹ uo
lintatis Et in Epiſtola lxvijª Claramū dicit expreſſe q̄ omnes uirtutes rōes ſunt
Et in eṗla lxxxvª peperciraʒ · dicit · Nō ē enʒ fortitudo in cōſulta temeritas nec ꝑicu
loꝝ amor nec formidabiliū appetitio Sciētiā ē diſtinguēdi quid ſit maluʒ et quid
nō ſit Ad iſtaʒ gᵒ intētionez et ad iſtuʒ moduʒ loquēdi putanduʒ ē Socratez loqutuʒ
fuiſſe cum dixit · Omnes virtutes ē ratiōes & prudentias vt narrat Ariſtotiles · 6º
ethycoꝝ · Nec Ariſtotiles ibidez uidetᵘʳ illa dicta reprehendere bene ſcʒ iſtaʒ intētionez
Sʒ reprehēdit illa uerba eo modo quo reprehēderetᵘʳ ei⁹ uerba ꝓpria cū dixit · Ciuitatem
& omēz ꝯgregationez eſſe principaliſſimū et hoiēz eſſe intellectuʒ · Ex iſtis gᵒ omnib⁹
uidetᵘʳ eſſe dicēduʒ q̄ felicitas pratica de qua predicti phī maxīe loquebātᵘʳ nec ſit de
uiſiʒ act⁹ intelligendi ſcʒ prudētiaʒ nec act⁹ uolendi ſcʒ moralez uirtutē ſʒ act⁹
ex illis actib⁹ ꝯgregat⁹ ſcʒ uirtutez ꝑfectaʒ etiā ex illis ꝑtialib⁹ uirtutib⁹ ꝯgregatū
in q̄tuʒ tū ꝯgregatione pars principalior / nobilior & melior eſſʒ prudentia ⁊ act⁹
prudentie ſcʒ declaratione intentiōis phyoꝝ preallegatoꝝ // Et ꝓportionabiliᵗᵉʳ
uidetᵘʳ eē dicēduʒ de felicitate ꝯtemplatiua quātū ad act⁹ intellect⁹ ꝯtemplatiui
& uoluntatis ꝯtemplatiue put ipā dicitᵘʳ felicitas aīe humane vt ē & dicitᵘʳ ꝯte
platiua · Vnde puto q̄ in patria clare uiſioni que ꝓprie nō debet dici pratica cor
reſpondeat amor qui etiā ꝓprie nō debʒ dici act⁹ practic⁹ ſʒ ꝯtemplatiu⁹ // Ego
credo q̄ non ſit poſſibile moduʒ iſtuʒ dicendi rōnib⁹ improbare multuʒ habentibus
efficaciaz · Nec puto q̄ iſtuʒ moduʒ negauiſſʒ Ariſtotiles ad ſenſuʒ ꝑdictuʒ / tam
hijs nō obſtantib⁹ poṫ dari ali⁹ mo⁹ dicēdi & loquēdi videlicet q̄ cū felicitas
debeat eſſe quid optimū & ꝑfectiſſimū eoꝝ que ī nata ſūt ī eſſe felici ſeu felicita
bili ſcʒ ſuaʒ ſpēz · Optimū aūt eoꝝ que hoī naturaliᵗᵉʳ īnata ſunt in eſſe poṫ dici
dupliciᵗᵉʳ · Vno mō optimuʒ uia ꝯpoſitionis ſeu aggregationis Alio mō uia diuiſiōis ſeu
reſolutionis Et ſic vtroqʒ hoꝝ moꝝ pṫ dici humana felicitas · Via gᵒ ꝯpoſitiōis ī ho
mine optimū eſt ꝯgregatio ex oīb⁹ virtutib⁹ & opatiōib⁹ ⁊ diſpoſitiōib⁹ que ī nate
ſunt hoī ꝯuenire ſpectantib⁹ ad ipi⁹ meliorationē / taʒ ſʒ aīaʒ & ſingulas potētias
aīe q̄ ſcʒ corp⁹ ⁊ ſingulas partes ad integritatē corporis pertinētes · hoc gᵒ nomē
felicitas iſto mō ſupponeret pro tali aggregatione appellando ſufficiētez adiacentiaz
extrinſecoꝝ bonoꝝ ad hoc q̄d homo ualeat exercere expedite ſingulas opationes ſibi
ꝯuenientes & ſcʒ virtutes aīe & ſʒ uirtutes corporis iſta ē felicitas deſcrip̄ta q̄d eſt
ſtat⁹ omniū bonoꝝ aggregatione ꝑfect⁹ & ſic nichil ē imꝑfectuʒ eoꝝ que felicitatis
ut dicitᵘʳ in 10º huiꝰ · Et ſic diceret Ariſtotiles q̄ ille nō eēt ſimpliciᵗᵉʳ felix q̄ eſſʒ
mebro truncat⁹ uˡ egritudine detentᵘˢ vel in carcerat⁹ vel infortunat⁹ vel carens
amicis aut diuitijs exterioribꝰ put notabatᵘʳ in pimo libro & put phī fide catholica et

ſpecialit' ſup naturali reuelatione carentes ſacent hoi felicitatē attribuere in hac uita. Via
aut reſolutionis optimū in hoīe diceret illa diſpoſitio vel ille act9 aut quocūq3 noīe
noīet' que vl' qui in pdicta aggatione reſoluta in ſuas ptes eet optimū alioz 7 fina
liſſimū alioz ad qd ſingula alia finalit' ordinarent'. Non dico q illa reſolutio fi
at p realē remotionē ptiū ad inuicē ſ3 ſcdꝫ roē diſticte omēs ptes ꝯſideratē.
Si g' dicam9 q illud optimū ſit act9 ſpeculatiu9 circa diuinā eſſentiā nos dicē9
q ille act9 erit humanas felicitas ita q hoc nomen felicitas humana ſupponit
precise pro illo actu ſ3 tn̄ nō abſolute a ꝯnotatoib9 ymo ꝯnotat ſeu appellat omīa
preexquiſita ad expeditū exercitiū illi9 act9 ſpeculatiui & naturalit' ꝯſequētia t'
annexa. Et ſic appellat pmit9 amorē tanq naturaliter ꝯſequētē ex illa ſpeculatioē
ſi ſit recta et pfecta 7 delectationem hys actib9 ꝯnexā naturalit'. Deinde etiā appel
lat uirtutē ſapientie ſcdꝫ quā ē illa pfecta ſpeclatio. Conſequēt' appellat prudētiā
7 uirtutes morales paratēs locū ſapientie vt dictū ē in 6° libro. Deinde ſenſuū uiua
citatē deſeruientiū intellectui ad ſpeculationē 7 tādē uirtutes corporis 7 bona ex
teriora ſicut ſatis deductū fuit in 10a pmi hui9. Et certū ē q iſtū modū loqn̄
di tenuit Ariſtotiles. Nec ꝯtra iſtū modū ualent ratioēs que pri9 fiebāt faciliter
enī reſpondet' ad eas. Ad pmā ponam9 q clara uiſio dei ſit humana felicitas in
patria tu arguis q tunc homo eet felix ſi clare uideret deū ſine delectatione
ymo cum triſticia 7 odio dei ego nego ymo poti9 eet miſer q2 tūc illa clara dei
uiſio non eet felicitas ꝑpt' defectū appellationū. Sicut ſymitas que l3 ſuppōit ſolū
p ꝯcauitate, tn̄ appellat naſū, ideo illa magnitudo cauitas naſi que ē ſymitas ſi
remoueret' a naſo 7 poneret' in lapide ipā non amplī9 eet ſymitas ꝑpt' defectū ꝯno
tati. Et ita licet Ariſtotiles teneat felicitatē eē actū ſpeculādi, tn̄ dicit ī 7° hui9
q dicentes hoīē rotatum vel infortunatum eſſe felicē ſi ſit bon9 etiā licet actu ſpeculet'
nichil dicunt. Et in pmo hui9 ſilr'. Qd' g' dicebat' de albedine non ē ad ꝑpoſitū, q2 albe
do ſignificat illud pro quo ſuppoīt ſine ꝯnotatione alioz. Ad aliā que dicit q tam uolū
tas q intellect9 eſt felicitabilis ego ꝯcedo. Sz ad ſoluēdū clare iſtā roēm premittenda
erit quedā alia diſtinctio de felicitate. Ideo nūc tranſeo ad rationē ſequētē, q̄n dicit qd'
felicitas eſt dei pfecta ꝯtemplatio ego poſſū ꝯcedere. ſ3 iſta ꝯtemplatio ē ſpeculatio ſeu uiſio
dei, tn̄ nomen ꝯtemplationis ꝯnotat ſicut nomen felicitatis, adiacentiā amoris 7 delecta
tionis naturaliter ꝯnexoz illi ſpeculationi vel uiſioni. Et tu dices q uiſio nō ē pfecta
ꝯtemplatio. Ego dico q ymo adiacētib9 ſibi amore 7 delectatione. Sz ſi nō adiaceret
ipā non eet pfecta ꝯtemplatio ymo nec eſſ3 ꝯtemplatio nec etiā eet pfecta uiſio. bene eēt
uiſio pfecta ſua eſſentiali pfectione ſ3 non ſequit' g' pfecta, donec etiā ē pfecta p pfectio
nes ſibi ꝯnatas aduacēre ſicut homo ſine virtutib9 intellectualib9 7 moralib9 nō eſſet
ſimplicit' homo pfect9 l3 tamē eet pfect9 ſcdꝫ pfectionē eēntialē. Ad aliā q arguit
de pſe ſufficientia felicitatis. dictū ē in 10a queſtione pmi libri ubi poſiti fuerūt quatuor
modi pſe ſufficiētie ipi9. Et pōt addi quint9 mod9 q2 felicitas ſit ē pſe ſufficiētiſſia

quia nullo eget quod esset sibi vel felici conveniens ad perfecte vivere quoniam hoc non indigeo quod habeo
Speculatio autem que est humana felicitas omnia habet sibi adiacentia que conveniunt homini ad
perfecte vivendum et secundum corpus et secundum animam aliter ipsa non esset felicitas. Unde concedo quod specula
tio possit multis indigere requisitis ad vitam perfectam hominis. Sed tunc illa non esset felicitas huma
na, ideo nec per se vera felicitas quia felicitas est sufficientissima, sic quod nullo eget ut dictum est
Omnes autem auctoritates sive sacre scripture sive philosophorum licet expresse dicerent felicitatem
in amore dei consistere vel in visione vel in delectatione vel simul in visione et amore aut
etiam felicitatem esse amorem vel delectationem vel coniunctum ex amore et visione exponerentur
quod hec dicta fuerunt ad significandum quod non possit esse felicitas sine illis, vel quod hec sunt necessario
consequentia ad felicitatem vel connexa felicitati vel aliquo tali modo. Sepius enim sermones ponuntur
non secundum verborum propriissimas significationes et acceptationes. Nunc ergo dimissa hac prima felici
tatis distinctione cuius membra coincidunt quantum ad realem humanorum bonorum existentiam
et eorum ordinationem in homine felici, ego ponam adhuc unam aliam distinctionem de ipsa felicita
te et notabo quod cuicumque convenit habere propriam virtutem ei convenit felicitas si expedite operetur secundum
illam virtutem vel proportionalem felicitati dico convenit sibi felicitas si ipsum sit innatum felicitari
vel proportionale felicitati si non proprie dicatur felicitabile. Omne enim quod attingit proprie virtuti
et expedite operatur secundum eam est perfectum ut sic et optime se habens et per consequens est felix vel proportio
nabiliter se habens felici. Constat autem quod totus habentis partes diversas et ad diversas
operationes naturaliter ordinatas assignanda est virtus propria et unicuique partes eius virtus
etiam propria et alterius altera. Alia enim est virtus propria et optima complexio cordis, et alia cere
bri et alia manus et alia oculi, et cuiuslibet partis virtus propria illam partem bene se habentem
perficit et opus eius bene reddit puta oculi virtus et oculum studiosum facit et opus eius. oculi enim
virtute bene videmus ut notatur in 2o huius. Ex quibus sequitur quod cuilibet parti totius bene ordina
ti convenit propria felicitas vel propria dispositio proportionalis felicitati. Si ergo largo modo
omne proportionale felicitati vocemus felicitatem tunc et corporis in homine erit felicitas, et anime
felicitas, et cordis et cerebri et manus et oculi et alia huius et alia illius. Ideo etiam cum animam
ponamus potentialiter partibilem alia erit virtus anime sensitive ut sensitiva alia appetitive ut appeti
tiva, alia intellectus ut intellectus, alia voluntatis ut voluntas ac etiam alia intellectus ac
tivi ut activus alia speculativi ut speculativus. Sed tunc de toto ex pluribus partibus consti
tuto que sit virtus atque felicitas ipsius et quo modo ab unius cuiusque partis propria virtute
et felicitate distinguitur oportet considerare. et potest dici quod ex virtutibus partium ordinatis et
proportionatis resultat virtus totius que non est nisi ordinata et proportionata congregatio virtutum
partium vel potentiarum et sic differt virtus totius a virtute partis sicut differt congregatio multorum
ab uno illorum. Et ita etiam si felicitas ponitur in operatione secundum virtutem, felicitas totius differt
a felicitate partis sicut congregatio multorum operum ab uno illorum, et hoc loquendo secundum primum mo
dum dictum in priori distinctione. Sed si loquamur secundo modo scilicet secundum denominationem a principalissimo
congregationis, sicut si congregationem generalem universitatis vocaremus congregationem rectoris
et congregationem specialem unius nationis vocaremus congregationem procuratoris tunc diceremus quod

virtus totius est virtus principalissime partis ut si virtutem animalis diceremus esse complexionem cordis que est propria virtus cordis. Ista ergo nomina virtus cordis et virtus animalis supponerent pro eodem, si tamen differret quia hoc nomen virtus cordis non appellaret complexionem seu virtutem cerebri. Sed hoc nomen virtus animalis appellaret complexiones virtuosas cerebri et epatis et aliorum membrorum. Ideo posito quod cor esset optime complexionatum et non cerebrum, tunc illa complexio cordis esset virtus cordis. Sed non amplius diceretur virtus animalis propter defectum connotati. Et ita proportionabiliter debet ymaginari de felicitatibus totius et partium quo ad opera virtutum in quibus consisterent ille felicitates. Nunc ergo descendamus specialiter ad felicitatem hominis et felicitates suarum partium, et loquamur scilicet primum modum loquendi prioris distinctionis quia ille est facilior et dividamus hominem primo in portionem inferiorem que vocatur vegetabilis et sensualis, et est illa composita ex anima et corpore cum vegetatio et sensatio non exerceantur nisi in organo corporeo. Et in portionem superiorem que vocatur intellectualis que est anima precise et operationes proprie illi portioni non sunt in organo corporeo. Portio autem inferior dividitur in vegetabilem et sensualem. Vegetabilis autem dividitur in singula membra quorum quodlibet est compositum ex anima et corpore, et habet complexionem propriam et vegetationem propriam. Sensualis autem dividitur in sensum et appetitum sensitivum. Constat autem quod virtus sensualis ex complexione naturali perfecta est ad clare et distincte sentiendum. Virtus autem appetitus ultra bonam naturalem complexionem requirit habitum bone assuetudinis inclinantem ad obediendum rationi.

Portio autem superior dividitur potentialiter in partem activam et partem contemplativam sive in practicam et speculativam. Et utraque pars dividitur in intellectum et voluntatem practicam. Et pars contemplativa in intellectum contemplativum seu speculativum et voluntatem contemplativam seu speculativam quam non dico speculativam quia speculetur formaliter, sed quia eius actus ut sic sequitur actum speculationis. Virtus ergo intellectus speculativi, secundum Aristotelem est sapientia & actus secundum illam virtutem est speculatio circa divina que est felicitas intellectus speculativi. Et virtus voluntatis speculative est amor habitualis dei et totius ordinationis entium ut a deo dependentis. Et actus secundum illam virtutem esset actualis amatio dei etc. consequens predictam actualem speculationem que amatio esset felicitas voluntatis speculative. Et secundum veritatem felicitas intellectus contemplativi est visio clara dei, et felicitas voluntatis contemplative est actualis amor dei. Et sic felicitas totalis partis contemplative esset connexio dicti amoris et dicte visionis. Virtus autem intellectus practici est prudentia et eius felicitas est actus prudentie. Et virtus voluntatis practice est connexio virtutum moralium, et felicitas eius est actualis inclinatio secundum illas virtutes ad iudicium prudentie. Virtus igitur totalis portionis superioris est congregatio dictarum virtutum, et felicitas congregatio dictarum felicitatum. Et sic expediendo breviter de beatitudine in patria quia ipsa transcendit metas istius considerationis nos non diceremus proprissime hominem esse beatum ante eius resurrexionem, quia deficit corporis beatitudo seu eius optima dispositio que est de integritate beatitudinis hominis, vel connotatur per beatitudinem hominis cum proprissime dictus homo sit compositus ex anima et corpore. Tamen ego confiteor quod secundum denominationem a parte principaliori prout dicit Aristoteles quod homo est ipse intellectus, beatus

peteris ex beatitudine anime licet non resurexerit corporaliter est uere beatus et homo beatus. Secundum autem Aristotilem dicendum est breviter et proportionabiliter in hac uita. Si enim homo sit felix secundum portionem superiorem practicam non sequitur quod sit felix homo si quod est felix actiuus. Non tamen forte felix speculatiuus, quod requiritur ad esse hominem felicem. Et si sit felix secundum prudentiam et sapientiam scilicet practice et speculatiue tamen nundum sequitur quod sit felix homo quia forte deficit felicitas alicuius partis portionis inferioris ut si deficiant oculi aut pes aut manus vel impedita est pars uegetatiua per egritudinem. Ex quo sequitur impedimentum partis sensitiue et iterum intellectiue quantum ad operis exercitium ex deffectu nutrimenti non potest uegetatiua in opus suum et impediuntur omnes alie uirtutes, et tamen felicitas hominis in quantum in hoc mundo naturaliter uiuentis secundum quod talis est congregatio felicitatum omnium huiusmodi partium vel connotatur. Ideo non sequitur quod portio superior est in sua felici prosperitate quod ex hoc homo sit felix homo. Hec est intentio Aristotilis ex qua clare manifesta sunt multa que in primo libro querebantur. Manifestum est enim quod nec in bonis exterioribus consistit humana felicitas. Nec in uoluptatibus nec in uirtutibus corporalibus aut operibus. ymo nec in virtutibus vel operationibus intellectualibus nisi partialiter vel si iuxta secundum modum loquendi prime distinctionis dicatur in opere intellectus consistere. hoc tamen non est sine adiacentia aliorum humanorum bonorum corporis et anime. Et apparet michi quod illa uerba Senece quibus sepius exclamare uidetur contra hanc Aristotilis sententiam quorum aliqua recitata fuerunt in 16° questione primi libri scilicet quod bona corporis vel mala ut sanitas vel egritudo, diuitie vel paupertas etc. nichil augmentant vel diminuunt de humana uirtute vel felicitate nichil ad eam apponunt vel auferunt etc. Manifestum est quod prout sunt vera nichil procedunt contra Aristotilem. Nam si loquatur de felicitate hominis ut compositus est ex anima et corpore uiuens naturaliter ipse non uerum dicit. Si autem loquatur secundum quod scilicet de uirtute hominis quantum ad portionem superiorem verum dicit de uirtute acquisita. Sed non de acquisitione eius quantum ad sapientiam. Multum enim obest studio corporis egritudo, captiuitas, necessariorum indigentia etc. Nec bene diceret de felicitate si consisteret in opere sapientie. Et licet bene diceret de opere intrinseco uirtutis practice, non tamen de opere extrinseco quod iam transit in amicos in vicinos, in rem publicam etc. quoniam se habere bene secundum quodlibet istorum requiritur ad hominem optime se habere quod est hominem esse felicem. Item Seneca in illis uerbis suis valde bene pulcre et sancte loquitur comparatiue si non simpliciter et absolute dico comparatiue quia tanta est excellentia portionis superioris ad inferiorem quod nulla admittenda est comparatio earum ubi est incompossibilitas salutis earum et hoc tenemus ex fide nostra. Et Aristotiles hoc idem teneret videlicet quod eligibilius esset perdere diuitias, amicos, membra ymo corpus et uitam temporalem in casu incompossibilitatis quam leuissima macula maculare portionem superiorem. Ista locutio comparatiua est intentio Senece et moralium omnium. Vir enim bonus ut ait in epistola lxxvi. summatim ab honesto nulla re deterrebitur ad turpia nulla inuitabitur. Non fuit intentio Senece quod homo simpliciter optime se haberet cum est in tormentis afflictus in egritudine detentus carens cibo pecunia et amicis, quia si tunc optime crederet se habere non deberet magis statum alium quam illum appetere, quod negat

Seneca dicens in libello suo de uita beata. Non contempnet se sapiens si fuerit inminne sta
ture esse tamen procerum vellet. Malam ualitudinem tollerabit bonam optabit. Totum fortune
regnum despiciam / sed ex illo si dabitur ellectio meliora sumam. Et quamuis ista uideatur esse
vera determinatio de felicitate / tamen in ea quedam oriuntur questiunale. Vna est cum homo se
habeat optime scilicet animam et corpus oportet cum senescere et non se habere tunc optime scilicet corpus in
tantum quod ambulare non potest / et ita nullus senex esset homo felix quod philosophi non concesserunt
Secunda est vtrum aliquis dormiens sit homo felix uidetur quod non quia tunc non operatur scilicet virtu
tes intellectuales in quarum tamen opere tu dicas humanam felicitatem consistere saltem quantum
ad partem felicitatis valde principaliorem. Sed contra uidetur inconueniens si hominem oporteat ita
sepe amittere suam felicitatem // Tercia est si homo sub tormentis / sub egritudine infortu
natus vel captiuatus non sit homo felix. An igitur est homo miser vel homo infelix. Et uidetur
quod non si ante erat felix / quia primo huius. Nullus beatorum fiet miser. Quarta est si homo
semper optime se habet scilicet animam et corpus usque ad annum quadragesimum et per totam sequentem
uitam eius manet in captiuitate sepe sub tormentis sepe sub egritudinibus et huiusmodi. An vn
quam fuit verum dicere de illo quod esset homo felix // Quinta est An est dare felicem feliciorem
arguitur quod non / quia esse felicem est optime se habere / et optimo non est melius. Ad primam questionem
ego respondeo quod hominem optime se habere est hominem esse felicem / sed non optime simpliciter se habere
sic enim deus. Sed optime se habere scilicet quod natura hominis permittit scilicet totum tempus uite sue
refferendo ad quamlibet partem temporis illud optime se habere quod permittit et requirit
etas illius temporis. Si enim in pueritia se habeat optime vt puer / in iuuentute vt iuuenis
in uirilitate vt uir / et in senectute vt senex / ipse simpliciter dicendus est homo felix et in omni
tempore uite sue / et in qualibet parte illius temporis verum est dicere quod ipse est homo felix. Con
dices tu / quia tunc in tempore pueritie diceretur homo vere felix in quo tamen ipse nullam habet vir
tutem moralem vel intellectualem / et sic sequeretur quod esset homo felix sine sapientia sine
prudentia et sine virtute morali quod est absurdum dicere et contra determinata. Ista ratio
est sophystica et magis physica quam ethyca. Ego enim possum uere dicere quod sortes currit in illo
tempore in quo ipse non currit loquor enim in vno tempore pro alio tempore. Aliter non
possem tibi contradicere dicenti quod sortes non currit quia nescio tibi contradicere donec locutus fue
ris. Contradicam igitur tibi dicendo quod sortes currit. Et forte non currebat quando loquebaris et
currebat quando loquebar / et sic ambe contradictorie sunt vere. dico quod non quia contradicendo ego
non loquebar pro illo tempore pro quo ego loquebar / sed pro illo in quo tu loquebaris / et sic
nos ambo pro eodem loquebamur secundum diuersis temporibus. Si igitur in tempore pueritie sortis
ego dico sortes est felix / ego dico uerum quia non dico hoc pro tempore precise in quo ego lo
quor sed pro totali tempore uite sortis in quo ipse est uere felix. // Sed tu queres non de
loqui / sed de esse / an sortes est felix in tempore pueritie ego dico quod non nisi partialiter quia
est puer felix. An igitur ipse felix tempore uirilitatis quo ipse est uirtuosus et scilicet animam et secundum
corpus. Ego dico quod sic scilicet denominationem a parte principaliori felicitatis humane / quia
est uir felix. et uirilitas est nobilior pars etatis. Sed non est homo felix quia felicitas significat

omnquaqȝ pfectionem et scdꝫ corpꝰ & scdꝫ aiaꝫ et scdꝫ tempꝰ queniens naturalit huma
ne vite. Et hoc notauit Aristotiles 10 ethycoꝝ dicens pfecta g felicitas hec utiqȝ erit
omnis accipiens longitudinē uite pfectam. Nichil enim impfectum coꝝ que felicitatis. Quo
modo dices tu nonne martires dei qui mortē passi sunt 20 aut 30 āno sue etatis
fuerunt felices. Diceret q nō fuerunt felices hoies simplicit sȝ felices hoies scdꝫ portio
nem supiorem & sic feliciores q̃ si nō passi fuissent mortē pbono ꝛ salute illiꝰ partis
supioris ad quam salus inferioris in casu incōpossibilitatis nullaȝ hēt cōpatione ut dic
tum ē priꝰ, et in resurrexione fient vere felices hoies totalit et de hoc dictum ē ante. Scda
questio soluta fuit in pmo libro. Sȝ ego adhuc nūc alit quodāmō soluo eaȝ scdꝫ logicaȝ
scrupulatiorē ꝛ dico ut priꝰ q ī tpē quo dormit veꝝ ē dicere q ipē felix. Sȝ tu q̄
ris vtꝝ ē felix in tempore quo dormit. Et dico q sic, qꝛ ibi tempore accipit indeffi
nite, ꝛ est vera p totali tēpore uite sue. Ideo simplicit ē vera. Et tu cōcludes g dormi
ens ē felix cōcedo. Neqȝ mirꝝ qꝛ dormiens ē uigilans sȝ nō simul sȝ scdꝫ priꝰ et posteriꝰ
Ego enim vtor tempore tamq̄ presente non vno momēto vel vno die, sȝ totali tēpore
uite sue. Contra tu cōcludis g homo qui nō speculatur ē hō felix nego cōnāȝ.
Et tu pbas qꝛ nullꝰ dormiens speculat. Ego nego. Sȝ cōcedo q nō simul dormit
et speculat sȝ priꝰ ꝛ posteriꝰ. Sȝ pone qd p totaȝ istaȝ horaȝ dormiat an g ī ista
hora speculat dico qd non. An g in ista hora ē felix dico q nō qꝛ felicitas ē scdꝫ inte
grū tempꝰ totiꝰ uite. Immo etiā posito q in hac tota hora vel die ipē optīe cōtemplet
& omnīo optime se habeat scdꝫ q ē possibile hoieȝ naturalit bene se habere p vnū dieȝ
Ego dico q ipē in illo die non ē simplicit homo felix, sȝ ē felix scdꝫ quid scdꝫ qd spec
tat ad statuȝ hois p unaȝ dieȝ. Sȝ vtꝝ ipē dormiens p totaȝ istaȝ horā precise sit felix
in ista hora modo predicto scdꝫ quid. s. quātuȝ spectat ad statuȝ hois p vnā horaȝ
Ego dico q sic quia ipm̄ hac hora dormire ē ipm̄ hac hora optime se habere. s. multo
melius q̄ si uigilaret ꝛ specularet. Pono enim q in tempore priori ipē in tantuȝ vigi
lauit ꝛ speculatꝰ est q sensus indigeat requiē naturali. s. sompno pro ista hora tunc
certe meliꝰ ē sibi nūc dormire q̄ vltra sup excedere in uigilia et speculatiōe. et dor
mit enim non finalit vt dormiat sȝ ut ualeat melius uigilare ꝛ potentiꝰ speculari. Vn̄
sicut ante dictum ē nō dicimꝰ felicitatē hois in speculatione cōsistere tamq̄ in cōgregatiōe
omniū bonoꝝ ad felicitateȝ requisitoꝝ sȝ tamq̄ ī optima parte illiꝰ cōgregatiōis. Et no
li intelligere q huiꝰmōi cōgregatio omnium bonoꝝ humanoꝝ integrās felicitatē sit tota
simul. Immo ē scdꝫ eiꝰ partes successiue expansa p totaleȝ uitaȝ ipiꝰ felicis, et ē vna pro
vno die vel vna hora et alia alio. vt modo loqui cum amico, modo ire ad ecclesiaȝ
modo dormire, modo speculari aut comedere ꝛc. Et qdlibet coꝝ qn̄ oportet ꝛ vbi
et quo mō ꝛc. Ideo si querat de felici An sit felicior hora qua speculat q̄ hora qua dor
mit, dico q non qꝛ neutra hora ē felix. Sȝ cōcedo q pars felicitatis que ē ī hora qua
speculat ē ualde melior et honorabilior q̄ pars que ē in hora qua dormit. Et ex dic
tis in hac huiꝰ questiuncule pficit cōsideratio de cōtinuitate felicitatis de qua aliquid ī

primo libro dictum fuit magis superficialiter. De tertia questione dicendum est quod miseria est contra-
ria felicitati. Contrarietas autem attenditur secundum maximam distantiam ut habetur x° methaphisice
vel saltem secundum magnam et notabilem distantiam, modo dictum est prius quod portio inferior compa-
rata ad portionem superiorem nullius est nobilitatis in casu in possibilitatis. Ideo ego dico quod
numquam homo dicatur miser propter deffectum portionis inferioris si superior bene se habeat. Sed
solum miseri dicuntur quibus portio superior est viciis infecta. De infelicitate autem dicendum
quod contrarie istis nominibus intemperantia iniusticia incontinentia illiberalitas nos utimur tamquam contra-
riis istis nominibus temperantia iusticia continentia etc. Et sic etiam isto nomine infelicitas vel
infelix, et tunc significarent idem miser et infelix. Ideo dicatur de infelicitate sicut
dictum est de misero. Si autem infelicitas diceretur non contrarie sed solum privative ad feli-
citatem tunc ille qui natus esset insensatus scilicet non habens usum rationis perpetuum ut fatui na-
turales diceretur infelix. Ille ergo de quo querebatur questio nec est miser nec est infelix, sed
est non felix homo quia est et non est simpliciter felix homo. Ad quartam questionem
patet ex dictis quod ille numquam fuit felix homo, licet fuerit felix puer felix iuvenis et forte
felix vir et licet etiam fuerit felix secundum portionem superiorem. Ad quintam questionem videtur
michi esse dicendum quod non debemus loqui de homine felice secundum ymaginationem ma-
thematicam scilicet quod semper extreme bene se habeat, ita quod non sit possibile excedere in medio
quantumcumque modico excessu. Nullus enim fuit talis nisi solus dominus yhesus xpistus. ymo non potest
esse homo naturaliter iuvenis in hoc mundo quin aliquando declinaret a punctuali medio virtu-
tis, nisi miraculose dirigeretur per valde specialem gratiam supernaturalem. Dicimus enim
de naturali moralitate loquentes quia autem dicimus idem esse hominem felicem et optime
se habentem nos intelligimus per hominem optime se habere quod non deficiat in tempore vel in mem-
bris notabili deffectu autem sit moraliter virtuosus et prudens et sapiens et dives fortu-
natus. Ita scilicet quod in nullo istorum notabiliter deficiat. Et sic concedo quod potest esse felix feli-
cior sicut temperato temperatior. Ideo magistri gramatica dicunt non repugnare superla-
tivo quod iterum comparetur ut optimus optimior optimissimus. Si autem iste non sunt dictarum questio-
num solutiones reales recipiantur tamen sicut logice et lusive. Et apparet quod omnes rationes
que hinc inde facte fuerunt non procedunt contra predeterminata etc. Et sic est finis questionis.

Utrumque duorum modorum loquendi

In precedenti questione narratorum de felicitate teneatur, tamen manifestum
est quod humana felicitas consistit quodammodo in uno actu scilicet vel tamquam in illo actu qui est
felicitas vel tamquam in illo qui est principalissimus et finis aliorum in congregatione que est feli-
citas. Ideo querendum est utroque modo dicatur quis sit ille actus in quo consistit humana
felicitas. Nam ut dicit Aristotiles in primo huius. Ad vitam cognitio eius magnum habet
incrementum. Et quemadmodum sagittatores signum habentes magis utique adipis-
centur quod oportet. Ille enim est finis et signum in quem oportet ordinare finaliter omnes
actus humanos. Verum alii et alii fuerunt quod putant illud signum et finem esse aliud et aliud, aliter

et aliter ordinant vitam ſuam alij peius alij melius. Et quia nullus magnorum philoſophorum
et moralium poſuit illam niſi actum voluntatis vel actum intellectus ideo iſta queſtio ſecundum
ſenſus predictos formabitur. Vtrum humana felicitas ſic conſiſtit in actu intellectus vel
in actu voluntatis. Et arguitur primo quod conſiſtit in actu voluntatis quia dicunt quidam
theologi quod ſecundum actum voluntatis magis meremur ideo etiam rationabile eſt quod ſecundum
actum voluntatis principalius premiemur. premium autem finale eſt ipſa felicitas ergo etc. // 2°
etiam dicunt aliqui theologi quod ſumma virtutum hominis inexiſtentium eſt caritas que eſt ipſius
voluntatis ideo actus eius qui eſt actualis amor dei eſt actus ſummus et optimus et per conſequens
in quo conſiſtit felicitas ideo primum mandatum divinum eſt de illo amore. Diliges
deum ex toto corde tuo etc. // 3° quia in illo actu potius conſiſtit humana felicitas ſecundum
quem homo maxime unitur obiecto beatifico ſed hoc eſt ſecundum actum voluntatis qui eſt
amor. Nam ſecundum intellectionem non intime unitur intelligens cum intellecto / quia ita
intelligimus quod refutamus et fugimus ſicut quod acceptamus et proſequimur. Sed amor
ſic unit amans amato quod amicus eſt alter ipſe ut dicit Ariſtoteles / et quod amici ſe
ſe ſibi miſcent // 4° quia vetula amans deum licet modicam habeat de deo notitiam
placet deo quia amat ipſum. Magnus autem clericus multas habens de deo notitias / ſi
non amat deum non placet deo. Sed illud eſt nobis valde melius et felicius per quod placemus
quam per quod ei non placemus / igitur amare deum eſt in nobis multo melius et felicius quam cognoſcere
deum. Item in meliori actu conſiſtit magis humana felicitas cum felicitas ſit quid opti
mum in homine et probatur quod actus voluntatis ſit melior quia ille actus eſt melior qui eſt deter
minatus ad bonum quam qui eſt indifferens bonis et malis verus autem amor ſcilicet amicitie
non eſt niſi inter bonos et nichil amamus niſi ſub ratione boni vel apparentis boni. Intel
ligimus autem et bonum ſub ratione boni et malum ſub ratione mali / ergo etc. Et Ariſtoteles 9°
methaphiſice utitur ſimili ratione ad probandum quod ſtudioſa potentia ſit melior et honorabili
or // Item ceteris paribus actus vel potentia dicuntur meliores et nobiliores qui ſunt melio
ris obiecti ut patet 10° huius et prohemio de anima ergo ſimiliter ſi ſint duo actus vel due pote
ntie circa idem bonum tamen ille erit melior et nobilior qui fertur in illud obiectum ſub ra
tione melioris. Sic autem eſt de voluntate fertur enim voluntas in deum ſub ratione boni
et optimi intellectus magis ſub ratione entis et veri ergo etc. Item beatitudo inter
ea que inſunt beato eſt ſibi maxime amabilis ſed in beato voluntas eſt ſibi amabilior quam
intellectus ergo etc. Minor probatur quia unaqueque potentia ſicut et unaqueque res plus
naturaliter inclinatur ad ſuum actum proprium quam ad actum alterius potentie ergo voluntas
cuius eſt amare plus amat in ipſo beato actum volendi qui eſt actus eius proprius quam actum
intelligendi qui eſt alterius potentie // Et confirmatur quia felicitas eſt quid maxime delecta
biliſſimum primo huius / actus autem volendi eſt beato delectabilior quam actus intelligendi ergo etc.
Minor probatur quia ut dictum eſt 2° huius in queſtione 11ª delectabile dicitur ex eo quod
apprehenſibile eſt ſub ratione convenientis ipſi appetenti tale cum adeptum delectat.
Appetens autem dicitur voluntas et non intellectus ea ratione qua dicitur intellectus ergo convenientiſſimum

voluntati ea ratione qua dicitur voluntas est delectabilissimum. et hoc est actus volendi qui est proprius actus eius ea ratione qua dicitur voluntas ergo etc. Item cuius oppositum est peius hoc est melius ut habetur in topicis et in 8° ethicorum de regno et de tyrannide. Sed odire deum quod opponitur ad diligere est peius quam ignorare quod opponitur ad cognoscere ergo etc. Item delectatio est actus non intellectus sed voluntatis, et tamen in questione 28ª septimi libri argutum est quod delectatio sit in homine quid optimum et finalissimum. scilicet propter quod finaliter sunt operationes et intellectus et voluntatis ad quod sequeretur quod vere in ea consisteret humana felicitas. Item cum libertas sit nobilis conditio potentia est nobilior que est liberior et per consequens ab ea procedit actus nobilior et felicior. Si ergo voluntas sit potentia liberior intellectu actus eius erit nobilior et felicior tunc ergo ad arguendum quod voluntas sit potentia liberior capere rationes que ad hoc adducebantur in principio prime questionis. Oppositum arguitur ex eadem maiore sumendo quod intellectus est potentia liberior quam voluntas quod potest argui per rationes que adducte fuerunt ad hoc in prima questione et etiam per decimam conclusionem tertie questionis. Item quia speculatio est actus intellectus non actus voluntatis et tamen secundum Aristotelem felicitas est quedam speculatio dicit enim expresse x° ethicorum et probare intendit quod perfecta felicitas speculativa quedam est operatio. Et concludit in fine capituli dicens. Quare utique erit felicitas speculatio quedam. Idem apparet per Senecam quia ratio est actus intellectus et non voluntatis. scilicet ea ratione qua dicitur voluntas et tamen Seneca dicit ut allegatum est in precedenti questione quod in homine optimum quid est ratio et quod sola ratio perfecta beatum facit. Deinde posset aliquis arguere quod humana felicitas nec sit actus voluntatis nec actus intellectus sed sit ipsamet anima quia felicitas ponitur esse optimum bonum humanum, et hec est anima. Est enim omni accidente melior et nobilior ut dicit commentator 2° de anima. Potest etiam argui quod consistat in operatione sensus quia concessum est in prima questione huius decimi quod sensus est perfectior et intellectu et voluntate et potentie melioris et perfectioris debet esse operatio perfectior et melior. Quia felicitati multa nomina attribuimus sic in superlativo gradu ut quia est quid optimum et perfectissimum delectabilissimum etc. notandum est de quibusdam nominibus talibus quod sive ipsa sint pure synonima sive aliquo modo differant secundum rationem, tamen reputamus ea omnia pro eodem supponere. Et ideo de quocumque subiecto fuerit probatum unum illorum reputo quodlibet aliorum tamquam probatum de illo subiecto eodem. Et similiter de quocumque illorum fuerit probatum aliquod predicatum reputo idem predicatum tamquam predicatum de quolibet aliorum. Et enumero ad presens plura illorum nomina ut actus optimus, actus perfectissimus actus nobilissimus, dignissimus, et excellentissimus honorabilissimus. Item etiam amantissimus, cum magis bonum magis debeat amari ceteris paribus et finalissimus quia cum in ordine essentiali finium semper finis sit melior ordinatis ad ipsum necesse est finem ultimatum et finalissimum esse optimum aliorum. Item etiam liberrimus, quia quod est liberrimum libertate finalis ordinationis hoc est simpliciter liberrimum secundum dicta prius et illud est optimum et finalissimum ut etiam dictum fuit prius

7 illud ē optimū ⁊ finalissimū ut etiā dictū fuit prius. Adhuc etiā oportet q̄ p
eodem supponat iste terminus actus delectabilissimus q̄ ex eo delectatio in aliquo
bono apprehenso in rōne presentis ⁊ adepti dicat̄ potior ⁊ maior ceteris paribus
quia illud bonū ē apprehensū sub rōne melioris ⁊ convenientioris ⁊ scđm pfectio
rem apprehensionē prout in 7º libro determinatū fuit. Constat aūt q̄ apprehēsio
intellectualis ⁊ recta est pfectior q̄ sensualis vel obliqua ⁊ falsa g̊ in illo actu
maxime delectamur quem apprehensione intellectuali recta et uera nō appre
hendimus sub rōne optimi nisi qđ ē optimū nec sub ratione optimi actus nostri nisi
qđ ē optimus actus noster aliter apprehensio eet falsa g̊ inter actus nostros maxime de
lectamur in optimo vel de optimo sit p modū optimi apprehenso ⁊ tale cuius ap
prehensionē p modū optimi ⁊ convenientissimi sequit̄ maxima delectatio uoco
delectabilissimū idem g̊ ē actus noster optimus ⁊ actus noster delectabilissimus
Cum g̊ in principio questionis supposuerimus qđ uel in actu intellectus vel ī actu
uoluntatis ꝯsistat humana felicitas ad sensū ibidē expositū, et omīs talis actus ē
alicuius obiecti qđ intelligimus uel qđ uolumus aut nolumus amamus vel odimus in quo
nobis ꝯplacet vel displicet ⁊c. Et ego pono istā ꝯ̊nē primā q̄ actus in quo ꝯsistat
humana felicitas siue sit actus intellectus siue uoluntatis est circa deū obiectiuē
q̄ oportet illū actū inter omīs alios actus intellectus uel uoluntatis esse nobiliorē
⁊ nobilissimū vt supponit̄. Sz ꝯstat q̄ ceteris paribus actus qui ē nobilioris obiecti
ē nobilior. valde enī eet nobilius ⁊ excellentius intelligere deū q̄ festucam si eet
eq̄ firma ⁊ euidens vtraq̄ intellectio et eq̄ specialis, ymo etiā ⁊ ꝯ̄ius dupli
citer multa essz in euidentia hoc ꝯcedunt omīs phy. Sz omniū obiectorū siue intel
lectus siue uoluntatis deus solus ē obiectū nobilissimū g̊ ipsū obiectiuē ē ille actus
in quo ꝯsistit humana felicitas. Et in hoc ꝯcordant omīs phy morales ⁊ omnes
theologi et ē omnibus indubitabile ꝯcedentibus q̄ homo debeat scđm rectā rationē
magis amare deū q̄ se ipm de quo dictū fuit in 7º q̄ōe nona libri. Pro alia
ꝯ̊ne notandū ē q̄ de necessitate omnē actū uoluntatis precedat actus intelligendi
quo uolibile seu obiectum uoluntatis apparet bonū uel malū. Dico bonū si debeat seq̄
ꝯplacentia acceptatio amor desideriū uel delectatio. Et dico malū si debeant se
qui actus oppositi. hec alias dicta sunt et apparent 3º de anima appetibile enim
mouet eo q̄ sit intellectū aut ymaginatū ⁊ mouet quia bonū uel apparens bonū
ut ibi dicit̄ ⁊ cū iudicatū fuerit obiectū bonum ⁊ nobis bonum sequit̄ necessario
ꝯplacentia in illo obiecto vt dictū ē in 3º libro. Et si illud iudiciū fuerit certū
et firmū de pura bonitate obiecti sine aliqua ratione malicie ꝯsequentis vel ꝯco
mitantis tunc sequit̄ necessario non solum ꝯplacentia sz amor ⁊ acceptatio prout
dictū fuit in 8ª questione septimi libri. Ex hys aūt sequi uidet̄ q̄ si de sum
ma et pura bonitate obiecti fuerit pfectum iudiciū s. firmū ⁊ certum tunc illđ
iudiciū sequit̄ pfectus amor et acceptatio seu uolitio pfecta ⁊ si iudiciū nō fuerit

perfectum non sequetur perfecta acceptatio. Istud declaro licet videatur quod debeat perse concedi primo quod tale perfectum iudicium sequitur perfecta acceptatio et perfectus amor quia ad aliquod iudicium potest sequi perfecta acceptatio et non potest sequi perfectior acceptatio ad iudicium imperfectum quam ad perfectum ergo ad tale perfectum iudicium potest sequi perfecta acceptatio. Sed si potest sequi sequetur quia dictum est quod non sequitur per modum libertatis oppositionis sed per modum necessitatis vel libertatis naturalis tale autem sequitur tantum quantum sequi potest dico nisi deus de potestate absoluta vellet auferre vel frangere et superaugere ergo etc. Probo etiam quod eodem modo si iudicium illud non fuerit perfectum non sequetur amor perfectus seu acceptatio perfecta quia causis necessario requisitis adesse ad productionem alicuius effectus existentibus diminutis non videtur possibile quod proveniat effectus perfectus. Sed iudicium de bonitate obiecti est causa necessaria ad productionem volitionem volitionis ut dictum fuit ymo etiam et necessaria ad esse eius et permanentiam. Apparet enim quod cessante actuali cognitione cessat omnis volitio vel complacentia vel delectatio ut in sompno perfecto qui est sine sompnio verum est quod ex sompnio proveniunt sepe delectationes aut tristicie aut timores etc. quod est quia sompnium est quedam apprehensio. Item sicut impossibile est voluntatem ferri incognitum obiectum ita videtur pari ratione quod non possit plus ferri in obiectum quam ipsum sit cognitum ergo non plus possum amare quam appareat michi amandum. Quod enim est ultra gradum cognitum est tamquam incognitum. Ideo videtur quod non potest voluntas ferri ultra gradum iudicatum nec contra hec valet obiectio qua sepe contra filium dicit pater vel mater. Scio quod malus est et quod nimis diligo eum, sed non possum cessare quin diligam eum. Dico enim quod ibi est obviatio sensus ad rationem. Illa enim mater vere concludit secundum rationem quod ille non sit amandus. Sensus autem ex naturali inclinatione iudicat quod sit valde amandus. Sensus autem ex naturali inclinatione iudicat quod sit valde amandus et vincat sic sensus et non permittit intellectum sistere in iudicio rationis unde sensualiter mater amat illum filium sicut galina pullum suum et plus inquantum intellectus trahitur ad sensum et iudicat tandem cum sensu dimittens rationem de malicia eius. Item si voluntas posset ultra iudicium hoc sibi proveniret ex sua libertate oppositionis. Sed ex illa libertate non potest sibi hoc provenire ergo etc. Maior conceditur. Sed minor videtur prima facie esse falsa, quoniam voluntas ex sua libertate potest minus velle vel amare quam sit iudicatum esse bonum ymo potest non velle. Sed ergo potest minus quare non posset magis. // Respondetur per rationem precedentem quod non est simile de minus et de magis quia minus clauditur in maiori. Ideo illud minus non est incognitum, sed maius quantum ad gradum in quo excedit est incognitum quia non clauditur in minori. Declaro ergo dictam minorem quia sicut dictum est in 3a questione tercii libri libertas non est nobis data finaliter ad malum sed ad directionem. Videamus ergo quod si iudicium de bonitate obiecti non sit perfectum, tunc libertas de non acceptando iudicatum vel de minus acceptando expedit nobis vel statum ad non acceptandum malum vel ad tutelam seu cautelam ne forte acceptemus malum. Nam si quod iudicio illo apparet bonum non sit bonum sed malum, vel si sit iudicium erroneum tunc statim expedit non acceptare quia acceptaretur

malum Si autem illo iudicio apparens bonum ſit bonum tamen non eſt certum quod ſit bonum igitur ne
acceptetur malum tutela eſt et cautela bona differre acceptationem donec plenius oſtendatur
veritas quod ſit bonum et non malum. Sed in plus acceptando quam ſit iudicatum nullo iſtorum
modorum proderſſet libertas Nam ſi iudicio apparens bonum non ſit bonum ſed malum noceret ac
ceptare illud & plus adhuc noceret acceptare plus. Si autem quod illo iudicio apparet bo
num ſit bonum, tamen non eſt certum quod ſit bonum. Ideo acceptare ipſum & plus non eſt cautela
neque tutela ſed periculum & caſus Non igitur eſt nobis data libertas ad hoc. His igitur premiſſis ego
pono ſecundam concluſionem ad principale propoſitum. quod humana felicitas non conſiſtit in intellectuali ap
prehenſione eſſentie ſeu bonitatis diuine falſa uel infirma uel incerta. nec in aliquo actu uo
luntatis ſequente talem apprehenſionem, quia omnis talis apprehenſio imperfecta eſt et deffec
tuoſa & omnis etiam actus uoluntatis ſequens eſt imperfectus ut dictum eſt. Sed in nullo actu
imperfecto ſeu defectuoſo conſiſtit humana felicitas. Nichil enim imperfectum eſt eorum que fe
licitatis ut habetur x° ethycorum. Inde uidetur ſequi correlarium quod prout fidem diſtinguimus
contra claram ſeu euidentem notitiam felicitas humana non conſiſtit in actu fidei quantum
ad illa de quibus innati ſumus habere euidentiam ſiue dicamus in patria ſiue in hac uita.
Talis enim actus non eſt perfectus Semper enim de eo de quo poſſumus euidentiam habere perfec
tius eſt ſcire cum euidentia quam credere ſine euidentia // Sed tu dices nonne igitur noti
tia ſecundum fidem eſt notitia perfecta. Ego dico quod non prout correlarium poſitum eſt. Unde
licet diceremus fidem quam de trinitate habemus manere quantum ad illud quod ipſa eſt cum
beatitudine in patria, tamen non maneret cum illa connotatione, quod non eſſet determinate
euidens notitia // Utrum autem ſit perfecta notitia quam ſecundum fidem habemus de trini
tate in hac uita ego dico quod ſic quantum ſpectat ad ſtatum uiatoris, ymmo multo per
fectior quam euidens & demonſtratiua ſcientia quod triangulus habet tres etc. Sed hoc non
eſt contra corolarium quia dicebatur de quibus innati ſumus habere euidentiam // 3ª concluſio ponitur
quod humana felicitas ſecundum modum a principio queſtionis expoſitum non conſiſtit in de
lectatione quia dictum eſt quod bonum finaliſſimum eſt optimum & per conſequens in eo
conſiſtit humana felicitas & non in alio. ſed delectatio inter actus humanos non
eſt bonum finaliſſimum quia dictum eſt in 8ª queſtione ſeptimi libri quod principali
ſeu primaria intentione delectatio eſt propter operationem igitur etc. // Item iſtam concluſionem ali
qui nituntur ſic demonſtrare quia humana felicitas inter omnes actus noſtros debet
eſſe nobis delectiſſima Sed nulla noſtra delectatio eſt nobis delectabiliſſima igitur etc.
Maior ponitur ab Ariſtotile & conceditur tamquam principium Minor probatur quia dupli
citer dicitur aliquid nobis delectabile. Uno modo obiectiue Alio modo ſubiectiue. Obiec
tiue dicitur aliquid delectabile quia nobis uniibile ſeu adipiſcibile & apprehenſibi
le per modum uniti nobis ſeu adepti Talem enim apprehenſionem noſtram ſequitur
neceſſario et concomitatur ei delectatio. Subiectiue autem dicitur delectabile illa appre
henſio quam ſic neceſſario conſequitur & ei concomitatur delectatio // Alii autem ponunt tertium
modum quem dicunt delectabile formaliter & dicunt hoc eſſe delectationem. Sed

istum modum dimittimus qz hoc non e nisi sicut dicere q albedo e alba q aia e aiata qd motus mouet & huiusmodi & tales predicationes non recipimus nisi tanq impp̄ius. Reuertamur g ad duos priores modos & apparet q delectabilissimu obiectiue no est nisi deus. Nam ipm solum possumus apprehensione uera & recta apprehendere p modum optimi & nobis optimi sm dicta prius & pot nobis uniri p gratiam & gloriam ex parte sua & p eius 9templationem & amore ex parte nostra, & sic ipe potest apprehendi a nobis sub rone optimi & nobis optimi, & sub roe nobis uniti & adepti. Et nihil aliud sic possumus apprehensione uera apprehedere & solam talem apphensionem sequit maxima delectatio g solus deus e sic obiectiue delectabilissimus & nulla nostra delectatio ymo etia nullus actus noster .s. nobis inherens e deus g nulla nostra delectatio e nobis delectabilissima obiectiue & hec deductio demostrat bene 9nem pmam prius positam .s. qd in deo vel circa deu 9sistit humana felicitas obiectiue. Sz iterum apparet q nulla nostra delectatio e nobis delectabilissima subiectiue quia sic delectabilissimum e illa opatio seu apprehensio cui necessario 9sequit & 9nectit in nobis maxima delectatio & illa est apprehensio dei ut dictum e que non est delectatio g &c. Cum g neutro mo delectatio sit nobis delectabilissima seqt ut videt q ipa non sit nostra felicitas. Sz tn ista ro non e demostratio ad pductum 9nem prout michi apparet quia dicerent sustinentes aliam opinionem quod felicitas nostra e nobilis delectabilissima obiectiue non simplicit sz solus deus ut bene probatum est. Sz int omnes actus nostros, qz ipa sic e optima 9 optimu est delectabilissimu. Modo non e pbatum q ipa non sit obiectiue delectabilissima int actus nostros. Ideo sto magis in pma ratione. Verum e q ex hys dictis sequit correlarie quomodo felicitas humana est hoi fclix delectabilissima. Non enim e delectabilissima sibi obiectiue sz deus. Sz bene int actus humanos e sibi delectabilissima obiectiue quia beatus non solum intelligit deum & amat sz reflexiue intelligere & intelligit se intelligere & amare & delectari. Qdcunq g istorum sit optimu & felicitas hoc potest intelligere uere p modum optimi presentis 9 habiti int actus nostros & talem apprehensionem cuius felicitas e iam obiectum 9sequit necessario maxima delectatio que possit haberi obiectiue de aliquo actu nostro sed etia adhuc hec felicitas est nobis delectabilissima subiectiue si ponamus q ipa sit illa dei nobilissima apprehensio. qm illa e cui 9sequit necessario et 9nectit simplicit optima & pfectissima delectatio ut dictum est. Cum autem dicimus illam apprehensione esse delectabilissimam subiectiue non est forte ppria loquutio quia non recipit illam delectatione sz aia. Dictum enim fuit prius qd illa apprehensio non passiue sz actiue se habet ad actum uoluntatis sequentem. Sz magis ppe diceret qd illa apprehensio eet delectabilissima 9nexiue & causalit causalitate actiua int actus nostros. Cum g nullus ponat humanam felicitatem 9sistere in simplici 9placentia vel desiderio put distinguntur ab actu uolendi seu amore acceptatiuo que p eodem reputamus manifestum est qd no

reſtat niſi uidere an felicitas ↄſiſtit in illa pfecta dei apprehenſione vel ī actu uolēdi
cª 9º & amandi ↄſequente / Et melius placet michi ponere qꝫ in apprehenſione ſiue ī in
tellectione pfecta ipius dei ↄſiſtit humana felicitas . Et hec ſit cª 9ª & ultima // hāc
ↄñcꝫ ego teneo quia Ariſtotiles & Seneca & alij anti antiqui morales in manifeſto
ſermonum ſuoꝝ aīē omīo preferunt alijs actibꝰ humanis ratiocinationeꝫ & ſpecula
tionem & omnibꝰ etiā uirtutibꝰ humanis ſapientiaꝫ // Scdo etiā pſuaderi potest
iſta cº p rationes & auctoritates que in pīma qōne huius decimi fuerunt adducte
de libertate & dnīo intellectꝰ & etiā in tertia queſtione // Et iterꝫ pot iſta cº ↄfir
mari ex hoc qđ multi theologi tenēt qđ quoꝝcūqꝫ duoꝝ entiū quoꝝ neutꝝ ē deꝰ
nec vnuꝫ de eſſentia ſeu integritate alterius deus vtrumqꝫ pot a reliquo ſepare & ſi
ne reliquo ↄſeruare / ideo dicunt qđ deꝰ de eius potentia abſoluta pot in aīā phy
ʀogicꝫ ↄſeruare claram ipius dei uiſionem auferendo amorē & omēꝫ actuꝫ uolēdi
& couerſo poſſꝫ in eo ↄſeruare dei amorem ſeu uolitioneꝫ auferendo uiſioneꝫ
& omēꝫ actuꝫ intelligendi // hec tn̄ dicta non appbo ad preſens nec repbo quia
non ſunt de ſciā quam dedit nobis Ariſtotiles & excedunt noſtram artiuꝫ facilta
tem ſcꝫ quam tn̄ ſupra fuit intentio mea tractare de moralibꝰ in hoc libro . Et
ſi aliqñ tranſgredior ego reputo hoc incidentale // Verꝫ ē tn̄ qꝫ ad noſtraꝫ dictam
facultateꝫ bene ſpectat ↄſiderare quid ex aliquibꝰ poſſitis poſſemꝰ ultra ↄcludere
ſiue impoſſibilia & hoc in terminis moralibꝰ & naturalibꝰ // Videamꝰ g̊ quid
ſequeret ſi eet uiſio clara dei ſub rone nobis preſentis & intimi & optimi ſcꝫ qđ
ē in noſtra uera beatitudine & circūſcriberet amor & uolitio acceptiua / poſito
tn̄ qꝫ deꝰ dimittat reliqua ſe ↄſequi & precedere ſicut nālit innata ſūt ſe ↄſequi
& precedere . Manifeſtuꝫ ē michi qꝫ taleꝫ apprehenſionē ſequeret naturalit & inſepa
biliter pfecta delectatio . In hoc enī ↄſiſtit natura & ↄditio delectationis qđ ſit
inſepabilit paſſio ꝓpria talis apprehenſionis . ſ. obiecti ſub rone boni preſentis &
obtenti // Scꝫ pone ↄtra qđ maneat amor & uolitio ſine uiſione . i . ſine intellec
tuali apprehenſione non ſequeret delectatio . tunc arguamꝰ ſic / Ille actꝰ noſter
ē pfectior queꝫ ſolitarie poſituꝫ mō predicto ↄſequeret pfecta delectatio qꝫ ille
queꝫ nulla delectatio ſequeretur / & ita ſcꝫ opinioneꝫ illoꝝ theologoꝝ ↄcluderēꝰ
noſtrum ꝓpoſitum . // Item actꝰ attingens pīmo & inmediate ad ipm̄ deuꝫ qui
ē obiectum beatificum ē nobilioꝝ actu non pīmo & inmediate attingente ad
ipm̄ Scꝫ actꝰ intelligendi ē qui pīmo attingit & inmediate & nō amor uel uo
litio niſi mediante cognitione ergo &c. // hoc etiā apparet ſcꝫ quoſdaꝫ intellectus
qui ualde pbabiliter ponūt vt michi uidet qđ in beatitudine aīē in patria deꝰ
inmediate & tanqꝫ cauſa totalis agit in aīā uiſionem ſue eſſentie dico ī media
te quia non mediante ſpecie intelligibili vel alio quocūqꝫ repreſentatiuo ipius /
dico etiā tanqꝫ cauſa totalis qa ad illaꝫ uiſionē faciendaꝫ nichil aliud ↄcurit ac
tiue vel determinatiue niſi deus volitio auteꝫ vl amor nō ſic pīmo & inmediate

fit ab ipso deo sed mediante uisione illa que etiam uisio forte concurrit ad productionem
amoris sicut actiuum secundarium & determinatiuum Sed quod est sic primo & immediate
adeo est nobilius eo quod non sic. Nam propinquius nobilissimo ceteris paribus semper de
bet concedi nobilius sicut Aristoteles ponens ordinem entium in dependentia eorum ab ip
so deo poneret intelligentiam primo & immediate dependentem esse omnium alia consequentem
nobiliorem. Et si iste rationes non sunt demonstrationes tamen sunt persuasiones eque fortes
sicut ille que ad partem oppositam solent adduci quod magis apparebit si uideantur so
lutiones earum // Ad primam igitur rationem alterius partis adductam in principio prime questionis
quando arguitur quod intellectus comparatur ad uoluntatem sicut subditus ad dominum ego nego sed potius
conuerso / ymo dico quod intellectus ut dicitur primo politicorum principatur appetitui principatu
regali non solum appetitui sensitiuo / sed etiam intellectiuo si non sit ordo peruersus. Et
quando dicitur quod intellectus deprecatur ego dico quod intellectus aliquando deprecatur & aliquando ne
cessitat uoluntatem sicut dictum fuit. Sed non cogit eam neque uiolentat quia hoc esset
non regaliter sed tyrannice principari. Rex autem & papa non precipiunt suis subdi
tis saltem bonis cogendo eos. sed exhortatiue & persuasiue precipiunt bene agere oste
dendo per suas leges & decretales que oporteat agere & a quibus abstinere. Et ita in
tellectus se habet ad uoluntatem. Et huiusmodi exhortationes & persuasiones regales
uocat Aristoteles deprecationes cum dicit quod intellectus ad optima deprecatur // Et
mirabile est quo modo magni utuntur ista auctoritate ad probandum quod intellectus
subiciatur uoluntati cum Aristoteles dicat intellectum uti hac deprecatione ad appetitum
sensitiuum quem dicit aliquando aduersari rationi. Cum tamen nullus dicat intellectum esse subiectum
appetitui sensitiuo nisi in prauis & ordine peruerso. Et christus uero dominus noster fuit
ad subditos suos huiusmodi deprecationibus . scilicet exhortationibus & persuasionibus. Et sic et
faciunt boni prelati ad populum sibi subiectum, Non nego tamen quin sint alie deprecatio
nes inferioris ad superiorem ut quod debet sibi de suis bonis temporalibus aut etiam de
spiritualibus docendo consulendo dirigendo & sic uoluntas deprecaretur intellectui si sa
ret deprecari // Ad aliud quando dicitur quod intellectus est sicut consiliarius ego concedo. Sed
qui potest dare bonum consilium est in hoc maior quam ille qui indiget consilio. Illi enim sunt sapi
entiores qui sciunt dare melius consilium & in hoc digniores // Sed tu dicis dominum est statue
re sibi finem & a suis consiliariis sibi subiectis petere consilium de ordinatis ad finem statutum
Concedo quod dominum est esse finem uel sibi & aliis statuere finem. Sed intellectus est qui statuit
nobis finem dicens quod ille est optime uiuere // Et per hanc euidentem sententiam uolun
tas necessario acceptat & uult optimam uitam deinde etiam querere & inuenire et
iudicare que sit illa uita optima Est opus ipsius intellectus quod est statuere finem secundum rationes
speciales & non potest uoluntas acceptare tanquam finem & bonum quod non predeterminauit
intellectus esse finem & bonum deinde quando dicit ultra quod dominus petit consilium a subditis
suis. Ego dico primo quod non sed a sapientioribus sequi in hoc sunt digniores. Si autem
consiliarii sint in aliquo alii subditi petenti consilium hoc accidit. Videmus enim populares

pauperes & indoctos petere consilium in palatio regis ab aduocatis multo excellencioribus eis. Et papa prelati & sacerdotes boni consulunt subditis suis ad salutem anime. Et medicus patienti ad salutem corporis. Et utinam nobis deus consulere dignetur. Postea etiam dico ultra quod uoluntatis non est petere consilium. petere enim & querere sunt actus ipsius intellectus. // Quando etiam ultra dicitur quod dato consilio tunc deinde est elligere. Et ego dico quod adhuc in elligendo intellectus tenet principatum quia stante consilio & deliberatione quod A sit simpliciter melius & elligibilius quam b & quod sint incompossibilia. elligere b & dimittere A non est in potestate uoluntatis / licet possit nichil eligere & hoc dicit auctoritas que allegabatur. Ex consiliarii autem iudicatis desideramus secundum consilium licet igitur consilium non necessitet ad eligere tamen determinat si elligamus quid eligamus desideramus enim idem eligimus & uolumus stante iudicio. Ad aliam quando dicitur quod secundum uoluntatem sumus domini actuum nostrorum. Ego concedo quod & secundum uoluntatem & secundum intellectum sed prius & principalius secundum intellectum ut dictum est prius in tertia questione // Ad aliam quando dicitur quod uoluntas precipit intellectui quod speculetur ad hoc dico primo quod uoluntas si precipit quod speculemur hoc preceptum est gratia speculationis & sic utique speculatio est finalior & melior quam illud preceptum. Secundo dico quod non est aliud precipere uoluntatis quam uelle & tamen uidetur quod velle non est precipere loquendo proprie quia possum uelle quod uadas ad ecclesiam & quod tamen nichil precipio tibi. Tertio dico quod si sit ibi preceptum tamen intellectus primo precipit sine cuius precepto uoluntas non precipere potest. Antequam enim uoluntas uelit quod speculemur intellectus presentenciat quod speculandum est & post uoluntas secundum illam sententiam uult & acceptat. Est igitur illa sententia primum preceptum & uolitio quod fiat secundum preceptum & primum preceptum determinat ad scilicet sic quod necesse est uelle secundum illam sententiam uel nichil uelle ideo intellectus adhuc habet in hoc primum dominium & omnino magis uidetur esse dominus qui principalius & liberius facit preceptum. & tamen si uolitio est preceptum dictum est prius quod intellectus principalius facit illam uolitionem quam uoluntas ad sensus alias declaratos. // Ad aliam dico quod intellectus non cogitur neque uiolentatur sicut nec uoluntas sed necessitatur ad speculandum & gratia speculationis ut dicebatur. Nec uoluntas est sufficiens ad sic necessitandum intellectum aut aliquam aliam potentiam, ymo requiritur iudicium preuium illud. hic igitur duo actus simul & neuter seorsum scilicet iudicium quod speculandum est & sequens uolitio necessitant intellectum ad speculandum & iudicium principalius secundum dicta in tertia questione. // Alia ratio non arguit nisi de libertate oppositionis de qua ante dictum est satis // Ad aliam que ponit quod actus uoluntatis est posterior in esse & uia generationis ideo finalior & perfectior dico quod ita arguebatur in 28a questione septimi libri. hec ratio ibi soluta fuit ideo solutionem illam ibidem require. // Ad aliam dicitur primo quod licet non requirat multa intelligentia ad

eſſe bonū abſolute tñ multa requirit ad eſſe optimū et optime ſe habere. Requirit
enim ſapientia & opus ſapientie/ Et hec dicta fuerunt ſatis in ultima queſtione
ſexti libri. Dicit etiam ſecto q intellectus potius & principalius operat ad bene age
re & eſſe bonū q̄ uoluntas ut apparuit/ Ad aliam dicendum fuit quod eſt quidā
modus dñationis erroneus & in naturalis & eſt in hoīe qn pars ſenſualis uſur
pat ſibi dnīuz ſup partē intellectualem in depravatis & nichil ē ibi boni ut
ſic ſz totuz male & in intellectu & in uoluntate & in ſenſu ppt qd in hoc caū
nichil ptinet ad ppoſituz de felicitate. Sic enim dnari ē malum ſicut in ſubiā &
tamen in hoc ſolo caſu eſt qd malicia puertit & mentiri facit circa pratica prin
cipia. In bono aut̄ dnīo & ordinato intellectus habet dnīuz & principalit operat
in ſtatuendo finez & in alijs ſicut dictum ē ante. De illa autē auctoritate q
virtus intentionem facit rectam 2c. dictuz fuit clare in 19a queſtione ſexti libri.
Videtur g michi qd ultima 9o principalis noſtra multum ɔfirmat p hoc q iſte ra
tiones quibus alij utunt non ſunt difficiles ad ſoluenduz. Sz q ɔuerſe ad partē
noſtram ſunt fortiſſime rationes ſicut apparuit. Nunc etiā ſoluende ſūt roēs
que ɔtra partem noſtram adducebant in principio huius queſtionis. Ad pmaz pot
dici q potius & principalius & liberius meremur p actuz intellectus q̄ p actuz uolū
tatis. Non enim ſoluz uolitio recta ē actus meritorius ymo etiam apprehenſio agens
& dirigens illam uolitionē. Et ſi diceremus q primus actus meritorius eſſi uoli
tio recta, tñ ad illam uolitionez ſcilz predicta intellectus ſe haberet nobilius prin
cipalius & liberius ea ratione qua dicit intellectus quam uoluntas ea ratione qua dit
uoluntas. Ideo rationabile eſſz q etiā aiā principalius & potius premiaret ea roē
qua dicit intellectus quā ea rōne qua dicit voluntas. Item aiā dicit diuerſe
potentie non ſic. ſ. qd ille ſint diuerſe res ſz quia ſunt ipius aīe diuerſe operatio
nes. Conſtat aut̄ qd diuerſe ſunt operationes premiuz & meritum ideo nō eſt
inɔueniens ymo rationabile qd ſcilz mereri & premiari omnā dicant diuerſe po
tentie. Differt enim ſecunduz rationē poſſe mereri & poſſe premeari ſicut poſſe
uelle & poſſe intelligere. Ad aliam puto qd Ariſtotiles negauiſſz qd caritas fuiſſz
virtus excellentior q̄ ſapientia & forte qd ita Salomon extollit ſapientiaz ſicut aliqs
alius extollat caritatem. Verz ē q in ɔparando iſta tres uirtutes ſimul ſpes fides & ca
ritas dictuz ē qd maior earz eſt caritas. Et neqz miz qz deus eſt caritas et ſū
mus amor etiā ſecunduz Ariſtotilem Sz nō eſt fides neqz ſpes put fides ɔnota
ret in euidentiaz articuli crediti & ſpes carentiaz ſeu futuritionē boni ſperati.
Et ſicut multum diſtant fides in uia & clara uiſio in patria/ ſic multuz diſtant
caritas ſ. in uia & caritas in patria. Et non oportet credere q caritas in patria
ſit nobilior q̄ clara uiſio. An aut̄ caritas in uia ſit melior fide relinquo theologis
determinationē. Audiui enim a xpō. fides tua te fecit ſaluam ſicut audiui. Re
mittunt ei peccata multa qm̄ dilexit multuz. Ad aliam dico qd Ariſtotiles ita

ponit unionem intellectus cum intellecto sicut voluntatis cum volito. Dicit enim 3o de anima
quod anima quodammodo est omnia quod exponit non quantum ad appetitum sed quantum ad cog-
nitionem dicens. Scientia quidem scibilia quodammodo Sensus autem sensibilia
et omnino unio illa & coadunatio non fuerit sine apprehensione / ymo & principalius
per apprehensionem secundum dicta prius. // Et cum dicitur quod intellectus ita intelligit re-
futanda & fugienda sicut acceptanda et prosequenda / ego concedo. Sed etiam ad
utrumque sequitur actus in voluntate scilicet volitio et nolitio per intellectionem ergo quod hoc est
bonum & acceptationem sequentem ego unio me illi & illud michi sicut possum. Et sic
per intellectionem quod hoc est malum & refutationem sequentem ego divido me
ab illo vel illud a me sicut possum. // Ad aliam diceret Aristotiles quod vetula non
plus amat deum quam iudicet deum esse bonum & amandum / illa autem vetula firmius
iudicat & credit deum super super omnia esse amandum colendum & eius precepta
esse servanda quam ille magnus clericus. Ille enim quamvis sciat demonstrative deum esse
optimum & causam omnium tamen sententiat deum non esse meliorem sibi quam voluptates
vel pecunie vel honores. Nec iudicat melius esse servare precepta divina quam
voluptuose vivere aut quam tyrannice dominari ymo iudicat oppositum quia eligit & fa-
cit oppositum quod non est sine previo iudicio. Et si dicat sepe quod melius est precepta di-
vina servare / Apparet quod dicit ore solum & mentitur. Sic ergo patet quod illa vetula
habet de deo nisi veras apprehensiones & firmissimas licet non evidentes / Ille autem
clericus multas habet de deo falsas extimationes licet habeat demonstrative aliquas
et multas veras & plures verarum quas habet habet infirmiores etiam licet eas de-
monstrative habeat / hoc enim non est impossibile ut habetur 7o ethycorum. Quidam enim
credunt nichil minus quibus opinantur quam alii quibus sciunt // Comentator enim in prologo 3ii
physicorum. Fides vulgi est fortior fide philosophorum. Et tunc ceteris paribus iudicio firmiori de bonitate
& amicabilitate obiecti sequitur amor intensior. Dicamus ergo quod illa vetula magis est gra-
ta deo non solum quia magis amat deum / sed etiam quia firmius iudicat deum esse amandum / &
super omnia amandum / et mandata eius super omnia alia esse servanda // Aliquis forte diceret
michi. Tu proposueras loqui secundum philosophos & non loqueris nisi theologice / philosophi enim pure natura-
liter procedentes non posuerunt mandata divina //. Et ego dico quod ymo posuerunt. Omnes
enim philosophi magni morales qui neque iudei fuerunt neque christiani dixerunt intellectum huma-
num esse deum vel quodammodo divinum ut Cato si deus est animus etc. Et Seneca epistola xli°
facis rem optimam. Prope est ad te deus. tecum est / intus est. Et quis sit ille deus dicit xxxi°
in epistola Agnosco / Dicit enim de animo recto bono & magno / Quid aliud tu voces hunc lxvii°
quam deum in corpore humano hospitantem. Et in epistola Claranum Ratio autem nichil aliud
est quam in corpus humanum pars divini spiritus inmersa. Et Aristotiles x° ethycorum Talis
autem utique erit melior vita quam secundum hominem. Non enim secundum quod homo est sic vivit sed secundum
quod in eo divinum aliquid existat etc. Et non dicunt hoc quia credunt intellectum
humanum proprie loquendo esse deum. Sed quia ultra omnia alia corporalia deo similis &

& propinquus & potens ſua opatione ad eſſentiaȝ diuinam attingere. Et ſcilȝ hoc illi phy
onem ſententiaȝ intellectꝰ humani pfecti & non ſeducti de agendo uocant precep
tum diuinum. & uitam ſcilȝ intellectuȝ ſic habenteȝ uitaȝ diuinaȝ ut patet x° ethycoꝝ
Ad aliam dicenduȝ eſt qꝛ uoluntas non eſt magis determinata ad bonū q̄ intellectꝰ
Sicut enīȝ intellectꝰ intelligit uno actu bonū ſub rōne boni / & alio malum ſub rōne
mali. Ita & uoluntas circa bonū ſub rōne boni habet unū actum .ſ. ꝯplacentiā. uel
amorem ſeu uolitionem / & circa malum habet aliū actum .ſ. diſplicentiaȝ uel odium /
ſeu nolitionem. Et ſi intellectꝰ de malo poteſt iudicare qd ſit bonū. Ita & uoluntas
poteſt ꝯſequent illud acceptare tamq̄ bonum / ymo om̄o neceſſe intellectum prius
determinari ad iuditiū qd ꝉ ſit bonum & amandum q̄ uoluntas poſſit ſe deter
minare ad amandum ipm̄. Nec pōt eſſe actꝰ uoluntatis pfectus & rectus niſi
priꝰ naturaliter actꝰ intelligendi rectus & pfectus // Ad aliaȝ dico qd ſicut ī nrā
beatitudine uoluntas fert in deuȝ ſub rōne optimi. Ita etiā intellectꝰ & priꝰ. Si
dicas qd etiā intellectꝰ fert in deuȝ ſcdm̄ rōnem uliorem. Ego dico qꝛ tu arguis
excellentiaȝ & nobilitatem intellectꝰ. potentia enīȝ aīe ſupior in plura poteſt quam
inferior ut intellectꝰ quam ſenſus & ſenſus cōis q̄ ſenſus exterior Ad alias duas
dicendum eſt qd quicqd eſt ꝯueniens uoluntati eſt ꝯueniens intellectui & eꝯ
hinc ſicut illi / quia idem eſt illa & ille. Et ſi reduplicationes non pficerent ad
ꝯcludendum unam partem queſtionis tn̄ pficerent pro parte noſtra. qꝛ uoluntas
non fert niſi in iudicatum. Qd' g̊ intellectꝰ iudicat ꝯuenientiꝰ hoc uoluntas
magis uult magis amat / & magis in eo delectat. Sȝ intellectꝰ habȝ iudicare
ceteris paribꝰ actuȝ ſuū ꝓpriū ꝯuenientiorē quā actum alienū ī o̊ ꝛc̃ // Ad aliaȝ
dicit qꝛ illa opatio habet locū in eodem modo oppoſitis. & tu nō ſic arguis / quia
odire et amare ſunt ꝯtraria. Cognoſcere autē et ignorare non ſunt niſi piuatiue
oppoſita. Unde ego ꝯcedaȝ qꝛ ſi iudicare deuȝ eſſe optimū & ſupamanduȝ ſit me
lius q̄ amare deuȝ tunc etiā iudicare deuȝ eſſe peſſimū & ſupodienduȝ eſſe peiꝰ
ſi eſſꝫ poſſibile q̄ odire deuȝ // Alia rō remittit ad 28am qoēȝ ſeptimi libri Ideo
uideat ibi. Et totuȝ qꝛ ſequit ſolutuȝ ē uſqȝ ad illaȝ rōneȝ que arguit qd aīa ipā
ſit felicitas / quia optimuȝ bonoꝝ humanoꝝ. Et ego dico qꝛ non ſic dicimꝰ felicita
tem eſſe optimuȝ bonum humanuȝ. Sȝ int ea que nō ſunt de ſubſtantia humana
Subſtantia enīȝ humana eſt felicitabilis non felicitas // Ad aliaȝ que arguit de ſen
ſu & opatione ſenſus dicenduȝ eſt qd licet bona ordinatione ꝯgregatum ex dnō &
ſeruo ſit pfectius & meliꝰ dnō ſeorſuȝ ſumpto ſaltem extenſiue / licet non forte ex
tenſiue. tn̄ non ē nobilior operatio in qua dominꝰ indiget participare cū ſeruo
q̄ illa que eſt ꝓpria dnō. ymo operationes cōes dnō & ſeruo finalit ordinat ad illā
que eſt ꝓpria dnō tamq̄ ad nobiliorem & excellentiorē. Congregatuȝ autē ex
aīā & corpore eſt congregatum ex dnō & ſeruo. g̊ opationes ꝓprie dnō .ſ. aīe
cuiꝰ modi ſunt actꝰ intelligendi & uolendi ſunt nobiliores q̄ opatiōes ꝯiuncti

ſ· ſenſus et appetitus ſenſitiuu · Et hic eſt finis queſtionis · ꝛc̃ ·

Sexto queritur in quo actu intellect⁹

Conſiſtit humana felicitas An in ſimplici uel in ꝯplexo Et ſi in ſimplici in quo ſimplici Et ſi in complexo an in actu directo uel reflexo·

Cc. 383 in due distinte numerazioni:

a) cc. 211, numerate per 210 con omissione della c. ora segnata 48 bis. Precede una guardia scritta. Sono bianche le cc. 85-87.

b) cc. 172, numerate per 171 con omissione della c. ora segnata 108 bis. Precedono due guardie scritte. In fine otto cc. non num., bianche.

In principio sei cc. aggiunte modernamente numerate in cifre romane, delle quali l'ultima è bianca.

Giugno 1919

[illegible]